¶ Per illam igitur transfigurationem ſanctorum gloria ſignificatur: que a quatuor deſcribitur. Primo ab amenitate loci. Secũdo a maieſtate dei. Tertio a iocũditate cõſortij. Quarto a glorificatione propriã ſubiecti. Amenitas autem loci oſtenditur in hoc ꝙ dicitur ꝙ illa transfiguratio eſt facta in monte. Nam in monte herba viridis apta paſcuis naſci conſueuit. In monte igitur celeſti herba viridis naſcitur que ouibus dei in paſcuis datur. Iuxta illud Ezech. xxxiiij. Paſcam eas in montibus Iſrael ibi requieſcent in herbis virentibus. Iſta herba eſt chrs. iuxta illud Gen. i. Germinet terra (id eſt beata virgo) herbã virentem id eſt chriſtum deum et hominem: et dicitur viridis et non albus vel niger: quia color albus vel niger ſunt colores extremi: color autẽ viridis eſt color medius inter album et nigrũ: natura autẽ non delectatur circa extrema ſed circa media: ideo oculus non delectatur naturaliter circa colores extremos .ſ. album et nigrum: ſed circa colores medios id eſt viridẽ. Iuxta illud Eccl. xl. Gratiã et ſpeciẽ deſiderabit oculus: et ſuper hoc virides ſationes. Natura igitur diuina et humana ſunt quaſi duo extrema ſcʒ albũ et nigrũ. Natura enim diuina et habet excellibilem claritatẽ: et ideo ocul' noſter ad eam non poteſt pertingere. i. Thimo. vi. Solus habet immortalitatem et lucem habitat inacceſſibilẽ. Natura vero humana habet de ſe aliquãdo obſcuritatẽ .i. Il' igitur humani intellectus in naturã diuinam non poterat ſe eleuare propter nimiam claritatẽ: nec in humana poterat inuenire refectionem propter ſuam imperfectionem et obſcuritatẽ: ideo coniũcta eſt natura diuina nature humane in vnitate perſone in chriſto tanquã ſcʒ color albus et niger: et ſic ipſe chriſtus totus viridis .ſ. amenus et delectabilis eſt factus: ideo chriſtus vocat ſe lignũ viride. Luce. xxiij. dicens. Si in viridi ligno hoc faciunt: in arido quid fiet? In monte igitur celeſti inuenitur herba viridis id eſt chriſtus totus delectabilis: cuius viſio eſt paſcua omniũ: quia paſcuntur: et intus in contemplatione deitatis: et extra in contemplatione humanitatis. Ioh. x. Ingredietur et egredietur et paſcua inueniet. In hoc etiã monte celeſti inueniuntur roſe martyrũ/viole confeſſorum: et lilia virginum B

¶ Secundo deſcribitur iſta transfiguratio chriſti a maieſtate dei. In illa enim transfiguratione tota diuina maieſtas .i. tota trinitas apparuit: ſcʒ pater in voce. filius in humanitate. et ſpiritusſanctus in nube/ ſicut dicit glo. per quod datur intelligi ꝙ gloria ſanctorum conſiſtit in fruitione dei trinitatis.

C Habet quidem homo tria tabernacula in aĩa vbi nõ moyſes ſeu helyas ſed tantum ipſa beata trinitas habitat: ſcʒ memoriam intelligentiam et voluntatem. Nam filius habitat in tabernaculo intelligentie implendo ipſam dei pleniſſima cognitiõe. ſpiritusſanctus habitat in tabernaculo voluntatis/implẽdo ipſam dei ſuauiſſimo amore. pater habitat in tabernaculo memorie implendo ipſam cogniti et dilecti perpetua retentione. De iſtis tribus tabernaculis et manſionibus trinitatis dr. Ioh. xiiij. Ad eum veniemus et manſionem apud eũ faciemus. Tertio deſcribitur hec transfiguratio a iocunditate conſortij: quia ibi fuerunt moyſes/helyas/petrus/iacobus et ioannes. D

¶ In celeſti enim gloria habebimus in ſocios omnes ſanctos veteris et noui teſtamenti: ſancti autem veteris teſtamenti diſtinguũtur ad duos ordines ſcilicet in patriarchas qui intelliguntur per moyſen. et in prophetas qui intelliguntur per helyã. Sancti autẽ noui teſtam. etiã diſtinguunt in tres ordines .ſ. in martyres qui intelligunt per iacobũ qui interpretatur ſupplãtator. In cõfeſſores qui fuerunt pleni ſapiẽtia dei qui intelliguntur per petrum qui interpretatur agnoſcens. et in virgines que intelliguntur per iohannem: quia virgo a deo elect'. Vel põt dici ꝙ chriſtus voluit habere teſtimonium ſui aduentus ab illis qui ſunt in celo .ſ. a patre quando dixit hic eſt filius me' dilect'. Ab illis qui ſunt in mundo .ſ. a petro/iacobo et iohãne: et ab illis qui ſunt in terreſtri paradiſo .ſ. ab helya: et ab illis qui ſunt in inferno ſiue in lymbo .ſ. a moyſe: et non tantum in ore duorum vel trium teſtiũ ſtet omne verbũ: ſed in ore quatuor teſtium ſtet omne verbũ. Quarto deſcribitur hec transfiguratio a glorificatione ſubiecti/ cũ dicitur Reſplẽduit ſicut ſol facies eius: veſtimenta eius ſicut nix. In hoc ſignatur beatitudo et glã quibus corpora ſanctorũ induuntur: maxime autem per hoc ꝙ facies eius reſplenduit ſicut ſol: notantur quatuor dotes/ quibus corpora ſanctorum dotabuntur. E

¶ Sol enim habet immenſam claritatem/ et per hoc ſignatur dos claritatis. Math. xiij. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorũ. Eſt etiã radius ſolaris tante ſubtilitatis ꝙ vitrũ penetrat: et per hoc oſtẽdit dos ſubtilitatis: per quã nullum corpus obſiſtet. ſicut patet quãdo chriſtus poſt reſurrectionem ianuis clauſis intrauit. Eſt etiã ſol magne velocitatis: et per hoc notatur dos agilitatis: quia ſicut dicit Aug. Vbicunque volet ſpiritus illic erit protinus corpus. Eſt etiam ſol ſubſtantie incorruptibilis. et per hoc notatur dos impaſſibilitatis. i. Corinth. xv. Seminatur in corruptione ſurget in incorruptionem.



¶ Eodem ſabbato prime hebdomade quadrageſime. Sermo ſecundus.

Hic eſt filius meus dilectus, in quo bene mihi complacui. Chriſtus habuit in celo patrem ſine matre. et in terra habuit matrem ſine patre. Quia autem pater propoſitum verbũ dixerit: et hoc idem' tñ et matri conuenire poteſt et dicat. hic eſt filius meus dile. prout igitur matri conuenit tria de filio dicit. Primo ꝙ ipſum tãquam vera mater filium genuit cum dicit hic eſt filius meus. Secũdo ꝙ ipſum ſingulari amore dilexit. cum ait dilectus. Tertio ꝙ ſibi ſp incõplacuit. cũ ſubiunxit. in quo omnibus bene cõplacui. A.

¶ Circa primum notandum ꝙ virgo fuit chriſti vera mater et tota mater alie matres et ſi ſint vere matres non tote matres quia pater in generatione filiũ prebʒ hʒ ipſa autẽ tota mater fuit quia tota ſubſtantia corporis chriſti de ſuis viſceribus ſumpta exiſtit. ideo dr Hie. xxxi. Creauit dñs nouũ ſuper terrã. femina circũdabit virũ quod tribus modis exponi poteſt. B

¶ Primo ſic ſolet homo circũdare quod eſt ſuum proprium nõ quod eſt alienum. cetere matres puerũ in vtero nõ circũdederũt: quia caro pueri non fuit tota propria ipſarũ ſed eſt ibi de alieno ſcʒ de ſeſe paterno. ſola autẽ virgo Maria in vtero circũdedit filiũ ſuũ quia in eius vtero nihil de alieno fuit ſed tota virginis exiſtit. Secũdo põt ſic aliter exponi nã ſicut dicit Aug. cetere figure diuerſis lineis clauduntur. ſola autem linea ſeu figura circularis vna tñ linea clauditur caro autem ceterorum puerorum ex diuerſis lineis cõcitur quia ex ſemine vtriuſque parentũ generatio autẽ chriſti dr circundatio: quia facta eſt tñ de vna linea .ſ. de carne virginis. Tertio exponitur ſic illud eſt circundatũ quod ex omni parte eſt clauſũ. nã ſi in aliqua parte apertum fuerit. circũdatũ non erit. Beata igitur virgo chriſtum circũdedit quia ante partum: et in partu et poſt partum clauſa permanſit. C

¶ Secũdo beata virgo ſingulari amore chriſtum dilexit. Secũdum enim Bernard. debem' diligere deum dulciter ne caro nos alliciat: fortiter ne aduerſitas mundi nos frangat et ſapienter ne diaboli aſtutia nos decipiat. Iſtis tribus modis beata virgo chriſtum dilexit. Primo dulciter eũ dilexit: quia pre nimia dulcedine tota liquefacta fuit. ſicut enim aurum liqueſcit ad ardorẽ ignis. ſic eius aĩa tota liquefacta fuit ad ardorem diuini amoris. Cant. v. Aĩa mea liquefacta eſt. Tam dulcis dilexit ꝙ amor eius in ea extaſim faciebat: fecerat quidẽ amor extaſim in filio quia et in cruce exiſtẽs ſua vulnera obliuiſci tradebat et matris memor erat. ſic extaſim fecerat in matre quia in medio interfectorum manebat nec ipſos expaueſcebat. Secundo dilexit eum fortiter. nã tpe paſſionis chriſti quidã fuerũt fortes in amore: ſʒ debiles in aſſociatione et fidei ſicut apli qui chriſtum viuũ dilexerũt ſed tñ ab ipſo receſſerunt et fidẽ perdiderunt. Alij fuerũt fortes in aſſociatione et in amore ſed tñ debiles in fide ſicut deuote mulieres que chriſtum mortuũ dilexerũt et ab eius cruce nõ receſſerunt ſed tamen fidem perdiderunt. D

¶ Beata autem virgo fuit fortis in amore: quia filium ſemper dilexit immo facilius fuiſſet ei mori quam ab eius dilectione ſeperari. Cant. viij. Fortis eſt vt mors dilectio: fuit fortior in aſſociatione quia iuxta crucẽ immobilis ſtetit. Io. xix. Stabat iuxta crucem ieſu mr eius. &c. Fuit fortiſſima in fide quia fides in ipſa ſola remanſit: nec tpe paſſionis extingui potuit. ideo bñ dr de ea Prou. xxxi. Non extinguetur in nocte. i. in tribulatione paſſionis lucerna eius. i. fides eius que totum mundũ illuminat. E

¶ Tertio dilexit eum ſapiẽter quod patʒ per tria ſigna. Primũ eſt quantumcunque filius ſu' eſſet puer delicatus/tamen in hiis [illegible] dei erant ſibi parcere nolebat: ſed ad felicitates eum ducebat. Secũdũ eſt ꝙ quantũcunque eũ diligeret tamen nunquã ſibi diſſuadere voluit quin cruci aſcenderet et mortem et pro humano genere ſuſtineret. Tertiũ eſt ꝙ quis ſciret filium in cruce poſitũ grauiſſimos dolores pati. tamen nunquã ſibi ſuaſit vt de cruce deſcenderet et a dolorib' ſibi parceret. ex quo inſtruuntur parentes ꝙ filios ſuos a pueritia bonis ſtudijs debent aſſueſcere. nec a bonis propoſitis et operibus penitentie eos retrahere: nec vt penitentiã aſſumptã deſerãt debent eis perſuadere. Tertio chriſtus matri ſemper cõplacuit. Ille filius matri cõplacet: qui de matre curam ſolicitam habet. F

¶ Chriſtus curam de matre habuit in ſua infantia: quia ſigilla pudoris ſibi illibata ſeruauit In ſua pueritia quia in omnibus ſibi ſubditus. Luc. ij. Deſcẽdit et venit naza. et erat ſubditus illis. In ſua iuuentute. quia inuitatus ad nuptias ad preces matris aquam in vinum mutauit. In ſua paſſione, quia de cruce

dri superbi qui ipsum subiugauerit in ser
uitutē: et tamen cum illis humiliter serui
bat: sciebat viuere et eorum superbias humi
liter supportare. duo autem superbi adinui
cem pacificari non possunt nisi in puncto:
pungere quidē se possunt pacificari nō pos
sunt. Prouerb. xij. Inter superbos semper
iurgia sunt.

¶ De eadem dominica ij. xl.
Sermo ij.

Ecce mulier cha-
nanea a finibus illis egressa
clamabat. Dñe miserere mei
fili dauid. Si aliquibus viris in
exemplum proponerentur sancti
qui precesserunt: forsan excusarent et dice-
rent: nō possumus sanctos imitari qui tot
donis spiritus sancti preuenti fuerunt. Rursus
si proponerentur femine in exemplū aliqui
viri fortiter deo seruientes: forte se excusa
rent et dicerent: nos cū simus fragiles vi
ri non possumus imitari: ablata est enim
excusatio in illa muliere chananea tam vi
ris q̄ feminis. Si ergo nō potestis viri imi
tari sanctos: vel tu femina non potes imi
tari viros: saltem vterque imitemini hanc
mulierem que tante fidei et orationis exi
stit apud deum. In presenti euangelio de
quattuor personis fit mentio: scilicet de
Christo de muliere chananea de filia a de
monio male vexata et de discipulis pro ea
orantibus. In christo autem commendatur
magna miseratio: in muliere instās postu
latio: in filia a demonio mala vexatio: in
discipulis magna compassio. A

¶ Commendatur igitur in christo magna mise
ratio. ideo mulier quia sciret Christus ha
bere omnipotentiam per quam filiā suā sa
nare posset: et habere sapientiam per quā sa
nare sciret: non petit potētiam: non sapien
tiam: sed tm̄ miam eius dicēs. Miserere mei
dñe fili dauid. Licet enī deus ante incarna
tionem multum esset misericors: tñ postq̄
assumpsit carnem de dauid et factus est ho
mo: sic factus est magis misericors. Licet
enī deus prius videretur humano generi
durus: tñ ipsa sui incarnatione oleo spiri
tus sancti sic fuit vnctus q̄ factus est quo
modammollis et mansuetus. Sicut enī acci
dit in corio duro et rigido quod quando
inungitur flexibile et molle efficitur. Ysaie
lxi. Spiritus dñi sup me eo q̄ vnxerit me
ad annunciādum mansuetis misit me. B

¶ Olim erant quattuor dura et inflexibilia
scz celum quod nullum hoīem voluit reci
pere: angelus q̄ nullam aīam volebat ad
celū portare: deus q̄ humanū genus sibi no
lebat recōciliare: et mors q̄ et bonos et ma
los ad infernū festinabat deducere. Sz in
xpi incarnatiōe in tāta abūdātia effusa est
vnctio spūsancti: q̄ ista quattuor dura facta
sunt flexibilia: scilicet celū est vnctū et flexi
bile factum est: et flexibile q̄ oēs penitentes susci
pit. Angelus etiam vnctus est et sic factus
est mansuetus: vt animas omnium sanctorum
virorum ac sanctarum mulierum in celum deducat.
Deus autem pater est vnctus et factus est
intantum ad miam flexibilis q̄ peccato
res penitentes ad misericordiam recipit.
Mors est vncta et facta est mansueta ita q̄
modo a sanctis desideratur et nulli sancto
viro de cetero odiatur. Iz dicēt illud Phil.
j. Cupio dissolui et esse cū Christo. Sciens
ergo ista mulier Christū incarnatione fuis
se vnctum et factum esse mansuetum. iō ad
memoriam hoc reducit dicens. Miserere
mei domine fili dauid. C

¶ Secūdo ponitur persona mulieris cha
nanee: in qua fuit instans petitio. petiit enī
vtiliter et humiliter feruenter et sapienter.
Utiliter quidem petiit petendo. s. illud qd
erat sibi vtile et deo acceptum. non enī pe
tiit diuitias licet oībus bonis esset a iudeis
expoliata: non etiam petiit vindictam: licet
de terra sua esset expulsa. nō petiit libertatē
licet cum ceteris chananeis in seruitutē es
set a iudeis subiugata. sed petiit demonis
expulsionem a quo filia sua tenebatur ob
sessa: sic et multe sunt matres q̄ plus curāt fi
lijs suis congregare diuitias q̄ demonis
expulsionem tales multum flebunt quādo
filios suos ad infernale patibulum duci
videbunt et dici poterit eis: Filie Hierusalē
nolite flere super me sed super filios vestros.
Flebant quidem super Christum vt indu
cant eum ad compassionem: flebunt super
ipsas: q2 non adhibuerūt circa filios suos
debitam correctionem. Flebunt super fi
lios quos videbunt traditos ad eternam
dānationem. Sed primas lachrymas dñs
remouet. sc. super eum plorent: q2 non pos
sent eum ad misericordiam inclinare: alias
concedit eis q̄. s. plorent super se et sup fi
lios suos. Ac si dicat dñs nolite flere sup
me quia nunq̄ me ad miam inclinabitis: sed
flete super vos: q2 filios vestros non corre
gistis: et super filios vestros quia in perpe
tuo tormento videtis. D

¶ Secundo petiit humiliter et intātum hu
miliauit se q̄ canem sive catulam se appel
lauit. Ps. Respexit in orationem humiliū.
Humilitas enī orationi coniuncta tria bo
na facit. Unum est q2 ipsam in celum dedu
cit. Secūdum est: quia vsque ad deum appro
pinquare facit: immo non cōsolatur donec
deo appropinquat. Tertium est: q2 nisi deus
concedat illud quod petit nō recedit. Ista
tria tanguntur. Eccl. xxxv. oratio humiliā
tis se nubes penetrat. ecce primum: et do



nec appropinquat non consolatur. ecce se
cundum: et non discedit donec respiciat
altissimus: ecce tertium. Tertio petiit fer
uenter: quod notatur in clamore. non enī
clamabat tantum ore: sed maxime corde iu
xta illud Ps. Clamaui in toto corde meo
exaudi me domine. E

¶ Et bene dicit in toto corde meo: cū enī
corde sint duo. s. intellectus et affectus. Illi
clamant in toto corde qui in oratione sua
attentionem suam habent et deuotionem.
iuxta illud j. Cor. xiiij. Orabo spū orabo et
mente. Alij clamant cum medio corde qui
scz habent attentionem et nullam sentiunt
deuotionem. Osee. x. Diuisum est cor eorum.
Alij clamant cum nullo corde qui. s. nullam
habent attentionem nec deuotionē. Marci
vij. Populus autem hic labijs me honorat:
cor autem eorum longe est a me. Quarto pe
tiit sapienter: q2 sapiēter sciuit allegare di
cens. Nam et catelli edunt de micis et c. Unde
Christus respondit ei. vt dr Luc. vij. Pro
pter hunc sermonem valde exijt demonium
a filia tua. Allegauit etiam superius xpi
miam cum dixit. Miserere mei dñe fili Da
uid. Et suam miseriam cum dicit filia mea
et c. Ista duo multum inclinant deū ad nos
sicut dicit Propheta. F

¶ Primo enī inclinat ipsum ad miserendū
sua paterna mia. ideo dicit q̄o miseretur
pater filiorum: misertus est dñs timentibus
se. Secdo inclinat eum nostra miseria. ideo
subdit. Qm ipse cognouit figmentum no.
vbi ponit miseriam quam habet homo ex
parte principij: q2 est sicut figmentum de
terra formatum. ideo dicit. Qm ipsa ipse
cognouit figmentum nostrum. G

¶ Deinde ponit miseriā quā habet ex par
te finis vbi futurus est puluis et cinis. ideo
subdit. Recordatus est qm puluis sumus.
Tertio ponit miseriā quā habet ex parte
medij. s. vite quia ad instar herbe vel floris
homo in vita: modo floresscit in iuuentute:
modo arescit in senectute: modo marcescit
et putrescit in morte. ideo subiungit homo
sicut vt fenum dies et c. H

¶ Tertio fit mentio de filia male a demo
nio vexata per quā signatur pctōr qui ali
quando a demonio vexatur male: aliquādo
peius aliquādo pessime. male vexatur dum
est inter prospera et aduersa. Nā inter pro
spera habet homo intēperantiā: inter ad
uersa habet impatientiam. I

¶ Dicit enī Augu. q̄ homo aliquando est
bonus inter bona. aliqn̄ malus inter mala. ali
quando bonus inter bona. Est enim aliquan
do bonus inter mala: sicut quando aliquis
sanctus vir inter honores et diuitias cōsti
tutus non dimittit suā bonitatē: deinde inter
prospera seruat temperātiam et humilita
tem: talis fuit Abrahā Job et Dauid et alij
sancti patres qui de diuitijs paupes sustē
tabant: et inter honores se non exaltabant.
vñ dicebat dauid ps. Dñe non ē exaltatum
cor meum. aliqn̄ est bonus inter mala: sicut
quando aliquis seruus dei inter mala ad
uersa patitur: sed inter hec non frangitur:
sed sicut aurum in igne recipit maiorem clari
tatem: sic serui dei inter aduersa maiorem
acquirunt sanctitatem. Aug. Quod fornax
auro: lima ferro: flagellum grano: hoc fa
cit tribulatio viro iusto. Eccli. ij. In igne
probatur aurum et argentum: homines vo re
ceptibiles in camino humiliationis. aliqn̄
homo est malus inter mala: sicut quando
aliquis peccator aliqua patitur aduersa et
tamen non emēdatur sed peior efficit. Hie
remi. vj. Frustra cōflauit conflator. malitie
enī eorum non sunt consumpte argentum
reprobum vocate eos: q2 deus proiecit il
los. aliqn̄ vero homo est malus inter bona:
sicut qn̄ hō malus multa beneficia a deo reci
pit et nō cognoscit: sz potius intumescit. vñ
Ps. Prodijt quasi ex adipe iniqtas eorum.
K ¶ Illi igitur qui vel habent impatiē
tiam in aduersis vel elationē in prosperis:
male a demonio vexantur peius autem
pctōs inter pctā. Nam sicut colligitur ex di
ctis Salomonis. Tria sunt que homini nō
dant quietem in domo sua. s. fumus stillici
dium et vxor mala. Per fumum intelligit
superbia que ascendit: sed cito euanescit:
sicut fumus oculos excecat: sic superbia mē
tem obscurat. per stillicidium intelligitur
auaritia que in corde hominis multas an
xietates et sollicitudines stillat j. Timo. vj.
Qui volunt diuites fieri incidunt in tenta
tionem et in laqueū diaboli per malā vxo
rem intelligitur mala carnis concupiscen
tia que hominem stimulat et inquietat. Ma
le igitur peccator vexatur qui in peccato
superbie vel auaritie vel luxurie est. pessi
me autem vexatur peccator in consuetudi
ne longa: tunc enī a diabolo tenetur et per
diuersa vicia vexatur. Augu. in lib. con
fes. Suspirabā ad te ligatus non ferro alie
no / sed mea ferrea voluntate: velle meum
tenebat inimicus et inde cathenā mihi fe
cerat et constrinxerat me: quippe ex volun
tate peruersa perfecta est libido. Et dum ser
uitur libidini: facta est consuetudo: et dum
consuetudini non resistitur facta est neces
sitas. Quibus quasi ansulis sibimet anne
xis quam cathenam appellaui: tenebat me
obstrictum dura seruitus. Quarto fit men
tio de discipulis in quibus fuit magna cō
passio. ideo rogabant pro ea dicentes. Di
mitte eam quia clamat post nos. Ex quo to
cemur q̄ quando aliquid a deo petere vo
lumus et nos indignos esse reputamus ad

Universidad de Deusto
Biblioteca



quādo dixit. Luc.xxiij. Pater dimitte illis
quia neſciūt quid faciunt: ecce q̄ta charis
tas q2 illi eū occidebāt ⁊ ipſe pro ipſis ora
bat. Tertia lectio eſt magne ꝓpaſſionis qñ
dixit. Math.xxij. Deus me⁹ vt q̄d dereliq̄
ſti me: ecce q̄ta compaſſio: q2 dereliquerāt
eum noti ⁊ p̄ximi ſeu ꝓpinqui. Dereliquc
rant eū diſcipuli: derelict⁹ videbatur a pa
tre: ſola mater eū non dereliquerat q̄ iuxta
crucē ſemper ſtabat. Quarta lectio fuit ma
gne deuotionis qñ dixit. Luc.xxiij. Pater i
man⁹ tuas cōmēdo ſpm̄ meū. ecce q̄ta de
uotio: q̄n tot⁹ vulneratus erat. Inter vul
nera ſue aie memor erat: p q̄d datur intelli
gi ꝙ in articulo mortis exiſtēs oīa alia de
bet dimittere/ ⁊ curā ſue anime habet ha
bere. Scd̄o xp̄s in cruce exaltari voluit tā
q̄ in ſpeculū: vnde poſſet nos ab hoſtibus
conſeruare. Solent hoīes ſpeculā erigere:
et homines ſpeculatores ibi ponere vt vi
ſoribꝰ ibi clament: vt ab hoſtib⁹ ſe obſer
uent. E ❡ Ambulantibus vero p viam
mūdi multa pericula imminēt: tā a mūdo/
qui vult frangere p impatientiam q̄ a car
ne: que vult allicere p concupiſcentiam q̄
etiam a diabolo: qui vult decipere p aſtu
tiam. Ideo xp̄s in ſpeculū crucis aſcendit:
et clamat ne dimittamus nos a mundo frā
gi/ nec a carne illici/ nec a diabolo decipi.
D ❡ Clamauit autē multipliciter in cru
ce. Primo orationib⁹ deuotis. Scd̄o lachry
mis amaris. De his duob⁹ habet Heb.v.
Qui i dieb⁹ carnis ſue p̄ces ſupplicatiōeſq̄
ad eū qui poſſet illū ſaluū facere a morte
cū clamore valido lachrymis offerens. ⁊c.
Tertio clamauit ſanguine. ⁊c. Heb.xij. Ac
ceſſiſtis ad ſanguinis aſpſionē meli⁹ loq̄n
tem q̄ abel. Quarto clamauit corde. Nam
ipſum cor homini manifeſtauit quādo lā
tus ſuū aperiri voluit: ⁊ talis actio fuit ma
xima amoris clamatio. Tertio aſcendit in
cruce tanq̄ ad ſpectaculū vnde nos reuo
caret. Quādo eñ aues ad dn̄os ſuos redi
re nolunt: ſolent ad ſpectaculum aſcēdere.
et oſtenſo aliquo fruſto carnis aſſibilare: ⁊
ſic eas reuocare n non ceſſant. Homo aūs
contumax a deo auolauerat. Oſee.ix. E
fraim quaſi auolauit. Ideo chriſtus crucis
ſpectaculū aſcendēs: totum corpus ſuum
cruentauit vt ad ſe fugitiuos hoīes reuo
caret. E ❡ Sed notandum ꝙ triplici
de cauſa aues ad dn̄os ſuos redire nolunt
Aut quando ſunt nimis replete/ aut quan
do in deuorationem prede ſunt occupate/
aut quando non ſunt bene domeſtice. Iſta
triplici de cauſa homines ad deum non re
deunt/ ſed potius fugiunt. Primo quando
diuitijs ſunt repleti nimis. Deuteronomij
xxxij. Incraſſatus eſt dilectus ⁊ recalcitra
uit: incraſſatus impinguatus dilatat⁹ de
relinquit deum factorem ſuum: et receſſit
a deo ſalutari ſuo. Scd̄o qñ ſpurcicijs pec
catoꝝ ſunt dediti. Tales ſimiles ſunt coruo
quem noe de archa emiſit: q̄ deuorationi
cadauerū ſe dedit: et ideo ad archā nō re
dijt. Tertio quando non ſunt bene domeſti
ci. Dicitur de leone ꝙ quādo corā leone fla
gellatur canis leo domeſticatur. Multo au
tē fortius domeſticatur canis ſi ante ipſuꝫ
flagellaret leo. Pueri etiā volentes dome
ſticare aues: et ad loquendum docere dant
eis vinū bibere. Nullū eſt aīal ita ſiluestre
quod ex beneficijs non efficiatur māſuetū
et lene. Et tamē multi ſunt ita ſiluestres ꝙ
domeſticari nō poſſunt. Nec ex flagellatio
ne leonis id eſt xp̄i: nec ex potu ſui ſanguī
nis/ nec ex collatiōe beneficiꝫ. F
❡ Quarto aſcendit in crucē tanq̄ in patib
lū/ vt inde perditos recuperaret. Conſuetu
do fuit antiquitus ꝙ res ꝑdite quādo inue
niebantur in patibulo/ ſuſpēdebant. Olim ꝑ
diti erant angeli q̄tum ad ſui numeri di
minutionē. Erāt ꝑditi actiui/ q2 non pote
rant facere aliqua meritoria opera. Erant
perditi p̄lati: q2 nō poterant ſubditos in
ſtruere p aliquā ſalutiferā exhortationē.
Erant perditi contēplatiui: q2 non poterāt
deo vacare per aliquā dulcē inſpirationē.
Sed iſta oīa et que erant ꝑdita/ p xp̄m ſunt
inuenta: et in patibulo crucis ſuſpenſa. Et
hoc eſt quod dicitur Eſa.xxij. Figā illum
paxillum in loco fideli: et ſuſpendā ſup illū
oēm gloriā domus patris eius. Uaſoꝝ di
uerſa genera. Omne vas paruulum a va
ſis craterarū/ vſq3 ad omne vas muſicoꝝ.
Et hoc quod dicit. Suſpendam ſup illum
omnē gloriā patris ei⁹: refertur ad ange
los qui ſunt gloria dom⁹ dei. Hoc q̄d dicit
Omne vas paruulum: refertur ad ſubditos
et actiuos. Hoc q̄d dī. A vaſis craterarū:
refertur ad p̄latos qui vino ſacre ſcriptu
re alios habent imbuere. Hoc q̄d dī. Uſq3
ad oē vas muſicoꝝ refertur ad cōtemplati
uos qui habēt i cordib⁹ ſuis decātare dn̄o
Ephe.v. Nolite inebriari vino in quo eſt lu
xuria: ſed implemini ſpiritu ſancto loquē
tes vobiſmetipſis in pſalmis/ et hymnis ⁊
canticis ſpiritualibus cantantes et pſallē
tes in cordibus veſtris domino.

❡ Feria.iij.ſecunde hebdomade.
Sermo primus.

Super cathe-
dram moyſi ſederūt ſcri
be et phariſei. Omnia er
go quecūq3 dixerint vo
bis ſeruate ⁊ facite. Mat.
xxiij. In p̄nti vita dn̄s
eſſe voluit q̄ſdā p̄latos
quoſdā ſubditos/ et vtriſq3 certas regulas



dedit. A ❡ P̄latis namq3 dedit tres re
gulas. Prima eſt: vt ſubditos verbis ⁊ exē
plis inſtruāt. Scd̄a eſt: vt ſibi fortia ⁊ ſub
ditis leuiora imponāt. Tertia eſt ꝙ de po
teſtate ſibi collata nō glorient nec ſuperbiāt
Cōtra primā regulā faciūt verboſi. Cōtra
ſcd̄am ſuperſticioſi. Cōtra tertiā ambitioſi ꝑ
lati. Eſt igitur p̄ma regula p̄latoꝝ: vt ſub
ditos vbis et exēplis inſtruāt. Sed cōtra
hanc regulā faciūt p̄lati verboſi q̄ bona
multa dicunt: ſed nulla bona faciunt quos
dn̄s reprehēdit dicēs. Sup cathedrā moy
ſi. ⁊c. Oīa q̄ quecūq3. ⁊c. ſequit. Scd̄m opa
eoꝝ nolite facere: dicūt eñ et nō faciūt. B
❡ Monet igit ſubditos vt quādo ſunt ali
qui p̄lati qui habēt bona verba ſed mala
opera nō deſpiciāt verba ꝑpter opera/ ſed
relinquāt vitā ⁊ accipiant doctrinā. Et il
lud dicit Chryſo. ſup Math. triplici exem
plo dicēs. Ecce vilis terra ꝓcioſum aurū
ꝓducit/ nūquid ꝑpter vilem terrā ꝓcioſū
aurū cōtēnitur? Aurū colligit/ ⁊ terra relinq̄
tur: ſic et vos doctrinā accipite/ et mores
relinquite. Scd̄m exēplū ponit dicēs. Na
et apib⁹ herbe nō ſunt neceſſarie: ſed flo
res colligunt ⁊ herbas relinquunt. Sic et
vos flores doctrine colligite: et cōuerſatio
nē relinquite. Poteſt addi tertiū exēplum
q2 ſpine flores ꝓducunt: ⁊ tñ dō lilia odo
rat: et ſpinas vitat. Sic etiā quilibet debet
vitare vitā ſpinoſā p̄lati: et accipere dei
doctrinā odoriferā. Primū exēplū ꝑtinet
ad p̄latū immundum qui eſt ſicut lutum
habens aurum. Eſt eñ lutum ꝑpter im
mūdā vitā: ⁊ id de plateis celeſtis hieru
ſalē expurgabitur: ⁊ in cloacā infernalem
ꝓijcietur. Pſ. Ut lutum plateꝝ delebo eos
In iſto luto aurū inuenit: quando doctri
na ſana ab eo ꝓfert. Uerba eñ dei dicitur
aurū q2 ſicut aurum eſt incorruptibile: ſic
verba dei conſeruant hominem a putrefa
ctione peccati. Pſ. In corde meo abſcondi
eloquia tua: vt non peccē tibi. Scd̄m exem
plū pertinet ad p̄latū ſuperbū. Eſt eñ ſicut
herba habēs florē amenū. Sicut enim her
ba viret ⁊ cito areſcit: ſic ſuperbus cito extol
lit/ ⁊ ſubito deficit. Pſ. Mane ſicut herba
tranſeat/ mane floreat ⁊ tranſeat veſpere de
cidat induret et areſcat. Per mane intelligi
tur/ ſiue ſanitas/ ſiue vita. Per veſpere/ ecō
uerſo intelligi poteſt ſenect⁹ vel infirmitas
ſiue mors. Et huic triplici ſtatui reſpondēt
tria verba que ſequūtur ſcꝫ decidat/ indu
ret ⁊ areſcat. Eſt ergo ſenſus ꝙ ſuperb⁹ vi
get in mane ſanitatis: ſed decidit in lutum
in veſpere infirmitatis. Floret in mane iuuē
tutis: ſed induratur in veſpere ſenectutis.
Uiret in mane p̄ſentis vite: ſed areſcit in
veſpere mortis. Iſta herba florem produ
cit: quando p̄latus ſuperbus verba dei ꝓ
ponit. Et dicuntur verba dei flores: q2 ſicut
flos ꝓducit fructū/ ſic verba dei faciunt ho
minē generare opus ſuū bonū. Iaco.i. Uo
luntarie eñ genuit nos verbo veritatis.
Tertiū exemplū pertinet ad p̄latū auarū:
quia eſt ſicut ſpina habēs lilia. Diuitie eñ
ſpine vocantur ſicut habetur Lu.viij. Qd
autem in ſpinis cecidit/ hi ſunt q̄ audiunt
et a ſollicitudinib⁹ ⁊ diuitijs ⁊ voluptati
bus vite euntes ſuffocati ſunt. Hec aūt iſta
ſpina ꝓducit liliū quādo p̄latus auarus
profert dei verbū. Et ſi verbū dei liliū: q2
ſicut ad odorē lilij ſerpentes fugiūt: ⁊ ho
mines attrahuntur: ſic hoīes ſerpētini ver
bum dei faſtidiunt. Pſ. Oēm eſcam abomi
nata eſt anima eoꝝ. Boni autē dulciter ap
petunt. Pſ. Q̄uā dulcia faucibus meis elo
quia tua. Scd̄a regula p̄latoꝝ eſt vt ſibi
fortia: et ſubditis leuiora imponant. Con
tra iſtā regulā faciunt p̄lati ſuperſticioſi
quos dn̄s reprehendit dicens. Alligāt one
ra grauia et importabilia: et imponūt in
humeros hoīm: digito autem ſuo nolūt ea
mouere. Et iſtud eſt contra ſacerdotes que
penitentias nimis graues imponunt. C
❡ Quod tamē nō debet fieri tribus de cau
ſis ſm̄ Chry. Prima eſt ꝑpter malus peri
culi/ q2 ſepe talis homo penitētiā ſibi da
tā ꝑficit: et tamē deſperatus ad pctā redit
Et ponit exēplū dicens. Si eñ pond⁹ ſup
humeros adoleſcētis poſueris q̄d nō poſ
ſit portare: aut neceſſe habet vt pōdus reij
ciat/ aut ſub pondere cōfringatur. Sic hoi
cui graue pondus penitentie ponis neceſ
ſe eſt vt aut penitentiam deijciat/ aut ſuſci
piens dum ferre non poteſt/ ſcandaliſetur:
et amplius peccet. Secunda ratio eſt pro
pter vitandum dei iudicium. Unde ſubdit
Domine ſi erramus modicam penitentiam
imponentes: nonne melius eſt propter mi
ſericordiā dare rationem q̄ propter crude
litatē? Iaco.ij. Iudicium ſine miſericordia
fiet illi qui non fecit miſericordiā. Talis po
terit dicere deo. Domine ſicut feci aliis fa
cias mihi. Alius fui ſi miſericors: et tu eſto
mihi miſericors. Iſtam allegationem fa
cit propheta dicens. Non abſcondi miſeri
cordiam tuam et veritatē tuam a conſilio
multo. Dn̄e ne longe facias miſerationes
tuas a me. ac ſi dicat. Sicut ego miſericor
diam meam non abſcondi: ſic ⁊ tuam a me
non abſcondas. Tertia ratio eſt ꝑpter libe
ralem dn̄m Chryſo. vbi pater familias lar
gus eſt: diſpenſator non debet eſſe tenax.
Si deus eſt benignus: vt q̄d ſacerdos eius
auſterus. Deus quidem adeo largus eſt ꝙ
peccatū dimittit/ aliquādo tribus ſyllabis
ſicut patet quādo dauid dixit/ Peccaui. ij.
Regum.xij. Aliquando cum paucis lachry
mis ſicut patet in Petro qui egreſſus fo

beata virgo. Luc. i. Reſpexit humilitatē an
cille ſue. Fuerunt omnes ſancti tam maio
res ꝗ̄ minores. Eſa. xl. Omnis mons ⁊ col
lis humiliabitur. A Finis autē vie hu
ius humilitatis eſt q: ducit ad gratiam in
preſenti. Jaco. iiij. Deus ſuperbis reſiſtit:
humilibus aūt dat gratiā. Et ducit ad glo
riam in futuro. Job. xxij. Qui humiliat⁹
fuerit erit in gloria. F ¶ Jpſa quidem
humilitas meretur gratie impletionē: im
plete augmentationē: augmētate conſerua
tionē/ cōſeruate glorificationē. Primo nāq̄
ꝙ meretur gratie impletionē. Ps. Qui emit
tis fontes in conuallibus. i. gratiā iā ſuam pre
ſtat humilibus. Jnter medium montiū per
tranſibūt aque. Due montes ſunt due ſpe
cies ſuperbie. Quarum vna naſcitur ex re
temporali. alia ex re ſpirituali. Jnter iſtos
duos montes eſt vallis humilitatis nō de
clinans ad aliquā ſpeciē ſuperbie: ⁊ in illo
medio pertranſibunt aque gratiarū. Secū
do humilitas meret gratie implete augmē
tationem. Et hoc poteſt oſtendi per tria ex
pla. Primo per exemplum pupille. quoniā
ſecundū Greg. Ato pupilla eſt nigrior ⁊ mi
nor tanto eſt lucidior. Sic ⁊ homo quanto
eſt deſpectior coram ſeipſo: tanto eſt maior
coram deo. Cant. i. Nigra ſum. Crepuſatione
mei. ⁊ ideo formoſa in conſpectu dei. Secū
do per exemplum candele que quāto plus
inclinatur tanto magis accenditur. Sic et
homo quāto pl⁹ corā ſe inclinatur per hu
miliationē. tanto plus inflammatur in dei
charitate. Tertio per exemplum aque que
quanto plus deſcendit: tanto magis aſcen
dit. Aug. Deſcendite vt aſcendatis ad deū
cecidiſtis enī aſcendendo cōtra eū. Sic et
homo quanto plus deſcendit per humilita
tem: tanto plus aſcendit per gratiā. Tertio
humilitas meretur gratie augmentate cō
ſeruationē. Et hoc oſtēditur per tria exēpla.
Pmo p exēplū cineris. Sicut enī cinis ignē
pſeruat ſic hūilitas cōſeruat gratiā ſpūalē.
Taliter cōſeruādo docet. Eccli. x. Quid ſu
perbis terra et cinis? Taliter cōſeruabat ꝗ
dicebat. Gen. xviij. Loquar ad dn̄m meū cū
ſim puluis et cinis. Secūdo per exemplū
arboris. Rami enī arboris qui ſunt in imo
poſiti ſunt ſecuri: ſed qui ſunt in alto ſepe
franguntur a violentia vēti. Jdeo lucifer cor
ruit: quia in imo ſtare noluit. Tertio per ex
emplum pulueris. Uirtutes enim ſine hu
militate ſunt ſicut puluis: ſed cum humili
tate ſunt ſicut terra firma et ſolida. Grego.
Qui ſine hūilitate virtutes cōgregat. quaſi
ſi qui puluerem ante ventum portat. Quar
to humilitas meret gratie augmentate glo
rificationē. Et hoc oſtēditur per tria exem
pla. Primo per exemplum turris dicitur. Co
gitas magnam fabricam cōſtruere in alti
tudine. de fundamēto cogita humilitatis.
Qui enim vult turrē cōſtruere per quā aſcē
dat ad celi celſitudinē ponat pro fundamē
to humilitatē. Jſtud fundamentū ponit apo
ſtolus. i. Corin. dicens. Dei edificatio eſtis
vt ſapiēs architectus fundamentum poſui.
Secūdo per exemplum arboris. Unde dicit.
Arborem attendite. Figit radicem in humi
li vertice tendit ad celum. ſine radice
autem petit ruina eſt non incrementū. Qui
igitur figit radicem in imo humilitatis fa
ciet fructum ſurſum celeſtis ſatietatis. iiij.
Reg. xix. Quodcunqꝫ reliquū fuerit de do
mo iuda mittet radicem deorſum et faciet
fructū ſurſum. Tertio per exemplū etatis.
Uis magnus eſſe: a minimo incipe. Homo
enim primo eſt paruus ⁊ poſtmodū per eta
tem creſcit. ⁊ fit magn⁹. Jdeo dicitur. i. Ro
ma. xv. Nonne cum paruulus eſſes in ocu
lis tuis caput factus es in tribubus iſrael?
ideo dicit Mat. xviij. Aduocans ieſus par
uulum ſtatuit in medio eorū ⁊ dixit. Qui
cunqꝫ humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte
hic maior eſt in regno celorum.

¶ Feria quarta ſecunde hebdo
made. Sermo primus.

ASCendēs ie
ſus hieroſolimā aſ
ſumpſit duodecim di
ſcipulos ſuos ſecre
to: et ait illis. Ecce
aſcendimus hieroſo
lymā ⁊c. Mat. xx. Se
pe dn̄s paſſionē ſuā
⁊ reſurrectionem ſuā
diſcipulis ſuis predicebat: ſiue vt ex hoc
ſe deum eſſe oſtenderet: quia futura predi
cebat. ſiue vt diſcipulorū animos robora
ret: ne ſcilicet adueniēte paſſionis tpe ſcan
daliʒarentur. Quia ſic dicit Grego. Minus
enī mala feriunt que preuidentur. ſiue vt paſ
ſionem eius videntes: reſurrectionē ei⁹ fu
turā ſperarent. Jn hoc ergo euangelio dn̄s
tria facit. Primo ſuā paſſionem predicit ⁊
hoc in principio hui⁹ euāgelij. Secūdo in
diſcrete petentes redarguit. ⁊ iſta pars in
cipit ibi. Tūc acceſſit ad eū mater filiorum
zebedei ⁊c. Tertio diſcipulos indignatos
ad otam pacis reducit. ⁊ iſta pars incipit
ibi. ⁊ audientes decē indignati ſunt. Circa
primū notādum ꝙ licet modo non ſit tem
pus paſſionis: eccleſia tamen in hoc euan
gelio de paſſione mentionē facit. vt ad ſu
ſtinendā quadrageſimalē penitētiā fideles
feruenti⁹ animentur. B ¶ Jn hac enī. xl. fi
deles debēt habere cōtritionē cordis: con
feſſionem oris/ ⁊ ſatiſfactionem operis. Et
iſta ſatiſfactio conſiſtit in tribus. Jn ieiu
nando/ in orando/ ⁊ in elemoſynas largien



do. Memoria autē paſſionis ad oīa iſta ho
minem inducit. Primo inducit ad dolendū
et cōterendum de peccatis ſuis. Hoc ſignatū
eſt in hoc ꝙ in paſſione xp̄i petre ſciſſe ſūt.
per qđ datur intelligi ꝙ memoria paſ. xp̄i
ſepe corda lapidea ad cōtritionē frāgit. Le
gitur ꝙ eſt quoddā genus lapidū adaman
tū q̄ nō poſſi frangi/ nec per ignis cōbuſtio
nē/ nec per mallei percuſſionē. frangit aūt
per ſanguinis calidi infuſionē. Sic etiam
multi ſunt quos nō frangit ad penitētiam
nec martyrū tribulatio nec iudiciorum dei
cōminatio: frāgit aūt eos dn̄ica paſſio. Se
cūdo memoria paſ. xp̄i inducit hominē ad
cōfitendum. Jn huius ſignificationē in paſ
ſione xp̄i monumenta aperta ſunt. ⁊ multa
corpora ſanctorū qui dormierant exierunt
⁊ ſurrexerūt. Monumentū fetidum eſt cor
noſtrū in quo tot ſunt corpa mortua quot
ſunt pctā mortalia. ⁊ ideo monumētū tunc
aperitur ⁊ mortui reſurgunt quādo peccat
tor ad memoriā paſ. xp̄i os ſuū aperit ⁊ pec
cata vicario dn̄i dicit. Jdeo dicit Aphe. v.
Surge q̄ dormis ⁊ exur. a mor. ⁊ il. te xp̄s.
Tertio inducit ad ieiunandū. quā enī conſi
derat ꝙ xp̄s ieiunauit ⁊ eſuriuit de facili
ſua ieiunia ſuſtinebit. B ¶ Chriſt⁹ enī
tribus vicibus eſuriuit. Primo quādo. xl.
diebus ⁊ noctibus ieiunauit. ⁊ tunc nō ha
buit ad comedendū niſi lapides. Sicut ha
betur Mat. iiij. Alia vice eſuriuit ⁊ ſitiuit:
ſcilicet in paſſione quando dixit. Sitio. vt
habetur. Joh. xix. ⁊ tunc non habuit ad co
medendū niſi fel: ⁊ ad bibēdū niſi acetū. Ps.
Dederūt in eſcā meam fel: ⁊ in ſiti me. po.
me ace. Alia vice eſuriuit. vt habet Matt.
xxi. ⁊ tunc nō habuit ad manducandū niſi
folia fici. Sed xp̄s nec lapides voluit come
dere. nec folia manducare: nec acetum bi
bere. quia ipſe non incorporat homines la
pideos/ nec duros ⁊ obſtinatos: nec habē
tes tantum folia: ſcilicet verboſos tantum
nec homines acetoſos per odia ⁊ rancores
amaros. Quarto inducit ad orandū. Mul
tum enim inducitur homo ad orandū quā
do cōſiderat ꝙ xp̄s in cruce taliter orauit.
Nam orauit verbis pietatis. Luce. xxiij. Di
mitte illis quia neſciūt quid faciunt. Ora
uit lachrymis. Hebre. v. Jn diebus carnis
ſue. i. paſſionis ſue. preces ſupplicationeſqꝫ
ad deum qui poſſet illum ſaluū facere a m. ⁊
te: cum clamore valido ⁊ lachrymis offe
rēs effuſionē. Orauit ſanguinis. Heb. xij. Ac
ceſſiſtis ad ſanguinis effuſionē melius lo
quentē ꝗ̄ abel. q: ſanguis abel petebat vin
dictam. ſanguis vero xp̄i miſericordiam.
Quinto inducit nos ad elemoſynarū lar
gitionem. Non enim debet homo eſſe auarus
quādo cōſiderat ꝙ xp̄s in paſſione ſua
fuit tam largus. Jpſe quidē largus fuit in
largiendo q: latroni paradiſum dedit. Lar
gus in parcendo. q: perſecutoribus ſuis to
taliter indulſit. Largus in redimendo: quia
nō guttam: ſed totum ſanguinem p nobis
dedit et effudit. Secūdo indiſcrete petentes
redarguit. Jaco. ⁊ Jo. mediante matre pe
tierunt ꝙ vnus ſederet ad dexteram ⁊ ali⁹
ad ſiniſtram. Non enī hoc petere voluerūt
per ſe: q: petere primatū p aliquo ignoran
te tolerabile eſt: ipſo vero ſciēte ⁊ cōſentiē
te repreſenſibile eſt. p ſe vero verecundum
⁊ vituperabile. Dn̄s aūt noluit ipſam repre
hendere nō reſpōdit matri ſed filijs tum: quia
ſciebat ꝙ iſta petitio a filijs procedebat.
Tum quia femina erat: ad innuendum ꝙ
nō eſt honor homini contendere cum mu
liere. Tū q: erat vetula: ⁊ piū eſt mulieres
vetulas cōſolari: nec eas obiurgare. Tū q:
erat amica: ⁊ ideo noluit eā reprehendere
ſed ſibi deferre. Tum q: erat mr̄. ⁊ ipſe ſcie
bat ꝙ quilibet mater naturaliter amat filios
ſuos: ⁊ bonū ipſorū deſiderat. C ¶ Ridit
aūt dn̄s eis valde modeſte ⁊ diſcrete: q: nō
dixit dabo: q: ex hoc alij fuiſſent indignan
ti. Nec dixit nō dabo: q: ex hoc iſti fuiſſent
confuſi: ſed ſuā reſponſionē temperauit di
cens. Dabo vobis et non dabo. Non enī da
bo ex eo ꝙ eſtis mei propinqui dabo autē
ſi fueritis meriti. ⁊ ideo dixit. Poteſtis bi
bere calicem. ſcꝫ paſſionē quē ego bibitur⁹
ſum. dixerunt poſſumus. Nam Joannes bi
bit qui fuit virgis flagellatus/ in oleo adu
ſtus/ veneno potatus/ in exiliū relegatus.
Jacobus bibit q: fuit capite truncatus. Ho
rū autē petitio quodāmodo verificata eſt.
q: ad dexterā et ad ſiniſtrā ſunt ambo: licet
enī pluſꝗ̄ petierūt. Per ſiniſtram vita pre
ſens. Per dexteram aūt vita beata deſigna
tur. D ¶ Sedent igitur hi duo apoſtoli
ſiniſtris dei: quia corpus beati Jacobi et
ſepulchrū beati Joānis in multa gloria ha
bentur. Sedent a dextris dei q: dei eorum
anime beatificantur. Uel pōt dici ꝙ dexte
ra xp̄i eſt oriēs: ſiniſtra eſt occidēs. Sedet
igitur Joan. a dextris: q: eius monumentū
eſt ex parte orientis. Sedet Jacobus a ſini
ſtris: q: eius corpus eſt ex parte occidētis
vel poteſt dici ꝙ per dexteram intelligit po
teſt xp̄i deitas: per ſiniſtrā eius humilitas.
Poſt igitur beatam reſurrectionē ibi apo
ſtoli ⁊ alij ſancti ſedēt ad dexterā: q: eorum
anime beatificantur in contēplatione diui
nitatis. Sedebūt ad ſiniſtrā dei quia eorū
viſus corporalis beatificabitur in viſione
humanitatis xp̄i. E Tertio xp̄s diſcipu
los indignatos ad pacē reducit eos ad hu
militatem deducendo ⁊ ſeipſum in exemplū
prebendo. Sciebat enim ꝙ humilitas eſt
cauſa pacis. ſicut econuerſo ſuperbia eſt diſ
ſenſionis. iuxta illud Prouerb. xiij. Jnter ſu

perbos ſemper iurgia ſunt.qui aũt cõſi
lio agunt cuncta reguntur ſapientia. vide
mus enĩ ꝙ duo corpa plana poſſunt ad in
uicem applicari. corpus aũt ſperican ⁊ cõ
cauũ pñt ad inuicẽ cõuenire: qꝛ cõcauum
recipit ſpericũ intra ſuã pcauitatẽ duo aũt
tẽ ſperica nõ pñt applicari niſi in puncto.
Eodem modo duo hoĩes plani ⁊ manſueti
viuũt pacifice ⁊ ſocialr.ps. Audiãt mãſue
ti ⁊ letentur.duus etiã ſuperbus ⁊ vnꝰ mã
ſuetꝰ cõuenire poſſunt.qꝛ manſuetus intra
cõcauitatẽ ſue humilitatis recipit tumorẽ
illius elationis.ps. Cum his qui oderũt pa
cem eram pacificꝰ ⁊c. Duo aũt ſuperbi nõ
pñt conuenire nec applicari niſi in puncto
pungere quidem ſe poſſunt.pacificari vero
non poſſunt.⁊ ideo bene dicit ſalomon.In
ter ſuperbos ſemper iurgia ſunt.

¶ Eadem feria quarta.ij.hebdo
made.quadrageſime.Sermo.ij.

# Poteſtis bibere

calicem quem ego bibiturus
ſum.dicunt ei poſſumus. ait
illis calicem quidem meum
bibetis ⁊c. Iſti duo apoſtoli
in petitione iſta non fuerunt
bene diſcreti:quia voluerũt metere anteꝙ̃
ſeminarent.coronam percipere anteꝙ̃ de
certaſſent:brauium habere anteꝙ̃ cucurriſ
ſent.et ideo xp̃s eos reprehendẽs.dicit ne
ſcitis quid petatis.poteſtis bibere calicem
quem ego bibiturus ſum: hoc eſt poteſtis
pati pro nomine meo ſicut ego paſſus ſum
pro veſtra ſalute. B ¶ Appellatur aũt
paſſio xp̃i calix.qꝛ calix dicitur a calore vl
ſcd̃m yſido.di a calon quod eſt lignum. erat
enĩ calix antiquitus quoddã vas ligneũ in
quo infirmis medicina propinabatur; que
medicina erat amara.⁊ calida. ⁊ ſanatiua:
ſꝛ paſſio xp̃i fuit propinata in ligno crucis
cũ amaritudine doloris.cũ feruore amoris
⁊ cũ effectu noſtre curationis. D ¶ No
tandũ aũt ꝙ deꝰ habet tres calices in pñ
ti ⁊ tres in futuro. Primus calix p̃ſens eſt
plenꝰ balſamo. Secũdꝰ eſt plenꝰ abſinthio
Tertiꝰ eſt plenꝰ ſanguine rubicundo. Pri
mus calix in pñti eſt plenꝰ balſamo.eſt enĩ
calix gratie ⁊ innocẽtie. Secũdꝰ calix eſt pe
nitẽtie. Tertius calix eſt paſſionis domini
ce. In primo calice qui eſt plenꝰ balſamo:
ſpũſcti ⁊ gr̃e bibit xp̃s ꝗ ſpũſctõ plenus
fuit.decuius plenitudine accepimꝰ oẽs.bi
bit virgo Maria.q̃ dei gratia fuit plena bi
berũt oẽs ſancti apoſtoli in penthe.q̃ ſpiri
tuſancto fuerũt repleti.biberũt oẽs iuſti ꝗ
habẽt gratiã dei. C ¶ Sũt aũt ſigna p
quę cognoſcitur quãdo aliquis ſanitis ca
lice biberit ⁊ ex iſta potatione tria ſequũt.
Primum eſt mundane ſitis extinctio. Jo.
iiij. Qui biberit ex aqua hac ſitiet iterum
qui aũt biberit aquam quã ego dabo ei nõ
ſitiet ineternũ. Chryſ. Vere nõ habet ſuper
terram qđ amet:qui donũ celeſte in veriſ
te guſtauerit. Augu. Qui biberit de fluuio
paradiſi cuius gutta eſt maior oceano.re
ſtat vt in eo ſitis mundi huius penitꝰ extin
cta ſit. Vocat Aug. fluuiũ paradiſi amorem
ſpũſſancti.oceanum aũt vocat collationem
omnium amorũ mundanorũ.quãdo ſiſtitur
vna gutta amoris ſpiritusſancti in cor ho
minis venit.totam collationẽ amorũ mũ
danorũ extinguit. Scd̃m eſt mentis in cele
ſtibus habitatio.qui enĩ calicẽ ſpiritusſan
cti bibit frequẽter in celum per deſideriũ
ſalit. Joh.iiij. Aqua quam ego dabo fiet in
eo fons aque ſalientis.i.ſalire facientis in
vitã eternam. Taliter ſaliebat qui dicebat.
Phil.iij. Noſtra cõuerſatio in celis eſt. Ter
tium eſt mentis exultatio. Sicut enim ſupra
nubes ſemper eſt ſerenum.infra vero nu
bes turbulentia ⁊ impetus ventorum.ſic in
cordibꝰ ſanctorũ virorũ ſemper eſt ſereni
tas et iocunditas cordis.in cordibus vero
terrenorũ ſemper turbulẽtia cogitationũ.
et nullam iocũditatẽ facit ſpiritusſanctus.
ps. Vinũ letificat cor hominis. Prouerbi.
xv. Secura mens iuge cõuiuiũ. Secundus
calix eſt plenus abſinthio.⁊ iſte calix eſt pe
nitẽtie in quo calice biberunt apoſtoli poſt
xp̃i paſſionẽ bibit maria magda. biberunt
oẽs penitẽtes.ſi enim ille qui biberat in ca
lice balſami diuine gratie perdiderit ipſã
gratiam accedat ad hunc calicem ⁊ bibat
de abſinthio amare penitẽtie ⁊ quanto fue
rit amarior tãto erit dulcior. Chryſ. Ama
ra medicina melius curat vbi morbus cu
rabilis eſt ꝗ̃ leuis. Illud autem abſinthiũ
amare penitẽtie debet dulcorari per ſpẽ ce
leſtis glorie. Math.iij. Agite penitentiã ap
propinquabit enĩ regnũ celorũ. Ecce pmiſ
ſum primũ. Dixit agite.non dicite. qđ eſt
contra predicatores verboſos qui dicunt
⁊ non faciunt. Nec dixit cogitate ſed agite.
quod eſt contra illos qui habent multa bo
na propoſita: ſed non complent per bona
opera nec dixit fingite: ſed agite. quod eſt
contra hypocritas ⁊ oſtentatores qui fin
gunt ſe habere exteriꝰ pelliũ omniã.⁊ intꝰ
habẽt voluntatẽ lupinã.nec dixit agetis in
futuro.ſed agite in preſenti.quod eſt cõtra
procraſtinatores.cuꝫ tamen dicat. Eccli.v.
Ne tardes cõuerti ad dñm ⁊ ne differas de
die in diem.⁊ ſequitur ſuperior auctoritas.
Appropinquabit enĩ regnũ celorũ. magna
liberalitas dei:quia regnum celorũ nobis
appropinquare facit.maior quia ipſum re
gnum nobis tribuit. Luce.xij. Nolite timere



puſillus grex quia complacuit patri veſtro
dare vobis regnum.maxime quia ipſum re
gnum intra nos eſt. Mat.xvij. Regnum ce
lorum intra vos. Tertius calix eſt plenꝰ ſan
guine.⁊ iſte eſt calix dominice paſſionis.in
iſto calice bibit ipſe xp̃s.ſicut ipſe dicit hic.
poteſtis bibere calicem quẽ ego bibiturus
ſum. Biberũt etiam martyres. Apoc.vij. Hi
ſunt qui venerũt ex magna tribulatione et
la.ſto.ſuas in ſanguine agni. D ¶ Eſt
aũt aliud ſanguis habet inficere.ſolus ve
ro ſanguis xp̃i habet dealbare ⁊ ideo natu
ram habet lactis.nec mirum ſi enim lac eſt
ſanguis bis coctus.ſeꝫ in penis ⁊ in mami
millis.⁊ per ſe illius duplicis decoctionis
conuertitur in albedinẽ.multo fortius ſan
guis chriſti habebit dealbare qui non tan
tum bis:ſed ter fuit decoctus.ſcꝫ igne amo
ris Joh.xv. Maiorem hanc dilectionem ne
mo habet vt animam ſuam ponat quis pro
amicis ſuis. Amor enim ſanis eſt. iuxta il
lud. Luc.xij. Ignem veni mittere in terras.
igne paſſionis. ps. Igne me examinaſti.ſi
cut examinatur argentum. Item oſſa mea
ſicut cremium aruerunt. Cremium eſt lar
dum in ſartagine adultum ⁊ aridũ de quo
omnis pinguedo exiuit. Corpus ergo chri
ſti fuit cremium:quia in ſartagine crucis ſic
fuit igne paſſionis aduſtum ꝙ totus ſanguis
de eo exiuit.⁊ in cruce ſicut lignum aridũ
remanſit. Fuit etiam coctus igne doloris.
Threno.i. O vos omnes qui tranſitis per
viam attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſimilis
⁊c. E ¶ Dolor enim chriſti fuit ma
gnus intenſiue.quia intenſum dolorem in
cruce ſenſit ⁊ propter loci neruoſitatem. qꝛ
pedes ⁊ manus ſunt neruoſe.⁊ propter to
tius corporis ponderoſitatem. Fuit etiam
magnus oſtenſiue.illam enim magnum fuiſ
ſe dolorem oſtendit Chriſtus qui in cruce
fleuit. vt habetur Hebreorum.v.ca. Oſten
dit ſol qui lucem ſuã ſubtraxit.oſtendit ter
ra que contremuit. Fuit etiam magnus ex
tenſiue.qꝛ ab inſtanti ſue conceptionis vſqꝫ
ad vltimam horã ſue paſſionis ſe extẽdit.
mox enim vt conceptus fuit ſuam paſſionẽ
preuidit et ſemper in imaginatione habuit
et ideo nunꝗ̃ per vnicam vnam noctẽ
in tota vita ſua ſine dolore pertranſiuit.ps.
Defecit in dolo.vita mea.⁊ anni mei in ge
mi. Habet etiã deus tres calices poſt hãc
vitam.quorum primus eſt plenus vino me
ro.ſecũdus vino mixto.tertiꝰ fece. De his
tribus calicibus dicitur in.ps. Calix in ma
nu domini vini meri quantum ad primum
plenus mixto calix ſcilicet quãtum ad ſecũ
dum verũtamen fex eius non eſt exinanita.
bi.omnes peccatores terre quantũ ad ter
tium. Quedã anime ſunt ꝗ ſtatim euolant
quedam que aliqua purgãda ſecum portãt
quedam que in mortali peccato decedunt.
iſte igitur primus calix dei eſt plenꝰ mero.
⁊ iſte calix eſt celum qđ eſt pura gloria ſan
ctorum.in hoc calice bibũt anime ſanctorũ
que ſtatim euolant:quia gloriã merã acci
piunt.talibus dicit deus illud. Can.v. Bibi
te amici mei ⁊ inebriamini chariſſimi.ſan
cti enim prout ſunt in preſenti vita ſunt
deo chari.prout in patria enim animabus
ſunt deo amici.prout vero erunt cum cor
poribus erunt deo chariſſimi. F ¶ Sanc
ti ergo qui ſiũt deo chari de hoc vino me
ro quendam guſtum recipiunt dum ſunt in
hac vita aliquem guſtum diuine dulcedi
nis hauriunt.prout ſunt amici bibũt. quia
eorum anime ex viſione diuinitatis ſuas de
lectationes accipiunt.prout vero erũt cha
riſſimi in corpore ⁊ anima glorificati ebrij
erunt.chariſtas enim nõ cauſatur ex vino ſe
mel guſtato ſed ex frequenti actu bibendi:
tunc enim ſancti bibent ex delectationem
ſuam haurient ex contemplatione diuinita
tis tunc rebibent.quia delectationem ſuam
percipient ex viſione humanitatis. Secun
dus calix eſt plenus vino mixto.⁊ iſte calix
eſt purgatorium.in iſto purgatorio ſeu ca
lice bibũt anime que portant ſecum crema
bilia ⁊ purganda habent quidem gloriam.
ſed eam percipiant cum admixtione preces
dentis pene. Eſa.i. Vinum tuum mixtũ eſt
aqua.i. Choſin.iij. Ipſe ſaluus erit. ecce vi
num purum ſic tamen quaſi per ignẽ. ecce
mixtio aque. Vel poteſt dici ꝙ locꝰ purga
torius dicitur calix vini mixti:quia ibi multi
plex mixtio reperitur. G ¶ Eſt enim
mixta plena cum gratia ſecuritas cuntis
moris:ſunt enim de gloria ſecuri habẽ
dai ſed ſemper timent ne nimis differãt a
gloria. Eſt ibi cõſolatio deſolatione. habẽt
enim cõſolationem de tali ſecuritate de an
gelorum viſione ſed habent deſolationẽ de
pene acerbitate.⁊ de demonum vicinitate.
Tertius calix plenus eſt fece.⁊ iſte calix eſt
infernus in quo bibũt anime in mortali de
cedentes. H ¶ In inferno quidem ſunt
feces omnium elementorum ⁊ omnium re
rum.poſt reſurrectionem enim purgabun
tur omnia elemẽta.nam ab aere remouebi
tur omnis tribulentia nubium et tota tribu
lentia tanꝗ̃ fex proiicietur in cloacam in
fernalem.⁊ remanebit aer clariſſimꝰ ſicut
criſtallus. Similiter a terra remouebitur o
mnis impuritas.et proiicietur tanꝗ̃ fex in
cloacam infernalem. et remanebit terra
fulgida ſicut aurum. Apoc.xxi. Vidi celum
nouum quo ad renouationem aeris ⁊ ter
ram nouam quo ad renouationem terre. ſi
militer renouabitur mare: quia tota tem
peſtuoſitas a mari auferetur et in infer
num proiicietur. et ita remanebit mare

Mortuus eſt au tem diues.& ſepultus eſt in inferno. Poſtq̄ dñs de ſcripſit diuitis vitā ſubiū xit eius penā.vt oēs p̄ſide rātes penā nō imittātur vitā. Pena aūt hui⁹ diuitis auget ex multis Primo ex ratione loci in quo poſitus fuit: quia ſepultus eſt in inferno. Ibi eñ ſepulturam habz ſuper bis luxurioſis & auari. De ſepulturis eñ talium dicitur Eze.xxxij. Ibi aſſur & omnis multitudo eius in circuitu illius ſepultura eius: qui deſcenderunt ad infernum cum armis ſuis. Ibi elā & omnis multitudo ei⁹ per girum ſepulchri ſui qui deſcenderunt ad terram vltimam. B

¶ Ponuntur autem hic tres.demones p̄n cipales.ſcilicet aſſur moſoth et elam.i.mā mona ſ.auicdeus & lucifer. Aſſur interpre tatur diues: & ſignificat mammonam qui eſt demon ſuper auaros. Iſte habet ſepul chrum altiſſimū in inferno. & in circuitu eius ſunt ſepulchra omnium auaroꝝ. Mo ſoth interpretatur captura.& ſignificat aſ modeum id eſt demonem qui eſt ſuper lu xurioſos: quos ipſe capit & illaqueat. Ipſe eñ in inferno ſepulchrum maximū habet: & in circuitu eius ſunt ſepulchra omnium luxurioſorum. Elam interpretatur ſuper. luminare: & ſignificat luciferum qui eſt ſu per ſuperbos: qui volunt aliis eminere. Iſte habet in inferno ſepulchrum altiſſi mum: & in circuitu eius ſunt ſepulchra om nium ſuperborum. Et quia diues fuit auarus luxurioſus & ſuperbus.ideo merito in inferno habet hec tria ſepulchra. Nam triſtatur & plorat cum auaris: fetet & luget cū luxurioſis: deſperat & dolet cum ſupe^rbis. Secundo augetur eius pena ratione beate viſionis quam perdidit q̄ notatur cum dicit. Uidit Abraham & Lazarum in ſinu eius. Plus eñ anima eius cruciabatur ex eo q̄ amiſerat viſionem beatorum: quā ex eo q̄ ſuſtinebat ſupplicia tormentoꝝ. Chrys. ſuper illud. Inter nos & vos chaos firmatum eſt: dicit ſic. Uidere poſſumus trā ſire non poſſumus. & nos videmus quod fu gimus. & vos videtis quod perdidiſtis: et noſtra gaudia accumulant veſtra tormen ta. & veſtra tormenta accumulant noſtra gaudia. Sicut autem dicit Greg. Uſq; ad iudicium boni malos et mali bonos vi dent. Poſtmodum mali non videbunt bo nos. Boni autem ſemper videbunt malos vt ſic ſemper eorum gaudia creſcant: quia mala conſpiciunt que miſericorditer eua ſerunt. C

¶ Ex illa viſione quinq; colliguntur. Unū eſt q̄ poſt hanc vitam boni cognoſcūt bo nos quia Abraham cognouit Lazarum et Lazarus cognouit Abraham. Secundum eſt q̄ mali cognoſcent malos quia diues ſciens q̄ fratres ſuos cognoſceret ſi in in fernum deſcenderent.& ex hoc pena ei⁹ au geretur nolebat q̄ illuc venirent. Tertium eſt q̄ boni cognoſcent malos quia Abra ham & Lazarus diuitē cognouerunt. Quar tum eſt q̄ mali cognoſcent bonos quia di ues cognouit Abraham & Lazarum. Quin tum eſt q̄ poſt hanc vitam non ſolum co gnoſcemus illos quos in hac vita vidim⁹ ſed etiam quos nunq̄ vidimus. Nā diues cognouit Lazarum quem in hac vita vide rat. Abraham cognouit Lazarum & diuitē quos nunq̄ in hac vita viderat. Tertio au getur pena eius ratione doloris inſenſibi lis quem incurrit.ideo dicitur. Eleuans au tem diues oculos ſuos cum eſſet in tormē tis. dicitur autem tormentum: quaſi tor quens mentem. D

¶ Loquebatur autē de gloria Lazari quā videbat.de ſua pena ſenſibili quam incur rerat.& de impoſſibilitate remedij p̄ quo deſperabat. Pſ. Peccator videbit.ſ.gloriā ſanctorum. & fraſcetur dentibus ſuis fre met & tabeſcet. propter cruciatum quem ſentit deſi derium peccatoꝝ peribit: q: vltra ſpē non habent. Propter illa tormenta ſepult⁹ fuiſ ſe dicitur in inferno ſcdm Glo. in profundi tate pene. Eſt eñ infernus quaſi quidā pu teus habēs ſuperficiem in qua ſunt pecca tores minores habens medium in quo ſūt peccatores maiores: habēs profundum in quo ſunt peccatores maximi. Pſ. Non me demergat tempeſtas aque: neq; abſorbeat me profundū quo ad illos qui ſunt in medio neq; abſorbeat me profundū quo ad illos qui ſunt in profundo. neq; vr geat ſuper me puteus os ſuum quo ad il los qui ſunt in ſuperficie. & licet ſint in ſupfi cie tamen nunq̄ inde exibunt: q: puteus vrget & claudit os ſuum. Quarto auget ei⁹ pena ex ratione remedij quod habere non potuit. Petierat quidē vt ad ſe Lazar⁹ mit teret. & eſt extremo digiti in aqua madefa cto linguā ei⁹ refrigeraretur. Et ad primū Reſpondit Abraham q̄ venire non poterat dicens. Inter nos & vos chaos magnū fir matum eſt. Scdm beatum Ambroſiū illud chaos meritorum ſignificat differentiam. vnde ait. Inter diui. & pau.cha.mag.fir. eſt quia poſt mortē immutari merita nō poſ ſunt. Scdm Theophilum chaos magnū ſignificat diſtantiā iuſtoꝝ & peccatoꝝ. Nā ſicut effectus eoꝝ fuerunt varij ſic manſio nes eoꝝ modicū differūt. Uel illud chaos pōt eē diſtantia inter lucē & tenebras q̄ boni ſūt in luce & mali in tenebris. ij. Cor. vi. Que ſocietas luci ad tenebras. Ad ſcdm reſpōdit dicēs. Fili recordare q: rece. bo



na in vita tua. Ac ſi dicat. Cum bene tibi erat noluiſti lazaro dare micam.et ideo nō recipies guttam ab eo. Mille anni ſunt et amplius q̄ diues petijt vnam guttam et adhuc habere non potuit nec imperpetuū habebit. Non enim eſt aliquis ita miſer q̄ aliquid recuperare non poſſit aut precio. aut mutuo/aut mēdicando/aut laborādo. Sed damnati nullum refrigerium / nullū bonum recuperare poterunt. nec precio: quia precium iſtic ſunt ipſa bona opera q̄ ibi fieri non poſſunt. Job.ix. Uenit nox q̄ nemo poteſt operari. Nec mutuo: quia ſācti de ſuis meritis nihil eis mutuabūt. Unde cum fatue virgines a prudētibus oleū pe terent reſponderunt eis. Ne forte nō ſufficiat nobis et vobis. Math.xxv. Nec men dicando: quia nullas poterunt inuenire e lemoſynas. prouer.xx. Propter frigus pi ger arare noluit mendicabit eſtate et non dabitur ei. Nec operando. quia habebunt manus ligatas.et ideo non poterūt opera ri. Math.xxij. Ligatis manib⁹.&c. Quinto augetur eius pena ex ratione fratrum ſuo rum quos in inferno expectabat. Ideo di cebat. Rogo ergo te pater vt mittas laza rum in domo fratris mei. E

¶ Iſta autem petitio fuit ex parte iniqua ex parte fatua.et ex parte prouida. Iniqua fuit/quia lazarum quem viderat miſerum iterum volebat ad miſeriam deſtinare. Fleuit dñs ſuper Lazarum quem ſuſcitau it eo q̄ ipſum ſicut dicit Hiero. ad hu ius mundi miſeriam iterum reuocabat. Secundo iſta petitio fuit fatua ex eo q̄ plus mortuis quam ſcripturis credēdum eſſe putabat. F

¶ Quod autē ſit fatuū aſſere dicit Chry. triplici ratione. Primo quia lazarus reſur rexit et multi cum ipſo ſurrexerunt: et tñ iudei credere noluerunt imno ipſum laza rum occidere voluerunt. Secundo quia ſcripture ſunt a deo: quia quod dicit ſcri ptura dicit deus. Ideo magis credendum eſt ſcripture quam alicui homini viuo vel mortuo. Tertio quia ſi eſſet conſuetudo q̄ mortui reſurgerent & homines eis crederent/ diabolus aliquos fātaſtice reſuſcitare poſ ſet qui multa falſa dicerent. Tertio iſta pe titio fuit prouida. Sciebat enim q̄ ex dā natione fratrum creſceret eius ſupplicia et ideo prouide faciebat ſi hoc impediebat. Rogabat autem vt ad fratres ſuos lazar⁹ mitteretur quia ſciebat eos eſſe adhuc in mundo.et eo q̄ non videbat eos in ſinu a brahe cum lazaro.nec ſecum in inferno. Preter aūt iſtū modū ſciendi Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda. Poſuit alios tres modos quib⁹ mortui ea que in mun do ſūt ſcire pñt. Primo aliquo alabus que de hoc mundo veniunt ea referentib⁹ ſic cut forte abraham ſciuit ſtatum lazari et diuitis ipſo lazaro indicante. Secdo ſcire poſſunt ab angelis qui preſentes ſūt ōib⁹ que aguntur. Tertio poſſūt ſcire nō ſolū pñs tia ſed & preterita & futura ſpū dei reuelāte.

¶ Feria ſexta ſcde hebd.xl. Ser.i.

Homo qui dam erat paterfami lias qui plātauit vi neam.&c. Math.xxi. Exponendo iſtud e uangeliū litteraliter ſicut exponit Gloſe. Dicendū eſt q̄ iſte paterfamilias eſt dñs ſabaoth qui plantauit vineam.i.plebē iudaicā. De qua dicit Eſa.v. Uinea dñi exercituū dñs iſrael eſt. Iſtam vineā tranſtulit dñs de egypto & in terra promiſſionis plātauit. Ps. Uineam de egypto eieciſti gentes et plan.eam. Sepe. eam circundedit: q: cuſtodia angelorum eam muniuit. Sed pp̄ter eoꝝ obſtinatam maliciam ipſa cuſtodia angelica eos deſe ruit. Iuxta illud Hiere.li. Curauim⁹ babi lonem et nō eſt curata derelinquam⁹ eam. Et vocat ipſam plebē iudaicā babyloniā propter confuſionē eoꝝ. Ubi dicit Glo. quo dam q̄ audite ſūt voces angelorū in arce dicentiū. Tranſeam⁹ ab his ſedib⁹. Torcu lar in ea fodit q̄ſi legē ſibi dedit: que multis preceptis eos torquebat. Turrē edificauit q̄ templū erexit. Locauit eā agricolis. Iſti agricole ſūt operarij vinee. De quib⁹ dr̄ Math.xx. de illo patrefamilias q̄ operios in vineā ſuā cōduxit. Poſt multū tp̄s miſit ſeruos.i.prophetas ad recipiendū fruc tum honoꝝ operū. Sed agricole alios ſecu erūt: vt Eſa. alios excerebrauerūt vt Eze. alios occiderūt vt Hieremiā. alios lapidauerūt vt zacha. Tādē miſit filiū ſuū & illū extra vineā eiecerūt/q: extra ciuitatē cruci fixerūt & occiderūt. Poſtea xp̄s interroga uit eos dicēs. Cū igit dñs vinee venerit q̄d faciet agricolis illis. Inter eos erāt q̄dā ſimplices & boni q̄ dicerūt. Malos male p̄ det.&c. Erāt etiā q̄dā ſapiētes q̄ iſtā parabo lā intellexerūt q̄ ſcz deberēt xp̄m occidere. Propt̄ q̄d dñs volebat vineā ſuā gētibus locare. Et io dixerūt vt habet. Luc.xx. Ab ſit q̄ ſcz xp̄s occidāt vt vineā p̄dāt. q̄ aūt hoc facturi erant oñdit dñs p̄ p̄phetā. La pidē quē reprob. edi. hic fac. eſt i caput anguli. Ad litā lapis iſte fuit lapis q̄dā patuꝰ p̄ edificatiōe tēpli. q̄ tñ nuſq̄ cōgrue cōgrue locari poterat: ſꝫ cōſummato ope poſit⁹ eſt ſurſū in angulo ita cōgrue q̄ oēs mirarent. Iſte

Universidad de Deusto Biblioteca



lapis eſt Chriſtus qui fuit a iudeis repro-
batus: ſed a deo in caput anguli poſitus: q͛
a deo caput eccleſie eſt conſtitutus. ⁊ ideo
inquit. tolletur a vobis regnum dei. i. ipſe
Chriſtus/ q̄ dicit de ſeipſo. Luc. xvij. Regnū
dei intra vos eſt ⁊ dabitur gētibus. i. illis
qui recipient fidē eius. Uel regnum dei. i.
ſacra ſcriptura ⁊ cognitio veriꝰ dei. Uel re-
gnum dei ad literā. i. regnū celoꝝ quod a
iudeis eſt ablatū ⁊ gentibus traditum eſt.
Mat. viij. Uenient ab oriente ⁊ occidente
⁊ recumbent cum Abraham/ Iſaac/ ⁊ Ia-
cob in regnum celoꝝ. Filij autē regni eij-
cientur in tenebras. Poſtea ſubdit. Qui ce-
ciderit ſuper lapidē iſtum cōfringetur. ſup
quem vo ceciderit cōteret eum ſcdm Glo.
Ille q̄ credit ⁊ tamen peccat cadit ſuper la-
pidē ⁊ non cōteritur ſed cōfringitur: quia
ad penitētiam reſeruatur ſed quādo quis
eſt infidelis ſicut erāt iudei lapis ſup eum
cadit ⁊ conteritur: q͛ nunq̄ poteſt ad peni-
tētiam reſurgere q̄diu nō habuerit fidem.
Uel tunc aliquis ſuper lapidē cadit quādo
quis peccat q̄diu eſt in preſenti vita: ſed
tamen non cōteritur q͛ reſurgere poteſt.
Secūdum autem Chryſ. Illud quod cadit
fortiter cadit propter duas cauſas/ aut pro-
pter pondus ſuum/ aut ꝓpter altitudinem
nimiam. B ¶ Sic quidam grauiter
cadunt: q͛ grauia pctā committunt/ aut q͛
ſunt in magnitudine ſtatus. ⁊ tamen q͛ ad-
huc in vita preſenti ſunt: ili ſuper lapidem
cadūt reſurgere tamē poſſunt. ſz in iudicio
poſt hanc vitā lapis diuine ſentētie ſuper
eos cadet. ⁊ ſic nūq̄ reſurgent: q͛ ſi mali
in corruptionibus deteriores fiunt. Ideo
phariſei ⁊ principes ſacerdotū indignā-
ti voluerunt ipſum tenere ſed timore ppl'i/
q͛ ſicut prophetā eum habebant nō fuerūt
auſi. B ¶ Myſtice autem vinea iſta
eſt eccleſia in qua tot ſunt palmites quot
differētie hoīm. Sunt autem q̄dam palmi-
tes q̄ viti adherent ſed non fructificāt. Illi
ſunt q̄ habēt fidem/ ſed non opera. de q̄bus
dr Iob xv. Oēm palmitem in me non ferē-
tem fructū tollet eum. i. a cōſortio beatoꝝ.
Alij palmites ſunt q̄ nec viti adherent: q͛
ſunt preciſi nec fructificāt. iſti ſunt heretici
qui a Chriſto ſunt per fidem preciſi. ⁊ iō
nullum bonū facere poſſunt. ſicut dr Heb.
xi. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. de
talibus dr Ioan. xv. Si quis in me nō ma-
ſerit mittetur foras ſicut palmes: ⁊ colligēt
eum ⁊ in ignē mittēt ⁊ ardet. alij palmites
ſunt qui viti adherēt ⁊ fructum faciūt. de
quibus ibidem dr. Qui manet in me ⁊ ego
in eo hic fert fructum. C
¶ Sepes quā circuiſtā vineā. i. eccleſie deꝰ
poſuit ſignat cuſtodiam angeloꝝ quia deꝰ
eccleſiā ipſam muniuit. ipſi enī angeli dei
ſunt reſiſtēs dei eccleſiā ipſi cuſtodiſſ̄tes.
De q̄bꝰ dr Iob xxv. Nūq̄d eſt nūerꝰ militū
eiꝰ. Sicut aūt videmꝰ q͛ in curia terreſtris
regis ſunt quidam milites qui ſemper re-
gem aſſociant ⁊ coram illo decantāt. Alij
qui hoſtes expugnant. Alij qui caſtra ⁊ ci-
uitates regni cuſtodiūt. ſic in curia regis
celeſtis ſunt q̄dā angeli q̄ ipſū aſſociāt re-
gem ⁊ ad eius honorē decantant ſicut che-
rubin ⁊ ſeraphin. Yſa. vi. Clamabant alter
ad alterum. ſctūs ſctūs ſctūs dñs deus ſa-
baoth deus exercituum. Iob xxxviij. Cum
me laudarent aſtra matutina ⁊ iubilarent
oēs filij dei. Alij ſunt qui ꝯtra hoſtes dei. i.
demones preliātur ſicut ſunt virtutes ⁊ po-
teſtates Apoc. xij. Factū eſt preliū magnū
in celo Michael ⁊ angeli eiꝰ preliabāt cū
dracone. Et alij ſunt q̄ cuſtodiūt prīncipatꝰ
ſicut principatus. Alij ſunt q̄ cuſtodiunt ci-
uitates ⁊ loca ſpecialia ſicut archangeli.
alij perſonas ſingulares ſicut angeli. Yſa.
lxij. Super muros tuos Hieruſalē conſti-
tuit cuſtodes tota die ⁊ nocte nō tacebūt.
D ¶ Torcular q͛ fodit ſignat crucem in
qua Chriſtus manibus iudeoꝝ ſic fuit cal-
catus ⁊ compreſſus q͛ totꝰ ſanguis de eiꝰ
corpore exiuit. Chriſtus enī eſt vua nata de
iſta vite virginea que dicit. Eccl. xxiiij. Ego
quaſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris.
Iſta vua fuit alba in natiuitate. q͛ Chriſtꝰ
ſine omni peccato fuit conceptus ⁊ natꝰ.
in cruce autem facta. eſt rubea propter ſan-
guinis aſperſionem: vnde angeli admiran-
tes dixerunt quare rubrum eſt indumentū
tuum ⁊ veſtimenta tua ſicut calcantium in
torculari: Yſa. lxiij. Poſt mortem autē iſta
vua remanſit nigra. Apoc. vi. Sol factus
eſt niger quaſi ſaccus ſilicinus. E
¶ Turris iſtius vinee eſt ipſa fides. de qua
eccleſia ſe offendit aduerſus hoſtes: ipſi enī
fideles impugnātur niſi per proſpera nō
per aduerſa. F ¶ Per proſpera im-
pugnat caro mūdus ⁊ diabolꝰ. Nam caro
nititur trahere ad delectabilia: mūdus ad
terrenas diuitias. diabolus ad ſublimes
honores. ſed illis reſiſtit fides: q͛ contra
delectabilia aſſumit carnis aſperitatem:
contra diuitias voluntariam paupertatē:
contra honores humilitatē. Heb. xi. Fide
Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe fi-
lium filie Pharaonis. Ecce q̄ſ̄o per fidem
contēpſit honores: magis eligens affligi
cum populo dei q̄ temporalis peccati ha-
bere iucūditatem. Ecce per fidem vicit car-
nis moleſtiam ⁊ aſperitatem: maiores di-
uitias exiſtimans theſauro egyptioꝝ pro-
prium Chriſti. ecce quia per fidem deſpexit
diuitias. de hac etiam turri fidei fideles ſe
dederunt contra aduerſa ſiue ſint aduerſa
immiſſa a deo: ſiue a diabolo ſiue a mundo.



Mat. vij. Omnis qui audit verba mea ⁊ fa-
cit ea: aſſimilabitur viro ſapienti qui edifi-
cauit domum ſuam ſupra petram: ⁊ de-
ſcendit pluuia ⁊ venerunt flumina ⁊ fla-
uerunt venti ⁊ irruerunt in domum il-
lam: ⁊ non cecidit. fundata enim erat ſu-
pra petram. Iſtud fundamentum precio-
ſum eſt fides Chriſti. i. Cor. iij. Fundamē-
tum enī aliud nemo poteſt ponere: preter
id quod poſitum eſt quod eſt Chriſtus Ie-
ſus. qui enī ſic eſt in Chriſto fundatus non
timet pluuiam. i. aduerſitatem de celo de-
ſcendentem nec timet flumina. i. perſecu-
tionem a terrenis tyrannis irruentem: nec
timet ventum. i. tentationem a demonibus
qui ſunt in aere venientem.

¶ Eadē feria ſexta ſecunde hebdomade q̄d.
Sermo ſecundus.

HOmo erat pa-
terfamilias q̄ plantauit
vineam. i. quālibet aīam
fidelem quam paterfami-
lias. i. deꝰ in corpore plā-
tauit ⁊ ipſas angelice cu-
re deputauit ⁊ quam ſepe
muniuit que debet plantari/ ⁊ fodi ⁊ ſuo
tempore vindemiari. A ¶ Circa iſtam
igitur vineam ſeptem per ordinem vidē-
da ſunt. Primo quare deus paterfamilias
dr ad quod dicēdum: q͛ tres familias poſ-
ſidere dicitur ſeu cognoſcitur: vna eſt in
hoc mundo. i. congregatio omnium electo-
rum. Alia eſt in purgatorio. Tertia eſt in
celo. Illi autē qui ſunt in inferno nō ſunt
de familia dei. ſz de familia diaboli. Iſtud re-
preſentat ſacerdos q̄ de corpore Chriſti fa-
cit tres partes: ad innuendum q͛ corpus
Chriſti myſticū in tres partes eſt diuiſū.
B ¶ Illa enī pars quā ſacerdos in calicē
abſcondit ⁊ in vino cōſecrato infundit ſi-
gnat illam partē que eſt in celo que ab om-
nibus penalitatibus abſconditur ⁊ torren-
te diuine voluptatis potatur ⁊ inebriatur.
Alie aūt due partes ſignāt illā q̄ eſt in mū-
do ⁊ illā q̄ eſt in purgatorio: q͛ illi adhuc
multis penalitatibꝰ exponūtur: nec plene ad-
huc diuino amore fruūtur. Secūdo vidēdū
eſt quare anima vinea dicatur: ad quod di-
cendum eſt q͛ ſcdm Chryſ. ſuper Mat. Si-
cut ex vinea naſcitur gemme: ⁊ ex gemmis
flores: ⁊ de floribus vue: ⁊ de vuis vinum
elicitur: ſic de anima viri iuſti naſcuntur
bone cogitationes tanq̄ gemme. ſicut enī
gemme ſunt principium omnium fructuū/
ſic cogitationes bone ſunt principia bono-
rum operum. priuſq̄ enī homo aliquid bo-
ni faciat illud cogitatione pertractat. ⁊ ta-
men illud principiū habere non poſſumꝰ a
nobis ſed a deo. ij. Cor. iij. Non q͛ ſufficiē-
tes ſimus cogitare aliquid boni a nobis ⁊
ex nobis: ſicut ex gemmis naſcuntur flo-
res. ſic de bonis cogitationibus bone vo-
luntates qui ſic ſunt apud dñm ſuaues quē-
admodum odoriferi flores: ⁊ ſicut ex flori-
bus naſcuntur vue. ſic de bonis volūtatibꝰ
naſcitur bone operationes. Eccl. xxiiij. Flo-
res mei fructꝰ honoris ⁊ honeſtatis. Iſta
autem duo. i. bonas cogitationes ⁊ bona
opera a nobis ſimiliter habere non poſſu-
mus ſed a deo. Phil. ij. Deus eſt qui opera-
tur in nobis velle ⁊ perficere pro ſua volū-
tate. Sicut autem de vuis vinum elicitur.
ſic ex bonis operibus etiam in preſenti ma-
gnum gaudiū generatur. Unde ſuper illō
Pſ. In cuſtodiendis illis retributio mul-
ta. dicit Glo. non tantum pro eis in futuro
redditur premium: ſed etiam in eoꝝ cuſto-
diam magnum eſt gaudium. C ¶ Ter-
tio videndum eſt quare deus iſtam vineā
id eſt animam in corpore humano planta-
uit. Ad hoc dicendum q͛ fecit propter tres
cauſas. Prima eſt vt opera ſua deus perfi-
ceret: fecit quidē creaturam pure ſpiritua-
lem: ſicut angelum. pure corporalem ſicut
lapidem vel lignum. ⁊ ideo ne in dei opere
vniuerſo remaneret aliquid incompletū
oportuit q͛ deus faceret tertiam creaturā
ſcz corporalem ⁊ ſpiritualem. ⁊ ideo ipſam
animam corpori adiunxit. Secunda cauſa
eſt vt anima in corpore ⁊ per corpus mul-
ta merita acquireret. Quedam enī ſunt in
q̄bus aīa ſine corpore pōt mereri: ſicut in
diligēdo deū: ⁊ in cognoſcēdo veri: ⁊ in cō-
moīādo vel in meditando de deo: ſimo ſe-
pe anima in talibus a corpore impeditur.
Sapien. ix. Corpus quod corrumpitur ag-
grauat animam ⁊ deprimit terrena inha-
bitatio ſenſum multa cogitantem. Alia
quedam ſunt in quibus anima non poteſt
mereri niſi in corpore ⁊ per corpus. ſicut in
ieiunando ⁊ peregrinationes faciendo: et
martyrium ſuſtinendo. Tertia cauſa eſt vt
maiorem gloriam perciperet: ſi enim ani-
ma fuiſſet a corpore ſeparata: fuiſſet glori-
ficata tantum in contemplatione diuinita-
tis: nunc autem homo glorificat in anima
in contemplatione diuinitatis: ⁊ in corpo-
re in viſione humanitatis. D ¶ Quar-
to videndum eſt que ſit ſepes huius vinee:
ad quod dicendum q͛ ſepes huius vinee
eſt cuſtodia angeloꝝ. quilibet enī anima
habet vnū angelū ad ſui cuſtodiam depu-
tatum: ⁊ hoc in quintuplici ſtatu ſuo: ſcilz
dum eſt in vtero ne ſuffocetur a diabolo dū
eſt egreſſa ab vtero ne a primo baptiſmo
impediatur: dum eſt viuens in mundo ne
ad peccata pertrahatur: dum eſt in morte
ne de fide tentetur: vel a confeſſione impe-
diatur: dū recedit poſt mortem ne diabolꝰ

Universidad de Deusto Biblioteca



inquelis capiatur. Iſte ſit quinq; vie quas anima facit: in quibus angeli eam cuſtodiunt. Pſ. Angelis ſuis deus mandauit de te vt cuſtodiant te. Quinto videndum eſt qualiter iſta vinea ſit putāda. Ad quod dicendum ꝙ ſicut dicit Amb. Vinea preciſa fructificat ſemiputata frondeſcit neglecta luxuriat. Vinea enim anime noſtre ab omnibus vicijs reciſa fructificat bona opera. Ioan. xv. Omnem qui fert fructum purgabit eū vt fructū plꝰ afferat. Vinea ſemiputata id eſt anima negligenter ⁊ ſemipleme purgata frondeſcit: quia talis habet multa folia verborum ⁊ paucos fructus operum. ⁊ ideo tales a deo ſunt maledicti. Sicut patet in ficulnea que habebat tantum folia: cui dominus maledixit. vt habetur Marci. xi. ⁊ Mat. xxi. Vinea ergo neglecta id eſt anima nullis vicijs purgata in palmites luxuriat. ⁊ ideo non profert vuas dulces .i. opera deo grata. ſed labruſcas id eſt opera deo odioſa. Eſa. v. Expectauimus vt faceret vuas ⁊ fecit labruſcas. In talem vineā ſepe aſcendunt vepres concupiſcentie carnalis. Eſa. v. Non putabitur ⁊ non fodietur ⁊ aſcendēt ſuper eam vepres ⁊ ſpine. E

¶ Sexto videndum eſt qualiter iſta vinea ſit fodienda. Et dicēdū ꝙ iſtiꝰ vinee quatuor ſūt foſſores ſcilꝫ pudor/ dolor/ timor/ ⁊ amor. Primo pudor quidem habet terram duram cordis mollificare. Debet eī peccator erubeſcere de ſeipſo. Roma. vi. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis. Talis autem pudor cor durum emollit. vnde dicebat Iob xxiij. Deus emolliuit cor meū et omnipotens turbauit me. Secundus foſſor eſt dolor qui cor mollitum ſcindit per mere contritionis. Ioelis ij. Scindite corda veſtra ⁊ non veſtimenta veſtra. Tertius foſſor eſt timor qui omnes lapides .i. peccata omnia que in corde ſuo inuenit habet extra proijcere. Eccl. i. Timor domini expellit peccatum. Quartus foſſor eſt amor dei qui omnes palmites infructuoſos ad radicem vitis ſubortos .i. omnes amores mundanos habet euellere ⁊ eradicare. Auguſt. Qui biberit de fluuio paradiſi cuius gutta maior eſt oceano reſtat vt in eo ſitis mundi penitus extincta ſit. Septimo videndum eſt de vindemiatione iſtiꝰ vinee. Ad quod dicēdum ꝙ iſta vinea vindemiatur in morte ⁊ in iudicio. quando ſcilꝫ deo de omnibus operibus noſtris rationē reddemus. Sed multi erunt qui non dabunt deo vuas dulces .i. opera deo ſuauia: ſed vuas fellis .i. peccata venenata. Deu. xxxij. Vua eorum vua fellis. ⁊ bo. amara. De talibus dicitur Hierem. xiiij. confuſi ſūt agricole operuerunt capita ſua. F

¶ Hodie quidem ſunt tres vindemiatores qui vineā iſtā vindemiāt. ſ. auaritia/ luxuria/ ⁊ ſuperbia. De quibꝰ dicitur in Pſ. Vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam. exterminauit eam aper de ſilua: ⁊ ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Ambulantes per viam ſunt auari qui non ceſſant diſcurrere. Aper de ſilua eſt porcus ſiluestris: ⁊ ſignificat luxurioſum qui efficitur porcinus ⁊ immundus. Singularis ferus eſt ſuperbꝰ: qui vult eſſe ſingularis ⁊ nullum ſuper ſe vult habere. Et eſt ferus .i. crudelis: quia vult omnes opprimere. Iſti omnes iſtam vineam ſic vindemiant ꝙ vix aliquos racemos. id eſt aliquos pauperes ⁊ ſimplices poteſt habere. Micheas. vij. Ve mihi quoniam factus ſum ſicut q colligit in autumno racemos vindemie.

¶ Sabbato ij. hebdomade xl.
Sermo primus.

Homo quidam habuit duos filios. ⁊ dixit adoleſcentior ex illis pa. Luc. xv. In iſto euangelio ſit mentio de filio prodigo auerſo ⁊ poſtmodum conuerſo ⁊ de patre benigno. Et ideo tria ſunt notanda. Primo peccatoris auerſio. cum dicit. Peregre profectus eſt in regionem longinquam. Secūdo peccatoris conuerſio. cum dicitur In ſe reuerſus. Tertio dei benigna receptio. cum dicitur Vidit illum pater ⁊ miſericordia motus eſt. A

¶ Circa primum notandum ꝙ peccator a deo ſe auertens tres miſerias incurrit. Prima eſt quia ſe a deo elongat. vñ dicitur ꝙ profectus eſt in regionē longinquam. Pſ. Longe a pec. ⁊c. Et Prouerb. xv. Longe eſt dominus ab impijs. ⁊ tamen in veritate ſe deus non elongat ab homine licet ita videatur. ſed homo ſe elongat a deo. ſicut ponit exemplum Dionyſius dicens. ꝙ ſi nauis impingat in petram/ non elongatur petra a naui ſed nauis a petra. quanto autem peccator magis ſe elongat a deo: tanto magis appropinquat ad deum. Sicut homo volens ſe elongare ab oriente appropinquat ad occidentem. ⁊ ſi elongat ſe ab auſtro, appropinquat ad aquilonem. In deo eīm quaſi oriens ⁊ occidens ſunt eius miſericordia ⁊ iuſtitia: auſter ⁊ aquilo ſunt eius gratia ⁊ potentia. Qui igitur ſe elongat a miſericordia dei preuenientē. appropinquat ad eius iuſtitiam pleiſcentem. Et qui elongat ſe ab eius gratia ſubſequente:



appropinquat ad eius potentiam punientem. Sicut patet de Iona ꝙ fugere voluit deum precipientem. ⁊ inuenit deum punientem. Secunda miſeria peccatoris eſt: quia omnia bona ſua diſſipat. Vñ dicitur. Diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe. quāuis eñ cetera peccata omnia bona cōſumant: precipue tamen luxuria diſſipat omnia bona temporalia: corporalia: naturalia: ſpiritualia: ⁊ gratuita. B

¶ Diſſipat quidem corporalia bona quia ipſum corpus deducit ad conſumptionē. i. Cor. vi. Qui fornicatur in corpus ſuum peccat .ſ. in ſui corporis conſumptionem. Diſſipat bona ſua naturalia: quia memoriam hebetat vt nihil ſpirituale poſſit rememiniſci. Rationem obnubilat vt nihil ſpirituale poſſit intelligere. i. Cor. ij. Animalis homo nō percipit que ſunt ſpiritus ſancti. Diſſipat etiam bona gratuita. Chryſ. Nulla res ſic precidit virtutem ſicut corporalis voluptas. Diſſipat bona temporalia: quia deducit hominem ad paupertatē. Prouerb. xxix. Qui nutrit ſcortum perdit ſubſtantiam ſuam. Tertia miſeria eſt: quia peccator famē tollerat. Ideo dicitur: ⁊ cepit egere. Nulla eīm ſatietas eſt in delicijs: diuitijs nec in honoribus. Unde Prouer. xxx. dicitur ꝙ tria ſunt inſatiabilia. ſcꝫ infernus. terra ſitiens ⁊ ignis. Per infernū ſignificat ſuperbus quia ſicut infernus nō ſatiatur animabus. ſic ⁊ ſuperbus nō ſatiatur honoribus. Per terram ſignificat auarus. quia ſicut terra ſitiens non ſatiatur aqua. ſic nec auarus pecunia. Per ignem ſignificatur carnalis concupiſcentia: quia ſicut ignis non ſatiatur lignis. ſic nec concupiſcentia delectationibus prauis.

C ¶ Secundo ponitur peccatoris conuerſio. Ad cuius conuerſionem tria tanguntur. Primū eſt ſtatus ſui recognitio. cū dicitur. In ſe reuerſus dixit. Debet aūt peccator penitēs quatuor recognoſcere ſicut dicit Greg. vbi fuit/ vbi eſt/ vbi erit/ ⁊ vbi nō eſt. Ubi fuit/ quia in peccatō: et ideo debet dolere. Hierem. ij. Scito ꝙ malū eſt ⁊ amarū reliquiſſe dn̄m deū tuū. Ubi erit/ quia in iudicio: et ideo debet timere. Pſ. A iudicijs enī tuis timui. Ubi eſt/ quia in miſeria: et ideo debet gemere ⁊ erubeſcere. Pſ. Heu me ꝙ incolatꝰ meꝰ plongatus eſt. Bern. Agnoſce vbi es et ingemiſce. Ubi nō eſt: quia nō in loco proprio. ſ. gloria ad quā ex ſua creatione fuerat ordinatꝰ: ⁊ ideo debet ſuſpirare/ ⁊ illam eū deſiderio petere. Pſ. Unā petij a dn̄o hanc requirā: vt inhabitē in domo dn̄i oībꝰ diebꝰ vite mee. Secūdum eſt oris cōfeſſio/ qđ notatur cū dr̄ Pr̄/ peccaui i celū .i. corā āgelis et ſcitis dei/ et corā te .i. corā te ſciēte ⁊ vidente. Qui igit̄ peccaui coram te ꝙ es iudex meus: multū debeo erubeſcere ⁊ timere. Boetius. Magna eſt vobis ſi diſſimulare non vultis indicta neceſſitas probitatis cū omnia agitis ante oculos iudicis cuncta cernentis. Quia peccaui corā angelis dei ꝙ ſunt cuſtodes mei: debeo multum dolere/ quia ingſtum in me fuit eos contriſtari. Eſaie. xxxiij. Angeli pacis flebunt amare. Quia peccaui corā ſciſis et curia celeſti/ ꝙ ſuis meritis me nutriunt/ debeo multum dolere ⁊ flere: ꝙ ipſam nutricem meā contriſtaui. Baruch. iiij. Cōtriſtatis nutricem veſtrā hieruſalē. Tertiū eſt ſatiſfactio: qđ notatur cū dr̄. Fac me ſicut vnū de mercenarijs tuis. quaſi dicat: paratus ſum amore ſatiſfacere ſpe mercedis eterne. D

¶ Eſt autē differētia inter ſeruū ⁊ mercennarium ⁊ filiū. Seruꝰ eſt ꝙ ſolo timore abſtinet a peccato. Mercennarius eſt qui intuitu mercedis ſeruit/ et cauet offenſam. Filius eſt qui ſolo amore ſeruit et vitat offenſam. Iſte igitur primo erat ſeruus qui vni ciuium .i. demoni adherebat. ⁊ quando porcos paſcebat. id eſt brutales motus ſatiabat: ſed poſtea factus mercennariꝰ quādo ſpe mercedis vite eterne deo voluit ſeruire. Sed pater celeſtis eum filiū fecit quādo ad ſuam hereditatem eum recepit. Ecce quanta benignitas dei: quia peccatorē de ſeruitute diaboli extrahat. ipſum tamē mercennarium ſpe mercedis eterne facit ſeruire ſibi. ⁊ tandem tanꝙ filium ad eternam hereditatem eum recepit. E

¶ Tertio ponitur benigna dei receptio. Recepit enim eum velociter: dulciter: honorabiliter: ⁊ letanter. Velociter quidem cū recepit. Unde dicitur. Et accurrens ⁊c. Semper enim deus promptus eſt in miſerendo tardus in puniendo. ꝙ autem ſit tardus in puniendo dicitur Geneſ. iij. Cum audiſſet vocem dei deambulātis in paradiſo ad auram poſt meridiem ⁊c. Ecce quia vadēs ad puniendum trāſgreſſorē non currebat. ſed deambulabat. id eſt lento paſſu incedebat. Et non ibat impulſus ab aura: ſed contra auram quando ad puniendum vadit vt ſua miſericordia ſibi reſiſtat. et non iuit in meridie ſtatim quādo Adam peccauit: ſed expectauit poſt meridiem. Uadens vero ad miſerandum dicitur ꝙ currebat. Nā ſicut dicit Chryſ. Illud quod homo cōtra naturam facit difficile facit. Quia vero deo eſt cōtra naturā ſuā punire. ideo ad puniendum eſt tardus. Quia ſecūdum ſuā naturam eſt miſereri ſemper ⁊ parcere. ideo ad parcendum et miſerandum eſt promptus. Secundo recepit eum dulciter: quod notatur cū dicitur. Cecidit ſuper collum eius. Facit deus erga peccatorem ad ſimilitudinē vulturis: quia primo caſſuer a longe vidēs

deinde adaptat/poſtea incumbit ſuper eū:
tandem ſibi incorporat. Sic etiam diſus hic
fecit: quia cum longe adhuc eſſet eum ocu
lis miſericordie vidit/deinde accurrens
alis miſericordie et virtutis ad eum vola
uit. Poſtea collū eius ſuperincūbit et inci
dit: et tandē eū oſculans et recōcilians
ipſum ſibi tanq̄ membrū ſuum incorpora
uit. Tertio recepit eum honorabiliter: qȝ
fecit eum indui ſtola prima .i. innocentia/
quam in baptiſmo induerat: ſed per peccatū
eam perdiderat: per penitentiam vero eā
recuperauerat. Sed qȝ non ſufficit habere
innocentiā: niſi ſtant bona opera non ſuffi
cit abſtinentia a malo/niſi fiat quod bonū
eſt: ideo ſubditur. Et date anulū in manu
eius .i. gratiā operandi. Gratia enim dei eſt
anulus ſiue ſignaculum quo ſignantur ſer
ui dei a ſeruis diaboli. De quo ſigno dicit
ij. Thimo. ij. Firmū fundamentū dei ſtat ha
bens ſignaculum hoc. Cognouit dominus
qui ſunt eius. Et qȝ in operando multa ad
uerſa incurrit: ideo indigent forti patien
tia. Et hoc eſt qđ dr. Et calciamentū in pe
des eius. Calciamenta enim pedes muniūt
contra duriciam viarū: ideo ſignificant cō
ſtantiam contra aduerſa. F ¶ Quarto
ipſum recepit gratanter. Unde dicit Man
ducemus et epulemur. In conuerſione eñ
peccātis magnum eſt gaudiū. Iuxta illud.
Luc. xv. Gaudium eſt angelis dei ſuper vno
peccatore penitentiam agente. ꝛc. Nam gau
dent deus/angeli/et omnes ſancti. Ideo dr
Eſa. lv. In letitia egrediemini: ſcȝ de pecca
tis/et in pace deducemini: ſcȝ ad penitētiā
Montes .i. altitudo ꝛ ſublimitas perſonarū
et colles .i. altitudo angeloꝝ cantabunt co
ram vobis laudem: et omnis lingua regio
nis .i. collegiū oīm ſctōꝝ plaudēt manib⁹.

¶ Eodem ſabbato ſcḋe hebdomas
de .xl. Sermo .ij.

Fili tu ſemper
mecum es/et oīa mea
tua ſunt. Que lz iſta ver
ba dixerit pater filio q̄
ſecū remanſerat vt ipſm
placaret: poſſunt tamē
eſſe verba virginis lo
quētis ad filiū ꝛ dicētis. Fili tu ſemp me
cum es. ꝛc. In quibus verbis tria notant.
Primū eſt ex parte virginis materna dile
ctionē q̄ vocat eū filium dicens fili. Scḋm
ex parte xpī cū matre indiuiſibilis habita
tio. cū ſubdit. Tu ſemper mecum es. Ter
tiū eſt ex parte vtriuſqȝ oīm bonorū cōmu
nicatio: cū ſubditur Oīa mea tua ſunt A
¶ Circa primū notandū qȝ beata virgo fuit
vera mater xpī/et nō tantū vera mater: ſed
etiā fuit ſtudioſa et pia mater. Vera quidē
mater fuit: quia materiā carnis dedit ſibi
conuenientē/locū in vtero ſibi tribuit: et cō
uenientes nutrimentū ſibi miniſtrauit. Iſta
enim tria faciunt verā matrem. Sap. vij.
In ventre matris mee figurat⁹ ſum caro:
ecce qȝ chriſtus in vtero locū cōuenientē
a matre habuit: decē menſiū tpe coagulat⁹
ſum in ſanguine ex ſemine hominis: ecce
quia chriſt⁹ materiā corporis a virgine to
tam ſumpſit: et ideo dicitur ex ſemine hoīs
.i. ex ſanguine hoīs. Alij eñ hoīes formant
tur ex ſemine hominū. Chriſt⁹ vero ex ſe
mine .i. ſanguine hoīs: id eſt virginis. Et ſe
quitur delectamento ſomnū cōuenientis ex
eo qȝ accepit cōueniēs nutrimentū quo in
vtero nutriebat et delectabat. Scḋo fuit
ſollicita ꝛ ſtudioſa mater. Adeo quidē ſtu
dioſa fuit qȝ ſicut dicit Bern. Oīa opa miſe
ricordie circa pſonā filij exhibuit. Ipm eñ
indumento carnis induit: ipm in hoſpitio
vteri ſui nouē menſib⁹ tenuit/ipſum lacte
virgineo nutriuit ꝛ potauit: ipm per infan
tilē etatē infirmum fouit: ipſum in carcere
crucis poſitū viſitauit: ei⁹ ſepulture inter
fuit. Tertio fuit mater pia. Fons enim pie
tatis nouem menſib⁹ in vtero ſuo habitauit
et ideo tota pietate reſplenduit. B
¶ Ideo ſimilatur aurore ſoli et lune arma
teqȝ aciei/et maris ſtelle. Canti. vj. Que eſt
iſta que progreditur quaſi aurora conſurgēs
pulchra vt luna/electa vt ſol/terribilis vt
caſtroꝝ acies ordinata? Aſſimilatur enim
aurore: qȝ ei⁹ miſericordia oībus eſt neceſ
ſaria. Sicut eñ aurora eſt media inter no
ctem ꝛ diē: ſic ꝛ ipſa eſt mediatrix īter deū
et hominē. Aſſimilatur lune: qȝ ei⁹ miſeri
cordia oībus eſt vicinior. Sicut enim luna
pre ceteris planetis terre magis eſt vicina
ſic et ipſa pre ceteris ſctīs peccātib⁹ eſt ma
gis propinqua. Aſſimilatur ſoli: qȝ eius mi
ſericordia eſt cōmunior. Sicut eñ ſol lucē
ſuā ꝛ calorē oībus tribuit: ſic et ipſa lucem
et calorē ei⁹ miſericordie oībus expendit.
Aſſimilat armate aciei: qȝ eius miſericor
dia oībus eſt potentior. Qȝ ipſa hoſtes .i.
demones conterit et expellit/et eis terribi
lis exiſtit. Nichilominus aſſimilatur ſtelle
maris: qȝ eius miſericordia eſt oīb⁹ diutur
nior. Sicut eñ ceteris ſtellis occidētibus
ſtella maris non occidit: ſic ceteris ſanctis
nō exaudientibus maria tñ nō deſerit. C
¶ Scḋo ponitur ex parte xpī indiuiſibi
lis cū matre habitatio: cū dr. Tu ſemp me
cum es. Ipſe eñ ſemp cū matre fuit ꝛ reſpū
ei ſtatu ſuo. Scḋ eſſet in minis vteroꝝ vi
ueret in mūdo: et dum receſſit de mundo.
Nā dū eſſet in vtero matris ipſam ſctificā
uit: dū viueret in mūdo ipſam ab oī pctō
cōſeruauit: dū receſſit de mūdo/ipſam glo
rioſam totam et illuminoſam fecit. D



¶ Primo igitur ipſam ſanctificauit. Tres
quidē ſunt cōceptiones ꝛ natiuitates. Una
qua quis ſine pctō cōcipitur ꝛ ſine pctō na
ſcitur. Et hoc modo nō eſt cōceptus ꝛ na
tus ſine pctō niſi ſolus xps q̄ fuit cōcept⁹
et natus ſine pctō. Alia eſt qua quis cū pec
cato cōcipitur ꝛ cū pctō naſcitur: ꝛ iſta eſt
cōceptio nr̄a ꝛ natiuitas nr̄a: qȝ cū pecca
to cōcipimur ꝛ cū pctō naſcimur. Alia eſt
media qua quis cum pctō cōcipitur ꝛ ſine
pctō naſcitur: et ſm Bern. talis fuit cōcep
tio ꝛ natiuitas beate virginis. Fuit eñ ſicut
aſſerit in epl̄a ad canonicos lugdunē: cum
pctō originali cōcepta: ꝛ ſine pctō nata: qȝ
a ſpiritu ſcō fuit ſanctificata ꝛ omni ab
peccato mundata: vñ ideo ſm Bern. fuit an
te ſancta q̄ nata. Iſta triplex differētia tā
gitur Job. iij. vbi loquitur de nocte origi
nalis culpe dicens. Pereat dies in qua na
tus ſum: et nox in qua dictū eſt concept⁹ eſt
homo. Obtenebrentur ſtelle caligine eius
expectet lucē ꝛ nō videat: nec ortum ſurgē
tis aurore. Ecce qȝ hic nominat lucē auro
rā et ſtellas. Per ſolē xpm/per aurorā vir
go maria/p ſtellas ceteri ſancti intelligun
tur. Nox igitur originalis culpe nō vidit
xpm: nec q̄tū ad cōceptū/nec q̄tū ad ortū
ideo dicit. Expectet lucē et non videat. Au
rorā id eſt virginem beat. vidit q̄tū ad cō
ceptū: ſed nō vidit q̄tū ad ortū. Et ideo di
cit. Nec ortum ſurgētis aurore. Stellas au
tem .i. viros ſanctos iſta nox originalis cō
cupiſcentie vidit/ꝛ in conceptu et in ortu
Et ideo ex toto obtenebrati ſunt/et habent
tenebroſum cōceptū et tenebroſum ortum
Ideo dicitur. Obtenebrentur ſtelle caligi
ne eius. Secūdo fuit ſecū dū viueret i mū
do/quia ab omni pctō cōſeruauit. Fuit eñ
vt pulchre deducit ſanctus Thomas tertia
parte queſtione. xxvij. ar. iiij. ſine pctō mor
tali/originali/ꝛ veniali. Rari ſunt q̄ ſibi ca
ueāt a pctō mortali: rariores q̄ ſibi caueāt
a veniali: rariſſimi q̄ naſcūtur ſine origina
li. Ideo dicitur rariſſimi/qȝ nō fuerūt niſi
tres in veteri et nouo teſtamento: ſcilicet
Chriſtus. Hieremias. Job. baptiſta & de bea
ta virgine dicitur Canticoꝝ. iiij. Tota pul
chra es amica mea/et macula non eſt in te
Ipſa enim fuit pulchra quia ab omni pec
cato mortali penitus elongata. Ipſa fuit to
ta pulchra: quia in carne et anima ab oī
originali aliena. Ipſa fuit ſine macula: qȝ
ab omni veniali immunis effecta. Tertio
fuit ſecū quando exiuit de mundo/quia ip
ſam totam glorioſam ꝛ luminoſam fecit.
Hec eſt illa mulier de qua dicitur Apoca.
xij. Mulier amicta ſole et luna ſub pedib⁹
eius: et in capite eius corona ſtellarū duo
decim/et in vtero habens. ꝛc. E
¶ Ipſa enim eſt luminoſa a parte ſuperio
ri: quia habet coronam ſtellarū in capite.
Duodecim ſtelle ſunt/duodecim ordines
ſcȝ nouē ordines angeloꝝ/et tres hominū
ſcȝ martyrū/cōfeſſorum/et virginum/ſibi
vnā facientes coronā. Eſt luminoſa a parte in
feriori: ideo dicitur. Et luna ſub pedib⁹ ei⁹
Per lunam ſignificatur eccleſia quam ſub
pedibus habet: qȝ eam ſub protectione te
net. Et luminoſa ꝛ ex parte exteriori/quia
eſt amicta ſole .i. glorificata corpore. Et lu
minoſa ex parte interiori: qȝ in vtero ha
bens. Ipſa enim diuinum ſplendorem in
vtero habuit: et tota luminoſa remāſit. F
¶ Tertio ponitur ex parte matris ꝛ filij bo
noꝝ oīm cōmunicatio. ideo dr. Oīa mea
tua ſunt. Oīa eñ q̄ fuerunt filij fuerunt et
matris: et econuerſo. Filius tria habuit:
ſcȝ carnem/animā/et diuinitatem. Et iſta
fuerūt virginis: ſcȝ caro per generationē/
anima per amorē/diuinitas per fruitionē.
Cant. viij. Que eſt iſta que aſcendit de deſer
to: delicijs affluens/et innixa ſup dilectū
ſuum. Caro chriſti et virginis fuit terra: ſȝ
non terra orti/ſed deſerti: quia ab omni hu
more concupiſcentie fuit arida/ꝛ nulli vi
cio vnq̄ apta fuit. Et ideo ambo in deſer
to fuerunt habitatores: quia carnem clau
ſam et integram habuerunt. Fuit etiam af
fluens delicijs inquantum delectabatur in
contemplatione ꝛ fruitione deitatis. Fuit
etiā ſup dilectum innixa inquantū ipſa ei⁹
anime per amorē fuit coniuncta. Omnia
etiam que fuerunt in matre/fuerunt filij .i.
a filio. Eius humilitas/virginitas/fecūdi
tas. A filio quidē habuit humilitatem ſuā
que tanta fuit qȝ deum de celo ad ſe traxit.
Cant. i. Cum eſſet rex in accubitu ſuo .i. in ſi
nu proterno: nardus mea dedit odorem
ſuum. Nardus eſt herba parua ꝛ odorifera
ꝛ ſic ſignificat humilitatem marie. ad cu
ius odorē xps in ei⁹ vterū venit. Iſte eſt
vnicornis q̄ a nemine capi poterit niſi a puel
la cuius in ſinu eius caput reclinat. Scḋo a
filio habuit virginitatem ſuam que tanta
fuit qȝ etiā aliorū corda penetrabat/ꝛ oēs
mot⁹ prauos extinguebat. Unde q̄uis pul
cherrima fuerit: a nullo tamen vnq̄ potuit
cōcupiſci ex eo qȝ eius puritas penetrabat
oīa corda et ea reddebat caſta. Ideo aſſimi
latur myrre ꝛ cedro. Sicut enim odor myr
re expellit vermes/et cedrus expellit ſer
pentes: ſic eius puritas expellebat de cor
dibus aliorū oēs mot⁹ brutales. Tertio a
filio habuit fecūditatē q̄ tāta fuit qȝ matrē
fecūdauit ꝛ totū mūdū ſatiauit/recreauit/
ꝛ recōciliauit. Fuit eñ tāq̄ arbor fecūda
nobis illum fructum attulit. De quo dici
tur Luce .i. Benedictus fructus ventris tui
Cuius odor patrem reconciliauit. vt poſſit
dicere Gen. xxvij. Ecce odor filij mei/ſz

Universidad de Deusto Biblioteca



ſubditos habet quibus principatur. Job.
xli. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie.
Alius eſt qui preeſt luxurie et vocatur aſmo
deus de quo habetur Thobi.iij. Qui inter
fecit ſeptem viros ſarre. Odit enim legiti
mum matrimoniũ ⁊ diligit adulterium. et
ideo per hunc modũ volebat illã puellam
in adulteriũ ducere vt ſcʒ poſtꝗ non pote
rat legitimo matrimonio viri cogeretur ad
fornicationem labi. Et iſte multos habet ſub
ditos quibus principatur. Quia ſicut dr. i.
Joh.v. Totus mundus in maligno poſitus
eſt. id eſt in maligno igne concupiſcentie. Ter
tius eſt qui preeſt auaricie ⁊ vocatur mam
mona. Mat.vi. Non poteſtis deo ſeruire et
mãmone. Eſt autẽ mammona vt dicit Gloſ.
nomen demonis qui preeſt diuitijs non ꝙ
in eius poteſtate ſint. ſed quia eis vtitur ad de
cipiẽdũ. Et iſte multos habet ſubditos qui
bus principatur iuxta illud Hiere.vi. A ma
iore vſqʒ ad minorem omnes auaritie ſtudẽt.
Quartus eſt qui preeſt immũdis cogitatio
nibus ⁊ odijs et rancoribus ⁊ malis volũ
tatibus. ⁊ vocatur Beelzebuth. i. vir muſca
rum. Immittit enim muſcas. i. cogitationes
immundas. que dicuntur muſce quia ad ani
mam ſepe volant ⁊ ipſam moleſtãt atqʒ cõ
maculant. Iſte habet multos ſubditos qui
bus principatur: quia ſicut dicitur prouerbi.
xx. Quis poteſt dicere mundũ eſt cor meum
purus ſum a peccato. B ¶ Viſo ꝙ ſunt
iſti principes videamus qualiter expellan
tur. Circa quod ſciendũ ꝙ diabolus eſt ſer
pens vt habetur Gen.iij. Serpens autẽ ma
lus per quatuor expellitur. Primo per odo
rem vinee florentis quia naturaliter illũ odo
rem odit ⁊ ipſum fugit. Secũdo per ſputũ ho
minis ieiunantis. Dicit enim Amb. in exame
ron ꝙ tanta eſt vis ieiunij vt moriatur ſer
pens ſi guſtauerit ſputum hominis ieiuni.
Tertio per denudationem hois. Nam ſicut
dicitur in hiſtoria ſcholaſtica. Serpens in
hominẽ veſtitum inſilit nudum fugit. Et ra
tio aſſignatur ibidẽ. Quia quãdo deus po
ſuit inimicicias inter ſerpentem ⁊ mulierẽ
⁊ ſemen eius. tũc homo erat nudus. ⁊ ideo
naturaliter fugit hominẽ nudũ tãꝗ inimi
cum. Quarto per carmina incãtatoria. Un
de quando incantari ſentit vnam aurem
in terram figit ⁊ aliam cũ cauda claudit ne
vocem incantatoris audiat. Ps. Sicut aſpi
dis ſurde ⁊ obturantis aures ſuas. Primꝰ
igitur demõ ſcʒ lucifer qui preeſt ſuperbie
expellitur per odorem vinee florentis. i. per
veram humilitatem cordis. Humilitas enĩ
infantum eſt odorifera ꝙ eius odor deum
trahit / demonem expellit ⁊ omnia eius ten
tamenta confringit. Trahit quidem deum.
ſicut patet in beata virgine: que traxit ad
ſe deum ſua humilitate. Can.i. Cũ eſſet rex
in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem
ſuauitatis. Eſt autẽ nardus humilis ⁊ odo
rifera herba. et ſignat humilitatem virgi
nis: cuius odor in celum aſcendit ⁊ xpm ad
ſe deſcẽdere fecit. Iſte etiã odor demones
expellit. Unde legit de beato Anthonio ꝙ
diabolus dixit ei. Si tu vigilas: ego ſopnũ
nõ capio. Si tu ieiunas. ego cibũ nõ ſumo. Si
tu diuitias contẽnis: ego terrenũ nihil poſ
ſideo. vnũ ſolum in te eſt quod expellit me.
ſcʒ ſola humilitas tua. Iſte etiam odor oĩa
temptamenta diaboli frãgit. Unde legitur in
vitiſpatrũ ꝙ quidam ſanctus vidit totum
mũdum laqueis plenũ. Ille vero ſuſpirãs
clamauit. O dñe ꝗs iſtos laqueos euadet?
Et reſponſum eſt ei humilitas. Secũdꝰ de
mon eſt aſmodeꝰ qui eſt pater luxurie. Iſte
expellitur per ſputum hominis ieiunantis
id eſt per ieiunium et mortificationem car
nis. Mat.xvij. Hoc genus demoniorũ in nul
lo poteſt exire niſi in ieiunio ⁊ in oratione.
Taliter ſe mortificabat qui dicebat. i. Cho
rin.ix. Ego enim ſic pugno non quaſi aerẽ
verberans ſed caſtigo corpus meũ. ⁊ in ſer
uitutem redigo. C ¶ Quidam enim ſunt
qui ſeipſos macerant ſolum voluntate ſicut
procraſtinantes ꝗ proponũt in futuro tãtũ
penitentiã agere: ſed illud incertum eſt. Cõ
tra quos dicit apoſtolꝰ. Sic curro nõ quaſi
in incertũ: futura enim ſunt incerta. Eccle.
ix. Oĩa in futurũ ſeruantur incerta. Alij au
tem ſunt qui illam macerationem habẽt in
ore ſicut ſunt ſimulatores ⁊ verboſi predi
catores ⁊ hipocrite. Quidam enim ſe di
cunt grauem penitentiam facere ⁊ nullam
faciũt. Alij graues penitentias predicant ⁊
indicunt: ⁊ ipſi modicas facere nolũt. Jux
ta illud Mat.xxiij. Alligãt enim onera gra
uia ⁊ importabilia ⁊ imponunt humeros
hominũ: digito autẽ mouere nolunt. Iſti to
ta die ſermonibus ſuis aerem verberãt: quia
vox eorũ eſt tenuiſſimus ictus. Et contra
hos dicit apoſtolus. Pugno nõ quaſi aerẽ
verberans. Alij ſunt veri penitentes ꝗ cor
pus ſuum caſtigant ipſum ieiunãdo diſcipli
nando ⁊ refrenant huius concupiſcentias
extinguendo. Ideo ſubdit. Sed caſtigo cor
pus meũ et in ſeruitutem redigo. Tertiꝰ de
mon eſt qui preeſt auaricie. Et iſte expelli
tur per denudationem. i. per abiectionẽ re
rum temporalium. Iſta autẽ fit aliquãdo to
taliter. Juxta illud Mat.xix. Si vis perfe
ctus eſſe vade ⁊ vende omnia que habes et
da pauperibꝰ. Aliquãdo fit particulariter.
Juxta illud Luc.xi. Quod ſupereſt date ele
moſinã. i. de his ꝗ vobis ſuperſunt. Ali
quãdo nullo modo fit. ſicut patet in auaris
qui nihil dare volunt. Job xx. Non remanſit
de cibo eius: et propterea nihil remãſit
de bonis ſuis. Eccl.xi. Nunc manducabo



de bonis meis ſolus: ⁊ neſcit ꝙ tempꝰ pre
tereat ⁊ oĩa relinquat alijs. Illos igitur ꝗ
nullo modo volũt ſe a bonis ſuis denuda
re. nec aliquid pauperibus tribuere ſed vo
lunt eſſe diuitijs ſarcinati diabolus ſerpẽs
infernalis inuadit. i. Thi.vi. Qui volunt di
uites fieri incidunt in temptationes diaboli
cas. Illos autẽ qui totaliter ſe denudant id
eſt qui omnia mũdana derelinquũt ⁊ illos
qui particulariter. i. qui de ſua abundãtia
elemoſinas faciunt: diabolus fugit. Elemo
ſyna enim expellit peccatum expellit diabo
lum. Eccl.iij. Ignẽ ardentẽ extinguit aqua
⁊ elemoſyna reſiſtit peccato. Expellit etiam
diabolum in morte: quia quãdo animã plenã
operibus miſericordie inuenit: ab ea con
fuſus recedit. ſicut patet in ſancto martino
Expellit poſt mortem quia ſcutum ⁊ lãcea
contra eũ. Unde de elemoſyna. Eccl. xxix.
Super ſcutum potentis ⁊ lancea aduerſus
inimicũ tuum pugna. Quartus demon ſcilʒ
beelzebuth qui interpretatur vir muſcarum
expellitur per incantationẽ. i. ꝑ confeſſionẽ
Sicut autẽ muſce ſuper carbones mortuos
reſident: ſuper tepidos volitant. ignitos au
tem fugiunt. Sic male cogitationes ſeu tẽ
ptationes reſident ſuper corda in dei amore
frigida. volitant ſup tepida ſed fugiunt cor
da in dei amore inflammata. Iſte autẽ de
mon expellitur vt dictũ eſt per incantatio
nem. Incantatores dei ſunt ipſi ſacerdotes
qui ſerpentem infernalẽ incantant quando
ſuper caput peccatoris abſolutionẽ faciũt.
Et quia diabolus ſic ſe videt per confeſſionem
expelli ideo ipſam confeſſionẽ nititur im
pedire ad ſimilitudinem lupi qui nõ capit
ouẽ. i. hominẽ per pedẽ: ſed dimittit ipſum
ire ad eccleſiã / nec per aurem: ſed dimittit
eũ ire ad predicationem / nec per manꝰ: ſed
dimittit eum extendere manũ ad pauperẽ:
ſed capit ipſum per gulam ne poſſit confeſ
ſionem emittere. Auguſt. Nec enim diabo
lo acriores dolores infligimus ꝗ cum pla
gas peccatorum noſtrorum confitẽdo ⁊ pe
nitendo ſanamus.

Feria ſecunda tertie hebdomode.
xl. Sermo primus.

QUenta
audiuimꝰ facta in
capharnaũ: fac et
hic in patria tua.
Luc.iiij. Ad intel
ligendã hiſtoriã
iſtiꝰ euãgelij. No
tandum ꝙ cõpa
triote xpi illi ſcili
cet de Nazareth
vbi xps fuit nutritus / cõceptꝰ / ⁊ cõuerſa
tus ipſum deſpiciebant. In ipſum nõ creda
bant: ⁊ ſibi inuidebãt. Deſpiciebant quidẽ
ipſum propter genus infimum quod noue
rant. ⁊ quia apud ſe nutritũ ⁊ per etatũ tẽpo
ra profeciſſe viderant ⁊ non credebant mi
racula que de ipſo referebantur. Unde dici
tur Mar.vi. Abijt Jeſus in patriã ſuã ⁊ di
cebãt. Unde huic hec omnia ⁊ que eſt ſapiẽ
tia que data eſt illi: ⁊ virtutes tales que ꝑ
manus efficiuntur. Nonne iſte eſt faber fi
lius marie frater Jacobi ⁊ Joſephi ⁊ Ju
de ⁊ Simonis: et Nonne ⁊ ſorores eiꝰ hic no
biſcum ſunt? ecce quãta deſpectio. Et ſequi
tur. Et mirabatur Jeſus propter incredulĩ
tatem eorũ: ecce quãta incredulitas. ⁊ quã
tã incredulitatẽ tantã habebant etiam in
uidiã. Quia ſicut dicit Hiero. Propie natu
rale eſt ciues ciuibꝰ inuidere: Quia igit erãt
ſuperbi / increduli / ⁊ inuidi / ideo xps tot ibi
miracula nõ fecit ſicut fecit in capharnaũ
⁊ in alijs terris. Unõ dicitur Mar.vi. Et nõ
poterat ibi vllam virtutẽ facere. niſi ꝙ pau
cos infirmos impoſitis manibus curauit.
⁊ nõ poterat ſcʒ iuſticia ſua: quia illi indi
gni erant. Cum ergo quãdã vice xps in na
zareth veniret acceſſerunt ad eum compa
triote ſui dicẽtes illud quod refert hic Lu.
quãta audiuimus in capharnaum fac et hic
in patria noſtra: quaſi dicat. Cum magis te
nearis tuis cõpatriotis ꝙ alienigenis bene
ficia tua que alijs impẽdis ⁊ miracula tua
ꝗ alijs facis deberes hic multomagis face
re. xps autẽ reſpondit eis. ꝙ ſi inter eos mi
racula non faciebat hoc non erat ꝙ ſcʒ pa
triã deſpiceret quam ſua natiuitate hono
rauerat. vel propter hoc ꝙ impotens eſſet.
ſed quia ipſi indigni erãt. Tum propter ſuper
biam: quia eum deſpiciebant. Tũ propter eo
rum incredulitatem quia in ipſum non crede
bant. Tum propter eorũ inuidiam quia ſibi
inuidebant. ⁊ ideo ipſum non honorabant:
ſed ipſum deſpiciebant. cum tamen alieni
gene ipſum honorabant Et ideo illis plu
ra miracula faciebat: quia magis digni erãt.
Et hoc eſt quod ſubditur. Amẽ dico vobis
quia nemo propheta acceptꝰ eſt in patria ſua.
Iſta autem duo ſcʒ ꝙ prophete aliquando
magis apud extraneos ꝙ apud domeſticos
honorarentur. et aliquãdo prophete inter
extraneos plures ꝙ inter domeſticos vir
tutes operantur / oſtenditur duplici exem
plo ſcilicet helizei. quod enim prophete in
maiori honore habeantur apud extraneos
ꝙ domeſticos oſtenditur exemplo helie. ꝗ
a iudeis expellebatur ⁊ contẽnebatur: a gẽ
tibus autẽ honorabat. Sicut patʒ: quia cũ mul
te eſſent vidue in iſrael eſſet. tñ ⁊ nulla fuit
digna eum recipere niſi vidua apud ſareptã
ſidonie. que eũ honorifice recepit. ꝙ vero
prophete inter extraneos aliquando plura
miracula faciebãt ꝙ inter domeſticos oſtẽ

Universidad de Deusto Biblioteca

ditur exemplo helisei prophete qui multis leprosis in iudea existentibus nullus tamen mundatus est nisi naaman syrus. Illi autem hoc audientes: quia scilicet eos indignos reputaret, inter quos si miracula faceret indigni sunt et duxerunt eum usque ad supercilium montis ut precipitarent eum. In hoc sicut dicit Beda. Peiores sunt effecti illi iudei magistro suo diabolo. Ille enim ait. Mitte te deorsum. Illi vero de facto mittere conati sunt. Sed quoniam dominus non elegerat mori per precipitium: sed per crucis patibulum, et quoniam nondum venerat hora mortis sue: ideo de manibus eorum exivit. Et sicut dicit Beda et habetur in glo. quod cum christus de manibus eorum lapsus de rupe descendisset: atque ipsa rupe latere vellet subito ad tactum dominice vestis saxum illud subterfugit. et ad instar cere resolutum quendam sinum in quo dominicum corpus reciperetur effecit: tante quippe capacitatis quantae ipsum corpus extitit quantitatis in quo lineamenta et ruge vestis que a tergo domini fuerit velut de manu sculptoris impresse servantur. In hoc igitur evangelio tangitur duplex hystoria scilicet de helya et helyseo. Circa hystoriam de helya instruimur circa duo: scilicet ut mundanos strepitus fugiamus, et ut elemosynis insistamus. Helyas quidem ut habetur. iii. Reg. xvii. Ad preceptum domini mundanos strepitus fugit et in solitudine habitavit ibique dominus eum pavit mittendo sibi per corvum mane et vespere panem et carnem: de torrente bibebat. Deus enim animam que mundanos strepitus fugit pascit scilicet celesti refectione pane et carne. B ¶ In christo quidem est duplex natura. scilicet divina et humana. Per panem intelligitur divinitas que habet in se omne delectamentum. Sap. xvi. Panem de celo prestitisti eis omne de. in se habentem. Per carnem intelligitur humanitas, anima igitur que humanos strepitus vitat et interne quieti vacat deus pascit pane et carne reficiendo eam in contemplatione divinitatis et humanitatis. B

¶ Secundo notandum quod ista refectio habet in hoc mundo imperfectionem admixtionem. Imperfectionem quidem habet quia perfecte consolationes et refectiones in patria sunt. i. Cor. xiii. Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est evacuabitur quod ex parte est. Illud notatur per hoc quod dicitur quod helyas pascebatur mane et vespere et non meridie. In mane quidem et vespere sunt lux et calor sed non in sua perfectione. in meridie autem sunt in sua perfectione. Sancti igitur viri pascuntur in presenti vita in mane et in vespere: quia habent lumen divine cognitionis, et calorem divini amoris sed imperfecte. In futuro autem pascentur in meridie quia tunc habebunt plenam dei cognitionem et perfectum dei amorem. ideo sponsa desiderat pasci in meridie dicens: indica mihi ubi pascas in meridie. Quod sponsi refectiones sanctorum in presenti habent admixtiones pure consolationes in patria sunt; in presenti autem multum habent de admixtione contrarii sive a carne sive ab hoste sive a mundo. Illud significatur per hoc quod helyas licet haberet delicatum cibum habebat tamen insipidum de torrente potum. Esa. i. Vinum tuum mixtum est aqua. Vinum enim purum. i. consolatio pura est in celo, fex. i. tribulatio in inferno: sed vinum mixtum. i. consolatio mixta est in mundo. C ¶ Ista autem triplicem differentiam tangit propheta dicens. Calix in manu domini vini meri plenus mixto. Tertio sponsi consolationes sanctorum in presenti habent defectionem: quia sepe ab eis subtrahitur ad tempus. hoc notatur per cibum helye quem deus subtraxit et ad tantam penuriam devenit quod buxillam panis et modicum aque habere potuit. Sepe enim a sanctis viris consolationes spirituales subtrahuntur intantum quod vix modo possint haberi: hoc autem facit deus ne de illis gratiis superbiant et ut ferventius eas requirant: et cautius eas custodiant. Secundo instruimur ut elemosynis insistamus per hoc quod vidua modicum elemosynam dedit helye et multiplicationem bonorum accepit. D ¶ Qui enim dat bona temporalia deus dat sibi temporalia ad sustentandum et corporalia ad consolationem. et spiritualia ad iustificationem. et celestia ad glorificationem. Esay. lviii. Frange esurienti panem tuum et cetera de elemosynarum. Sequitur. et sanitas tua citius orietur. hoc refertur ad bona corporalia, et anteibit faciem tuam iustitia tua. hoc refertur ad bona spiritualia. et gloria dei colliget te. et hoc refertur ad bona celestia. Tertio quasi ortus irriguus cuius non deficient aque. hoc refertur ad bona temporalia que sic adeo elemosynarum largitione continuantur ut nunquam tibi deficiant. Ex ista hystoria instruimur ut nos in sanguine christi abluamur sicut etiam Naaman in iordane septies fuit lotus et mundatus. sic et nos si in sanguine christi per devotionem abluimur ad septem vitiis mortalibus mundabimur. ideo christus septies sanguinem suum fudit ut a septem mortalibus peccatis mundaret nos. primo in circumcisione contra peccatum luxurie quod in primo homine in illo membro pullulabat. secundo in sudore contra peccatum gule. ex gula enim sepe nascuntur mali humores qui sanantur per sudorem. tertio in capite contra peccatum superbie. Nam sicut dicit August. Sub spinoso capite non de-



cet membrum fieri delicatum. non decet esse caput humile et membrum superbum. quarto in corde contra peccatum ire. nam secundum Damasc. Ira est accensio sanguinis circa cor. Quinto in flagellatione contra peccatum invidie. Invidi enim sunt sicut canes mordentes. sicut leo timet quando canis flagellatur. multo fortius isti canes. i. peccatores alios mordentes et lacerantes timere debent quando vident leonem. i. christum esse flagellatum. Sexto in manuum perforatione contra peccatum avaricie quod scilicet est sibi liberalem in manuum perforatione et extensione: et apertionem in cruce habuit manus extensas ut daret utiliter. et habuit apertas ut daret liberaliter. habuit perforatas ut daret totaliter. Septimo in pedum afflictione contra peccatum accidie. Pedes enim anime sunt intellectus et affectus qui sepe sunt pigri ad bonum: sed quando in christi sanguine intinguntur: sic velociter currunt ad deum et ad omne bonum. Psal. Ut intingatur pes tuus in sanguine. et c.

¶ Eadem feria. ii. iii. hebdo. xl.

Sermo. ii.

Multi leprosi erant in israel sub helyseo propheta et nemo illorum mundatus est nisi naaman syrus. Inter ceteros morbos lepra est abominabilior apud eos. Est enim morbus fetidus. sitibundus et contagiosus. inquantum est fetidus significat peccatum luxurie: inquantum est sitibundus significat peccatum avaricie. inquantum est contagiosus significat peccatum superbie. Lepra autem inquantum est morbus fetidus significat peccatum luxurie: que coram deo et hominibus fetet. Johel. i. Computruerunt iumenta in stercore suo. Glo. Iumenta computrescere in stercore est carnales homines in fetore luxurie vitam finire. Sic autem luxuriosus est fetidus quasi est quatriduanus: Joh. xi. Domine iam fetet quatriduanus enim est. A

¶ Prima enim dies est mala cogitatio et delectatio. et tunc adhuc non fetet. Secunda dies est malus consensus et tunc adhuc non fetet. Tertia dies est malum opus et tunc quidem anima sit mortua tamen pro unico actu adhuc non fetet. quarta est mala consuetudo seu obstinatio. et tunc animus est mortuus et fetidus. Ista sunt quatuor scelera damasci de quibus dicitur Amos. i. Super tribus sceleribus damasci. et super quatuor non convertam eum. ubi dicit glo. Primum peccatum est mala cogitare. secundum consentire. tertium opere implere. quartum non penitere. Et subdit glo. qui in tribus prioribus peccat. si peniteat convertit eum deus ad vultum clementie sue. Si vero non penitet avertitur ab eo vultus clementie sue. et quia animus carnalis fetet in vita per culpam. ideo fetebit in inferno per penam. B ¶ Unde fetor causabitur in inferno a quatuor. Primo a fetenti loco: quia terra infernalis sola fetida est: quia omnium immundiciarum sentina est quia omnes immundicie post iudicium ab elementis et a rebus ceteris separabuntur et in cloacam infernalem proiicientur. Secundo causabitur a fetenti consortio: demones enim qui sunt socii damnatorum sunt valde fetidi. Esa. xxxiiii. Ascendet fetor eius. et ascendet putredo eius: quia superbe egit. Tertio causabitur a fetenti supplicio: quia fetenti pena. i. sulphurea punietur. Ps. Ignis sulphur spiritus procellarum pars calicis eorum. et c. Quarto causabitur a fetenti corpore suo: quia corpora damnatorum fetida erunt. Esa. xxxiiii. De cadaveribus eorum ascendet fetor. Secundo lepra est morbus sitibundus, et quantum ad hoc signat peccatum avaricie. avarus enim adeo sitit quod saciari non potest. est enim insatiabilior omnibus rebus insatiabilibus nam sicut dicitur Prover. xxx. Tria sunt insatiabilia: infernus, os vulve, et terra, que nunquam satiatur aqua. Ignis vero nunquam dicit sufficit. Infernus quidem est insatiabilis ex eo quod quotidie quasi infinitas animas recipit saturari non potest. tamen veniet tempus quando dicet sufficit. Iudicio enim extremo celebrato infernus replebitur et manus dei claudetur. et tunc dicet sufficit nolo plures. Sic carnalis concupiscentia licet sit famelica et saturari non possit tamen tempus veniet quando dicet sufficit. quando enim homo senescit valde ita quod calor naturalis in eo deficit: sic concupiscentia dicit sufficit. sic terra sitiens quamvis aquam absorbere desideret. tamen tempus veniet quando dicet sufficit. quia enim est magna inundantia pluviarum et aque superabundant tunc terra dicit sufficit. Ignis autem insaturabilior est inferno carnali concupiscentia et sitienti terra nunquam dicit sufficit quando est plenus lignis sicut dicit infernus quando est plenus damnatis. nec dicit sufficit pre diuturnitate temporis sicut dicit carnalis concupiscentia: quia si ligna essent perpetua. ignis etiam esset perpetuus nec dicit sufficit pre nimia abundantia lignorum. sicut dicit terra sitiens pre nimia abundantia pluviarum immo et hoc magis augetur. et ideo merito per ignem avaricia designatur: quia est insaturabilior inferno. Concupiscentia carnali et terra sitienti. C

¶ Primo igitur avarus insaturabilior est quam infernus: quia infernus postquam plenus dicet sufficit avarus autem quanto magis plenus est tanto magis cupidus est. Proverbio. xxvii. Infernus et perditio nunquam replentur. scilicet modo. similiter oculi hominum insatiabiles. Eccl. quinto. Avarus non implebitur pecunia. Secundo avarus

Universidad de Deusto
Biblioteca



rus eſt inſatiabilior ꝙ concupiſcentia car-
nalis que in homine ſene ſeneſcit. Aua-
ritia ʒo in homine ſene non ſeneſcit ſʒ am-
plius iuueneſcit. Hiero. Cum cetera vicia
ſeneſcant in homine ſeneſcente: ſola auari-
tia iuueneſcit. Tullius. quid ſibi nolit non
intelligo. quid eſt abſurdius eſſe poteſt ꝙ
quo minus reſtat vie eo amplius viatici
querere. Tertio auarus eſt inſatiabilior ꝙ
terra ſitiens que dicit ſufficit quando eſt
magna inūdantia aquarum: et quādo ipſe
aque ſuper abundantes per diuerſa loca diſ-
currunt. Auarus autem et ſi habet magnā
abundantiam diuitiarum non tamen dicit
ſufficit: ſi diuitie ſue diſcurrant ad terras
longinquas ad diuerſas nundinas: adhuc
tamen nō dicit ſufficit: ſicut dicit infernꝰ
quando eſt plenus damnatis. et ſicut dicit
carnalis concupiſcentia quando calor na-
turalis deficit in homine ſene: nec ſicut di-
cit terra ſitiens quando habet abundātiam
pluuiarum, ſed ſicut dicit ignis non ſufficit
quātūcunque ſit diuturnus poſtꝙ habet li-
gna ſuppoſita. ſicut dicit carnalis concupi-
ſcentia. et ſicut ignis non dicit ſufficit ꝙ
habet magnam abundantiam lignorum: ſic
ignis auaritie non dicit ſufficit nec in ho-
mine diuitijs pleno: nec in homine vetera-
to: nec in homine ſuperpleno. Eccli. xxiij.
Anima callida quaſi ignis ardens non ex-
tinguetur donec aliquid glutiat. Tertio le-
pra eſt morbus cōtagioſus et per hūc mor-
bum ſignatur ſuperbia que eſt contagioſa.
iuxta illud, Eccl. xiij. Qui tetigerit picē co-
inquinabitur ab ea. et qui cōicat ſuperbo
induet ſuperbiam. et aſſimilatur ſuperbia
pici: quia pix eſt nigra et multe adherentie. ſic
ſuperbia animā obſcurat et impedit ne ve-
ritas ad eam tranſeat. Greg. Tumor mētis
eſt obſtaculū veritatis: eſt etiam tante ad-
herentie ꝙ aliis vicijs ſuperatis ipſa ſupe-
rari non poteſt. D ¶ Nam inter vicia
ipſa eſt prima in acceſſu: cōtinua in proceſſu
et vltima in receſſu. nō ſolū autem eſt ſup-
bia ſed omne peccatū mortale in ſe eſt cō-
tagioſum. Sic enim leproſus generat lepro-
ſum corporaliter/ ſic pctōr generat pctōrē
ſpiritualiter. i. Cor. xv. Corrumpunt mores
bonos colloquia mala. Quādo ſani ſtant
cū ſanis in ſanitate mutuo ſe cōſeruant: quia
vero leproſi ſtāt cū leproſis magis ac ma-
gis ſe viciant et corrumpūt de quo modo
eſt curandum. Quādo vero ſani ſtant cum
leproſis vel econuerſo: ſani ſepe inficiuntur
a leproſis: leproſi multū adiuuant a ſanis.
ideo nō eſt periculū ſtare leproſis cū ſanis
ſed periculū eſt ſanis ſtare cum leproſis.
Eodē modo quando boni cū bonis ſtant:
mutuo ſe ad bonū prouocāt: vnꝰ enim alium
prouocat ad humilitatē/ alius aliū ad pa-
tientiam. et ſic de aliis. Prouer. xxvij. Fer-
rū ferro acuitur: et homo acuit faciē ami-
ci ſui. Ps. Cū ſancto ſanctꝰ eris. &c. Quādo
vero mali ſunt cum malis mutuo ad mali-
ciam ſe incitant. Ps. Dies diei eructat ver-
bum: et nox nocti indicat ſcientiā. Bonus
enim q eſt dies dat alteri diei. i. alteri bono
bonū documētū: et nox. i. malus dat nocti
id eſt malo alteri malā doctrinā: et ſic peio-
res efficiuntur. Apoca. xxij. Qui nocet no-
ceat adhuc: et qui in ſordibus eſt ſordeſcat
adhuc. Qū boni ſtant cū malis et econuerſo
nō eſt periculū malis ſed vtile: quia ſepe me-
liorātur. Eſt aūt periculū bonis: quia ſepe vi-
ciantur. Ps. Cum peruerſo peruerteris.
Prouer. xiij. Qui cū ſapientibꝰ gradit ſapiēs
erit. Amicus enim ſtultorum ſimilis efficitur. ꝙ
nō dicit dns babylonis: vt exirēt de medio
populi ſui: ſed dicit populo ſuo vt exirent
de medio babylonis: quia populus dei ſi mul-
tis poterat pdeſſe babylonijs: babylonij
aūt in nullo poterāt pdeſſe pplō dei. Hiere.
li. Egredimini de medio babylonis po-
pulus meus et ſaluet vnuſquiſque animam
ſuā ab ira furoris dni. et ne forte molleſcat
cor veſtrū et ne timeatis auditū qui audie-
tur in terra. E ¶ Ex quibꝰ verbis oſtē-
ditur ꝙ ille qui vitat malos ſocietates qua-
tuor mala vitat. Primo aīe ſue perditionē.
id poſtꝙ dicit. Egredimini de medio ba-
bylonis. ſubdit vt ſaluet vnuſquiſque animā
ſuā: quia ſepe boni inter malos animas ſuas
perdunt. Secūdo vitat diuinā indignatio-
nem ꝙ ſepe incurrūt qui inter malos habi-
tant. ideo ſubdit. Ab ira furoris dni. Et. ij.
Par. xix. Hiis qui oderūt dnm amicitia iun-
geberis. et idcirco irā domini merebaris.
Tertio vitat mentis eneruationē: quia boni
habitātes cū malis rigore virtutū molle-
ſcunt. ideo ſubditur. ne forte molleſcat cor
veſtrū. Quarto vitat diabolicam tentatio-
nem: quia ſepe diabolus per malos peruertit
bonos. ideo ſubdit. ne timeatis auditū qui
audietur in terra. Iſte auditus eſt diaboli-
ca tentatio ſeu ſuggeſtio: quia ſepe diabolus
infeſtat bonos vt poſſit eos corrūpere per
malos.

## ¶ Feria tertia. iij. hebdomade. Sermo primus

Si pecca-
uerit in te fra-
ter tuus: vade et
corripe eum in-
ter te et ipſum
ſolū. Mat. xviij.
Dñs noſter ali-
quādo oſtende-
bat inſtracta ſue
pietatis vt malos



conuerteret. aliquādo exhibebat exēpla ſue ſan-
ctitatis vt bonos ad meliora alliceret. ali-
quando dabat ſue veritatis documenta vt
oēs ad ſalutē traheret et inſtrueret. ſicut pa-
tet in pñti euāgelio vbi ponit quinque ve-
riſſima documenta. Primum documētum
eſt per qd oſtendit qualiter fraterna corre-
ptio ſit faciēda cū dicit. Si peccauerit in te
frater tuus/ id eſt te ſolo ſciente: vel in te. i.
contra te iniurias et cōtumelias irrogādo:
vel in te/ id eſt cōtra te: malo ſcʒ exēplo cor-
rumpendo: vade et corripe eum inter te et
ipſum ſolum. A
¶ Ubi notatur ꝙ nō oēs equaliter et eodē
modo ſunt corripiendi. Quidā autē corri-
piēdi ſunt cū amore: ſicut humiles et man-
ſueti qui ſi aliquā offendūt primo recogno-
ſcunt/ et iſte modus intelligit cū dr inter te
et ipſm ſolū. i. dulciter et ſecrete/ tales enim
aliquā emēdantur leui ammonitione Aug.
Pudētē viri et corrigi paratū bñ ſuꝑ am-
monuiſſe ſibi ſufficiat: immo aliquando ſu-
perioris reſpectione Ambro. ſuper ps. Iu-
ſti aſpectus pfectioribus letitia eſt: imper-
fectioribus vero correptionis ammonitio.
quidā vero corripiendi ſunt cū ratione ſi-
cut aſtuti. iſte modus tāgit cū dicitur. Si
autem te non audierit adhibe tecū vnū vel
duos: vt in ore duorum vel triū teſtiū ſtet om-
ne verbū. Multi enim ſunt aſtuti ꝙ pctā ſua
abſcondūt et defendūt nec ſe corrigere vo-
lūt. Platus aūt vel iudex debet eſſe aſtutus
cū aſtutis/ et debet eos corrigere p teſtes et
per oēs alios modos quibꝰ pōt. Iſtum mo-
dum ſeruauit Daniel cōtra ſenes et aſtutos
quos rationabiliter et aſtute cōuicit: vt le-
gitur Dañ. xiij. Alij ſunt coercendi cum ti-
more/ ſicut ſuperbi et pſumptuoſi. iſte mo-
dus tangitur cum dicitur ꝙ ſi non audie-
rit te: dic eccleſie id eſt prelato eccleſie ad
quē ſpectat duros et preſumptuoſos caſti-
gationibus ſubijcere et penis et flagellatio-
nibus coercere: talis enim prelatꝰ et iudex
debet eſſe ꝙ poſſit ſuperbos cōprimere et do-
mare. Eccl. vij. Noli querere fieri iudex niſi va-
leas virtute irrūpere iniquitates ne forte ex-
timeſcas faciē omnipotētis et ponas ſcan-
dalum in agilitate tua. ideo dicit Ti. ij. ar-
gue cum oi imperio. Alij ſunt corrigēdi vel
abijciendi cū rubore/ ſicut obſtinati qui de-
bent ab eccleſia preſcindi et excōmunicari.
Iſte modus tangitur cū dicit ſi eccleſiā nō
audierit ſit tibi ſicut ethnicus. i. gētilis et
publicanus. i. cum eis tanquā excōicatis nō
cōmunices. Phariſei enim cū iſtis duobꝰ
generibus hoim nō cōicabant. i. cū gētili-
bus. iuxta illud Ioā. iiij. Nō enim couetūtur
iudei ſamaritanis/ nec cum publicanis et
peccatoribus. vnde dicitur Marc. ij. quare
cum publicanis manducat et bibit magi-
ſter veſter? Iſti igitur ſunt ab eccleſia exco-
municādi: nec aliquis cū eis debet participa-
re nec in ſalutatione. ij. Ioh. i. Si quis venit
ad vos et hanc doctrinā nō affert nolite eū
recipere in domo: nec aue ei dixeritis: nec
publica orone. i. Ioh. v. Eſt enim peccatum
ad mortem non pro illo dico vt roget quis.
nec cum eis comedere. i. Corint. v. Si quis
frater nominatur inter vos et eſt fornicator:
aut auarus: et ſequitur cū huiuſmodi cibum nō ſu-
mere. Secundū documentū eſt per qd oſten-
dit quāta ſit prelatorum iuriſdictio. cum ſubdit.
amen dico vobis quodcunque ligaueritis
ſuper terram erit ligatum et in celis. B
¶ Ex quibus verbis habetur ꝙ magna ſit
poteſtas et iuriſdictio platorum/ quia poſſunt li-
gare et ſoluere: celū aperire et claudere. Pec-
cator quidē habet ſupra ſe celū clauſum. infra ſe
infernū apertū. intra ſe hʒ culpā interficiē-
tem: et perdit gratiam ſpūalē/ extra ſe amittit me-
ritorū eccleſie cōmunicationē. de quibus
meritis dr ps. Particeps me fac deus oīm
timentiū. Prelatus autē ſiue ſacerdos pōt
pctōri penitēti celū aperire. Mat. xvi. Tibi
dabo claues regni celorum. Unde cātatur de
aplis. habent poteſtatē claudere celū nubi-
bus et aperire portas eius: quia lingue eorū
claues celi facte ſunt. Secundo pōt infer-
num claudere. Matth. xvi. porte inferi ſin-
gle. ſunt pctā ꝗ infernū aperiūt pctōri: ſed
quando ſacerdos pctā dimittit: tunc por-
tas inferi claudit. Tertio poteſt ſacerdos
culpam dimittere. Iohan. xx. Accipite ſpi-
ritum ſanctū: quorum remiſeritis pctā remit-
tuntur eis &c. Quarto pōt gratiam ſpūalem con-
ferre. Act. viij. Tūc īponebant ſup illos manus et
accē. ſpiritū ſanctum. Quinto pōt prelatus
merita ſanctorū cōicare et indulgētias fa-
cere. Unde dicebat aplus. ij. Cor. ij. Nam et
ego qd donaui ſi quid donaui propter vos
in perſona chriſti. Tertium documentū eſt
per qd oſtēdit ſanctorum virorum quantum valet
oratio cum dicit. Iterum dico vobis: quia
ſi duo ex vobis cōſenſerint ſuper terrā de
oī re quecunque petieritis fiet vobis a patre
meo qui in celis eſt. C
¶ Quādo enim aliqui ſancti viri cōueniunt
ad rogandū deum eos exaudit: aut quantum
ad votum ſi expedit ad ſalutem: aut quantum
ad meritum ſi hoc eis non expedit. Deus
enim aliquā exaudit ad volūtatē ſed nō ad vti-
litatem ſicut exaudiuit demonē petentem
temptare Ioh. et demones petentes intrare
porcos. Math. viij. Aliquando exaudit ad
vtilitatem non ad voluntatem: ſicut exau-
diuit Paulum petentem ſtimulum amoue-
ri. ij. Cor. xij. Non enim exaudiuit eum ad
ſuam voluntatem ſed dicit ei: ſufficit tibi
gratia mea. Exaudiuit autem ad ſuam vti-
litatem. vnde dicit. nam virtus in infirmi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tate perficitur. Aliquando autem exaudi-
uit ad voluntatē et ad vtilitatē ſicut exau-
diuit apoſtolos in miſſione ſpiritusſancti inter
aſcenſionē et penthecoſten poſtulātes quia
ipſum ſpiritū ſanctū receperūt ad libitū et
ad ſuum meritū. Vñ dr̄ Act. i. Hi oēs erant
perſeuerātes vnanimiter in oratione cum
mulieribus et maria matre ieſu. Quartum
documentū eſt per quod oſtendit ꝙ vtilis
eſt ſermonū dei congregatio. cū dicitur. Ubi
duo veſtrum vel tres cōgregati fuerint in
noīe meo/ibi ſum in medio eorū. Ille ꝗ di-
cit ſe eſſe in medio cōgregationis ſeruorū
dei eſt ieſus chriſtus filius dei. D

¶ In cōgregatione quidē ſunt aliqui aliq̄
timidi ꝗ propter multitudinē pctōꝝ ꝗ fece-
runt timēt grām dei nō ꝓmereri. Sed non
debēt de hoc timere q2 habēt ſecū ieſum ꝗ
interpretat ſaluator: q2 a pctīs ſuis omnes
ſaluos facit. Math. i. Uocabis nomē eius
ieſum: ipſe eñ ſaluū faciet ꝑplm ſuū a pec-
catis eorū. i. Joā. ii. Si ꝗs peccauerit aduo-
catū habem⁹ apud patrē ieſum xp̄m/et ipe
eſt ꝓpitiatio ꝓ pctīs nr̄is. Ibi etiā aliqui
ſunt tribulati. Sed debēt cōſolationē reci-
pere q2 habent ſecū xp̄m ꝗ interpretat vn-
ctus qui eos vnxit oleo letitie et exultatio-
nis. Ps. Unxit te deus de⁹ tuus oleo letitie
pre cōſortibus tuis. Eſa. lxi. Spūs dñi ſup
me eo ꝙ vnxerit me dñs: ad annūciādum
māſuetis miſit me vt mederer cōtritis cor-
de et predicarem captiuis indulgentiam et
clauſis apertionē. i. Joā. ii. Et vos vnctio-
nem quam ab eo accepiſtis maneat in vo-
bis ꝛc. Ibi ſunt etiam aliqui puſillanimes
qui timent ex propriis meritis ſe poſſe ſal-
uari. Sed non debent de hoc timere q2 ha-
bent ſecū filium dei qui gloriam ſuam eis
tribuit. Joan. iii. Sic deus dilexit mūdum
et filium ſuum vnigenitū daret: vt oīs
qui credit in ipſum non pereat ſed habeat
vitā eternā. De his tribus dicit Bern. Ue-
nit ad nos ieſus xp̄s filius dei: venit cū ſa-
lute: venit cū vnguento: venit cum gloria.
Neqꝫ eſt enim ſine ſalute ieſus: nec ſine vn-
guēto xp̄s: nec ſine gloria filius dei. Quin-
tum documentū eſt per qḋ oſtēdit ꝙ iniu-
rias ſemꝑ debemus remittere: qḋ notatur
cum dr̄. Tunc accedens petrus ad eū dixit.
Dñe/quotiēs peccabit in me frater meus:
dimittā ei vſqꝫ ſepties. Dixit ei ieſus. Non
dico tibi vſqꝫ ſepties: ſꝫ vſqꝫ ſeptuagies ſe-
pties. Et ponit numerus ibi determinatus
pro indeterminato/id eſt quotiēs peccabit
totiens dimitte. Uel ideo ponit ille nume-
rus: q2 ab adā vſqꝫ ad xp̄m fuerunt lxxvii.
generationes. Sicut igit̃ xp̄s totius huma-
ni generis deleuit culpam: ſic et homo oēs
ſuas dimittere debet iniurias. Uel iſte nu-
mer⁹ cōſtat ex numero vniuerſitatis/id eſt
ſeptē: et numero tranſgreſſionis/id eſt. xi.
q2 ſepties vndecim faciunt. lxxvii. Eſt ergo
ſenſ⁹. Dimitte ſeptuagies ſepties. i. cōmiſ-
ſas tibi factas iniurias et tranſgreſſiones.

¶ Eadem. iii. feria. iii. hebdo. xl. Sermo. ii.

Si peccauerit in te frater tuus vade et corri-
pe eum inter te et ipſum ſo-
lum. Math. xviii. Quia ſepe
fit peccatorū remiſſio: ideo
ſepe debet fieri fraterna cor-
reptio. Eccl. xix. Corripe amicum. ſepe enim
fit cōmiſſio. Ne autem iſta correptio prela-
torum deſpiciatur: oſtendit xp̄s ſue auctori-
tatis. cū dicit. Amen dico vobis quecunqꝫ
ligaueritis ſuper terram. ꝛc. Et his duob⁹
habetur ꝙ prelati debēt ſubditos corrige-
re: et ꝙ ſubditi eorum debēt correptionem
in magna reuerentia habere. A

¶ Circa primum notādū ꝙ ſunt multi qui
peccant/et peccatū ſuum nō intelligūt: qui-
dam qui intelligunt/et tamē peccare nō de-
ſinunt. alii ſunt qui pctm̄ ſuum negāt et cō-
fiteri erubeſcunt. Ideo vtilis eſt correptio
vt ex hoc ille qui peccat pctm̄ ſuum cogno-
ſcat: et ſic iterare non preſumat. Iſta talis
ſentētia tangitur. Eccl. xix. Corripe amicū
ne forte nō intellexerit/et dicat nō feci. Si
autem fecit neſterum audeat facere. Corri-
pe proximū ne forte non dixerit: et ſi dixe-
rit ne forte iteret. Illud autem preceptum
ſpectat ad oēs ex debito charitatis. Ma-
xime autem ſpectat ad prelatos ex debito
officii. Ideo apoſtolus prelatos ammonet
dicens. Galat. vi. Si preoccupat⁹ fuerit ho-
mo in aliquo delicto vos ꝗ ſpirituales eſtis
huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Nō
dicit in verbo lenitatis/nec in opere lenita-
tis: ſed in ſpū lenitatis. Quidā enim ſunt
obiurgādi in ſermone aſperitatis. Alii ſūt
reprehēdēdi in diſciplina ſeueritatis. Oēs
tamen in ſpiritu lenitatis vt nunꝗ fiat ali-
qua reprehenſio cum mentis perturbatio-
ne: ſed cum cordis cōpaſſione. vt dicit que-
dam glo. ſuper Joſ. Laudatur illud archi-
terētini: qui cum villico ſuo irat⁹ eſſet/ait.
O infelix anima te occiderem ſi iratus nō
eſſem. Bene ergo dicit apoſtolus in ſpiritu
lenitatis. Quācunqꝫ ſonat aſperitas in vo-
ce: quācunqꝫ exhibeatur ſeueritas in corre-
ptione/ſemper tamen debet eſſe lenitas in
mente. B

¶ Ille autē qui aliū vult corrigere quinqꝫ
conſiderationes debet ſeruare. Quaꝝ tres
ponit Augu. ſuper illud Math. vii. Hypo-
crita eiice primum trabem de oculo ꝛc. Re-
liquas duas ponit Grego. in moral. Primo
nanqꝫ qui aliū vult corrigere debet cōſide-



rare ſi eſt ei ſimilis/id eſt ſi in eodem pctō
vel equali vel maiori: et ſic maxime ſi pec-
catum eſt notorium nō debet eum corrigere:
ſed ſe et ipſum ad penitētiam cōmonere
debet. Alias poſſet ſibi dici illud Rom. ii.
Qui alium doces/teipſum non doces: qui
predicas non furandum: furaris. Greg. Du-
rū eſt vt qui neſcit tenere moderamina vi-
te ſue iudex fiat vite aliene. Idem. Mūdus
debet eſſe a viciis qui aliena corrigit/eo ꝙ
non bene maculā in alio cōſiderat oculus
quē puluis grauat. Neqꝫ tergere valet ſor-
des manus que lutum tenet. Aug. Iudex in
nullo horum ſit iudicandus qui in alio eſt
paratus iudicare. Si autem non eſt ei ſimi-
lis/debet ſecundo videre ſi aliꝗn fuit ſimi-
lis/et tunc ſicut nolebat deſpici: ſed cōpaſ-
ſionem ſibi impendi ſic nec ipſe fratrē pec-
cantem et penitentem debet deſpicere: ſed
cōpaſſionē et miſericordiā exhibere. Eccli.
viii. Ne deſpicias hominem auertentem ſe
a peccato et ne improperes ei/et memento
quoniā omnes in corruptione ſumus. Eiuſ-
dem. Eccl. xxxi. Intellige que ſunt proximi
tui ex teipſo. Si autem nō eſt ei ſimilis/nec
aliꝗn fuit ſimilis. tūc debet tertio cogitare/ꝙ
poteſt eſſe ſimilis. Et ideo ratione talis du-
bii nō debet ſuperbire: ſed delinquētibus
condeſcendere. iii. Regum. xx. Ne glorietur
accinctus eque vt diſcinctus. i. Cor. x. Qui
ſe exiſtimat ſtare: videat ne cadat. Auguſt.
Nemo eſt qui ſecurus eſſe poſſit in hac vi-
ta que tota temptatio nominatur: vt ꝗ po-
tuit fieri ex deteriori melior/non poſſit fie-
ri ex deteriori melior. Si autem non eſt ei
ſimilis nec vnꝗ fuit ſimilis et de dei boni-
tate confidit ꝙ nunꝗ erit ſimilis: tunc de-
bet quarto videre ſi ille qui ſit reprehenſi-
bilis in aliquo alio eſt commendabilis: ſi
ille qui tot habet defectus habeat aliquos
profectus/et ſic ratione illorum bonorum
que habet debet ſupportari in his ꝗ minus
habet. Unde Apoc. ii. Uolēs dñs reprehen-
dere epiſcopū Ephe. i. ponit quoddam vi-
cium quod habebat dicens. Habeo aduer-
ſum te pauca/q2 charitatem tuam primam
reliquiſti. Sed tamen ſtatim ponit quoddā
bonum quod habebat dicens. ſed hoc ha-
bes bonum ꝙ odiſti facta nicolaitarū que
ego odi. Sic volēs reprehendere epiſcopū
ſardis: primo ponit quēdam ſuum defectū
dicēs. Non inuenio opera tua plena coram
deo meo. Deinde ponit ſtatim quendā ſuū
profectum dicens. Sed habes pauca no-
mina in ſardis que non coinquinauerūt veſtimē-
ta ſua. Ecce domin⁹ poſtꝗ ponit illa in qui-
bus ipſi erant reprehenſibiles: ſtatim ſub-
iunxit illa in quibus erant commendabiles
ad innuendum ꝙ ſi aliquis propter ali-
quod vicium eſt reprehendēdus/ſi tamen
habet aliqḋ bonum eſt ſupportandus: hoc
dato ꝙ aliquis omnino videatur eſſe ma-
lus: nec habet aliquid ꝓpter quod eſt ſup-
portandus ſeu tolerandus/tunc debet co-
gitare: quia ille qui ſic videtur eſſe malus
forte in conſpectu dei eſt ſibi in merito pre-
ponendus. Et ponit exemplum Greg. de ſte-
phano et paulo. xxii. moral. ſuper illo ver-
bo. Audi igitur Job eloquia mea dicens.
Nam cum ſtephanus conſentiente paulo et
adiuuante lapidaretur tunc ſtephanus om-
nino erat bonus/et paulus oīno videbatur
eſſe malus/et tamē in cōſpectu dei paulus
qui ſic erat malus erat ſtephano in merito
et in premio preponendus. C

¶ Secundo ſubditi debent correptionem
prelatorū in magna reuerētia habere: quia
eorū ſententias deus approbat et cōfirmat.
Unde dicit. Amen dico vobis quodcūqꝫ li-
gaueritis ſuper terram/erit ligatum et in
celis. D

¶ Unde notandū ꝙ in celo ſunt oēs ſoluti
in inferno oēs ligati. In mundo vero quiſ-
dam ſunt ligati: quidā ſoluti. Primo ſcilꝫ
in celo omnes ſunt ſoluti. In preſenti etiam
vita ſancti viri habent ligatū intellectum:
quia non poſſunt deū libere ac clare vide-
re. Habēt ligatā potentiā affectiuam. quia
non poſſunt deum ex toto corde/et ex tota
mente/ſeu anima diligere. Habēt ligatam
potentiā deprecatiuā: quia nō poſſunt dei
laudibus indeſinenter inſiſtere. In celo au-
tem omnia iſta habebunt ſoluta: quia deū
clare et ſine fine videbūt/et ipſum totaliter
amabunt/et ipſum indeſinenter laudabunt.
Augu. de ciuitate dei. Ipſe eſt finis deſide-
riorum noſtrorū qui ſine fine videbitur/ſi-
ne faſtidio amabitur: et ſine tedio laudabi-
tur. Si quis habet amicū quem libēter vi-
det et precordialiter diligit: eius viſio ali-
quā habet finē: eius dilectio aliquā habet fa-
ſtidiū: eius laudatio aliquā habet tediū. Sꝫ
tunc viſio noſtra nō habebit vllū finē/ſed
cōtinuationē. ideo dicit. Qui ſine fine vide-
bitur. Dilectio nr̄a nullū habebit faſtidiū:
ſꝫ ſummū deſideriū. ideo ait. Sine faſtidio
amabitur. Laudatio noſtra nullā habebit
fatigationē: ſed ſummā delectionē et dele-
ctationē. Ideo ſubdit. Sine fatigatiōe lau-
dabit. In inferno vero oēs erūt ligati. Iux-
ta illud Mat. xxii. Ligatis manibus et pedi-
bus mittite eū in tenebras exteriores. Ha-
bent enim ligatā potentiā opatiuā: q2 nullū
bonū meritoriū poterunt facere. Affectiuā
hñt ligatā: q2 deū nūꝗ poterunt diligere.
Ideo dr̄. Ligatis pedib⁹ et manib⁹. Per pe-
des eñ. ſm Amb. affect⁹ anime ſignificat.
Habēt ligatam potentiā intellectiuā: quia
deum nūꝗ poterunt videre nec cognoſce-
re cū ſint in tenebris et in terra obliuionis.

Universidad de Deusto Biblioteca



ideo dicit. Mittite eũ in tene. exte. Habent ligatam potentiã reparatiuã: q͛ nunq̃ potuerunt ad penitentiã reparari. id eſt exteriores. Peccata eñ prout ſunt in hac vita ſũt tenebre exteriores: quia ſunt intra ambitũ miſericordie diuine. in inferno autem peccata ſunt tenebre exteriores: quia ſunt extra ambitum omnĩe miſericordie. In mundo autem quidam ſunt ſoluti. ſicut viri perfecti qui edificant aurũ ⁊ argentũ ⁊ lapides precioſos. ſicut dĩ .i. Cor. iij. tales nullũ habẽt vinculum culpe nec obligati ſunt pene eterne/ nec obligati ſũt alicui pene ſatiſfactorie. Alij ſũt ligati. ſicut pctõres obſtinati. tales hñt vinculũ culpe ⁊ hoc figurat Judicũ xv. cũ dĩ. Ligauerũt ſãpſon duob᷒ nouis funib᷒. duo funes ſũt nex᷒ culpe ⁊ pene. Alij ſũt ex pte ſoluti et ex parte ligati/ ſicut ſunt penitẽtes qui ſoluti ſunt vinculo culpe ſed ligati ſunt funibus pene ſatiſfactorie. in huius ſignificatõe dĩ Hiere. xxxviij. Extraxerunt hieremiam funibus et eduxerunt eum de lacu. Poteſtas igitur ligandi ⁊ ſoluendi quam prelati habent non extendit in celum q͛ omnes ibi ita ſunt ſoluti q̃ non poſſunt ligari: nec extenditur in infernum quia oẽs ibi ita ſunt ligati q̃ nunq̃ poſſũt ſolui. ſed eũ habent locum in mũdo vbi peccatores penitentes poſſunt ligari per penam ſatiſfactoriam. ⁊ poſſunt abſolui a culpa q̃ hñt contritionem veram et confeſſionem purã et ſatiſfactionem integram. poſſunt etiam ligari per excõicationis vinculũ et ſolui ꝑ abſolutionis beneficium.

¶ Fer. quarta. iij. heb. xl. ſmo ꝑm᷒.

Acceſſerũt ad ieſum ab hieroſolymis ſcribe et phariſei dicentes: quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiões ſeniorum/ non enim lauãt manus ſuas cum panem manducant Matthei. xv. ¶ Ad intelligendum illud euangelium notandum eſt quod phariſei qui erant inter iudeos nobiliores et doctiores/ erant ſuperſtitioſi/ auari ⁊ impij. Superſtitioſi quidem erant quia pl᷒ curabant de mundicia exteriori q̃ de interiori/ plus de lotione manuum calicũ ⁊ vaſorum q̃ de lotione animarũ. vnde ſubditur. Marci. vij. Relinquentes enim mandatum dei tenetis traditionem hoĩm baptiſmata vrceorum calicũ et alia ſimilia hijs multa facitis. Videntes igitur diſcipulos comedentes nõ lotis manibus indignati ſunt ⁊ dixerũt ad ieſum: quare diſcipuli tui trãſ. mã. ſe. nõ eñ la. ma. ſu. cũ pa. man. Secũdo erãt auari, quia inducebant iudeos qui habebãt parẽtes vt oĩa deo deuouerent: ac ſi eis dicerẽt q̃ tale munus factum deo ſibi proderit ad vitam eternam: et per talem modũ phariſei bona illorũ cũ filijs diuidebant poſtea. ideo chriſtus ſubdit. Quare ⁊ vos tranſgredimini precepta dei ꝓpter traditionem patrum veſtrorum? Tertio erant impij in parentes. Audientes eñ parentes q̃ oĩa deo cõſecrata erant eis/ vti deuitabãt ne ſacrilegiũ crimen incurrerent ⁊ ſic fame afficiebant/ id xp̃s ſubdit. et non honorificabit pr̃em ſuũ aut matrẽ. Illud eñ mãdatũ/ honora pr̃em tuum et matrem tuam: intelligitur de duplici honore. ſ. de neceſſariorũ ꝓuiſione et de reuerentie exhibitione. B ¶ Et quia iſti phariſei ſic erãt ſuperſtitioſi auari. ſic impij. id xp̃s eos vocat hypocritas. plãtas eradicandas ⁊ cecos et duces cecorũ. nã inquãtum erant ſuperſtitioſi plus curãtes de mũdicia corporũ q̃ alarum vocat eos hypocritas. dicẽs. Bene ꝓphetauit de vobis Eſaias ⁊c̃. Unde dĩ Mat. xxiij. Ue vobis ſcribe et phariſei hypocrite/ q̃ mundatis qđ deforis eſt calicis ⁊ parapſidis: intus aũt pleni eſtis rapina et immundicia. id xp̃s oſtendit q̃ cibus qui intrat per os ſiue comedatur manibus lotis ſiue non lotis nõ poteſt alaꝫ inquinare: ſed q̃ ꝓcedunt de ore illa ſunt q̃ coinquinant aĩam. Inquãtũ aũt erant auari dixit eos eſſe cecos ⁊ duces cecorũ. nã illi qui docebãt iudeos vt ſua deo deuouerẽt ne parentibus ꝓuiderent/ erãt duces cecorum: illi qui eis credebant erant ceci: et id ambo cadebant in foueam infernalem. ideo dicit. Sinite illos/ ceci ſunt ⁊ duces cecorũ. Inquãtũ erant impij ad parentes erant plantationes eradicande. confeſtio. ſ. hbẽtis q̃ ſicut dicit Eccl. Bñdictio patris cõfirmat domos filiorũ: maledictio aũt matris eradicat fundamenta. id dĩ. Oĩs plãtatio quã non plãtauit pr̃ meus celeſtis eradicabitur. In hoc igit͛ euãgelio ſicut ꝑ ex premiſſis tria dicuntur. Primo eñ ponitur phariſeorum ſuperſtitio q̃ diſcipulos reprehẽdebant de hoc q̃ non lotis manibus pa. mandu. horũ ſimiles ſunt multi qui volunt habere exteriora pulchra: interiora vero feda de quib᷒ ſic dicit Auguſt. Bona vis habere ⁊ bonus nõ vis eſſe: quid eñ vis habere malũ? nihil omnino. non vxorem/ non filiũ/ nõ ſeruum/ non iumenta/ non tunicam/ plane non caligam: et tñ vis habere malã vitam. Poſtea ſubdit. Rogo te prepone vitam tuã caligis tuis. Multi autẽ ſunt qui non preponũt. ſaltem vtinam adequarẽt. Si enim caliga tua eſt luto infecta mox ipſam abluis.



⁊ ſi eſt puluerulenta mox ipſam excutis: ſi eſt lacerata mox ipſam conſuis. vade ergo tu et fac ſimiliter de anima tua: ſi eſt infecta luto peccati mortalis vade et ipſam ablue per confeſſionem. Hiere. iiij. Laua a malicia cor tuum hieruſalem vſq̃quo morabuntur in te cogitationes tue noxie. Eſa. i. Lauamini mũdi eſtote ⁊c̃. Si eſt lacerata pre nimia vetuſtate in peccatis: vade et ipſaꝫ conſue ſimiliter per confeſſionem. Sutores enim ſunt ſacerdotes qui animam laceratam cõſuunt. Eſa. xviij. Ite angeli veloces ad gentem conuulſam et dilaceratam. Si eſt puluere aſperſa venialium ipſam excute iuxta illud Matthei. x. Excutite puluerem de pedibus veſtris. Secundo ponitur ipſius ſuperſtitionis a chriſto prudens confutatio: cũ dicitur. Quare et vos tranſgredimini mãdatum dei ꝓpter tradi. ve. ⁊c̃. Glo. Si vos mandatum dei contemnitis ꝓ traditiõib᷒ hominum quare diſcipulos arguitis q̃ mãdata hominum dimittũt et precepta dei cuſtodiunt? ⁊ quia phariſei alia dei precepta non obſeruarent/ de nullo tñ eos reprehẽdit niſi de inhonoratione parentũ. ad innuendum q̃ diſplicet deo quãdo parentes inhonorentur. B

¶ Debemus autem induci ad honorandum parentes propter quatuor. ¶ Primo ꝑ preceptum quia deus hoc precepit/ et inſuper preceptum ſeruantibus: addit remunerationem: et non ſeruantibus eternam damnationem. cum dicit Exodi. xx. Honora patrem ⁊ matrem vt ſis longeuus ſuper terram. Eiuſdem. xxi. Qui maledixerit patri ſuo vel matri ſue morte moriatur: et tamen in nullo alio precepto inuenitur illa promiſſio vel cõminatio per quod datur intelligi ſtius placet deo quando honorantur parentes: ⁊ q̃tum ſibi diſplicet qñ inhonorantur. C

¶ Secundo inducimur per exemplum quia ipſe ieſus de matre ſua magnam curam habuit et in vita et in morte et poſt mortẽ. nã in vita valde ſibi obediens fuit et ſubiect᷒ Luce ſecundo. Uenit nazareth et erat ſubditus illis. Bernar. Quis q̃ bus deus ſubd᷒. Augu. Erubeſcat homo fieri ſuperb᷒: quia humilis fact᷒ eſt de᷒. honorauit mrẽ in morte/ quia in cruce pendens Joanni eam commendauit. honorauit poſt mortem: quia ſicut dicit Sedulius. Reſurgens primo apparuit ſibi. Item honorauit eam morientem quia perſonaliter cum tota curia celeſti ad eius obitum venit. honorauit matrem viuẽtem: quia matrem dei eam fecit. honorauit eam de hoc ſeculo recedentem quia ipſam in corpore et anima ad ſuam dexteram collocauit. D

¶ Tertio inducimur ꝓpter debitũ. Nos eñ a parentibus recepimus eſſe/ nutrimentũ/ et documentũ quia ſi igitur ab eis recepim᷒ eſſe debemus eis magnã reuerentiã exhibere. Eccl. vij. Honora patrẽ tuũ ⁊ mĩem tuã/ et gemitus matris tue nõ obliuiſcaris/ memento q̃ niſi per eos natus non fuiſſes: q͛ ab eis accepim᷒ nutrimentum debem᷒ ipſis magnam diligentiam: vt ſicut nos diligenter nutriuerunt in iuuentute: ſic et nos cum magna diligentia debemus eos nutrire in ſenectute. Eccl. iij. Fili ſuſcipe ſenectã patris tui: quia ab eis recepimus documẽtum debemus eis magnã obediẽtiã. Ephe. vi. Filij obedite parentibus veſtris in domino hoc eñ eſt iuſtum. E

¶ Quarto inducimur per nature inſtinctũ Natura eñ omnes docet q̃ debem᷒ parentibus ſubuenire et qñ ſunt i neceſſitate poſiti/ et qñ ſunt ſenectute confecti: et qñ ſunt mortui. Et ad iſta tria oſtendenda ponit Ualerius tria exempla. ad oſtendendum q̃ debemus parentib᷒ ſubuenire qñ ſunt in neceſſitate poſiti: recitat q̃ cũ quedaꝫ mulier nobilis ob qđdã flagiciũ fuiſſet morti adiudicata. noluit eã rex cõburere vel alia morte publica punire ꝓpter honorẽ parentum/ ſed incluſa eſt in carcerem vt ibi fame periret. Filia võ eius que erat nupta de licentia iudicis eã quotidie viſitabat i carcere: prius tñ eam diligenter perſcrutabatur ne aliquid comeſtibile ſibi deferret. illa võ extracto vbere ſingulis dieb᷒ de ꝓprio lacte matrẽ alebat. Cũ võ iudex miraretur q̃ tãto tpe ſuperuixeret/ repertũ eſt q̃ ſic fiebat. tunc iudex pietate cõmot᷒ matrem filie donauit: ad oſtendendũ q̃ debemus parentib᷒ ſubuenire qñ ſũt ſenectute ꝯfecti. adducit ꝑ exẽplũ ciconie dicẽs q̃ ciconie filiũ parẽtes ſuos in nido ponũt: ⁊ velut infantes iuxta pectus ſuũ collocant/ fouẽt et nutriunt. Uolũ ſultures parentes ſuos fame mori pmittunt. Ad oſtendendũ vero q̃ de parentibus curam debem᷒ agere etiam in morte eis ſepulturam debitã preparando oſtẽdit exemplo ſcitarũ. dicit eñ cum darius rex/ ſincos ſcitas inuaſiſſet ⁊ ſepulchra parentũ ſuorũ inuadere vellet: miſerũt ei ſcite dicentes q̃ depopulationem agrorũ ⁊ vinearum ⁊ quaſ nimilter ferrent: ſi ad ſepulchra parentũ cõtingeret tunc ſcitarum potentiam ⁊ vires ſentiret: quia ꝓ ipſis defendendis mori parati eſſent. Tertio ponit vere doctrine a xp̃o traditio/ cũ ſubdit. Non qđ intrat in os coinquinat hoĩe/ ſed qđ ꝓcedit ex ore hoc coinquinat hoĩem: et id connumerat multa vicia et mala que ab ore procedunt/ ſcꝫ adulteria/ homicidia/ furta/ falſa teſtimonia/ blaſphemie: et ideo ipſum os diligenter eſt cuſtodiendum. F.

¶ Et q͛ non ſufficit humana cuſtodia/ ꝑ etẽda eſt diuina/ ſicut petebat ꝓpheta dicens.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Pone domine cuſtodiam ori meo. Legitur ꝙ fuerunt tres philoſophi qui inter alios loquentes multū fuerunt taciturni .ſ. ſocrates/ſolon ⁊ xenocrates. Quadam igit̄ vice cum inter multos loquaces ſocrates ſederet ⁊ taceret interrogatꝰ cur ſic taceret/reſpōdit/quia me locutū fuiſſe ſepe penituit/ tacuiſſe vero nunꝙ̄. Jd̄ dicit̄ puerbi. x. Jn multiloquio non deerit peccatū. Solon etiā cum aliis loquentibus taceret interrogatꝰ eſt ſtatim ab ipſis omnibus ſi taceret: quia loqui neſciret vel q̄ ſtultus eſſet: reſpōdit Nullus ſtultꝰ tacere pōt. Jd̄ dicitur. Eccl. x. Stultus vba multiplicat. Xenocrates etiam cum aliis loquentibus taceret ⁊ interrogatꝰ quare hoc faceret/r̄ndit quia os vnū/ aures duas a natura accepimꝰ, quaſi dicat Multa debemus audire ⁊ pauca dicere. Jd̄ dr̄ Jaco. i. Sit omnis homo velox ad audiēdum tardus ad loquendum. Jdem etiā philoſophus cuidā verboſo dixit. Si noſtrꝰ eſſimus te audiremus tacere, quaſi dicat. ſi verba tua diſplicerent tibi ſicut nobis/taceres Jd̄ dicitur Eccl. xx. Eſt tacens qui inuenit̄ ſapiens: et eſt odibilis qui procax eſt ad loquendum.

¶ Eadem quarta feria tertie hebdomas de .xl. Sermo ſecundus.

Omnis plātatio quā nō plātauit pater meus eradicabit. A

¶ Hō dicit̄ planta ſiue arbor euerſa. Habet enī ramos inferius, ſemina/brachia/ et pedes. Ad oſtēdendū ꝙ nō p̄t fructificare. i. opera miſe ſuperiora facere ſed inferius. i. non bī ea facere in celo ſed in hoc mundo. Nā ſicut Auguſti. in homel. Jn celo nō ſc opera nō ſunt neceſſaria. Nemo enī indiget ibi q̄ oēs ſunt ibi veſte immortali induti. Nemo ibi hoſpitabitur peregrinū q̄ ſunt ciues perpetui. Nemo ibi paſcet famelicos: quia oēs et viſione dei ſunt ſaturati. Nemo ibi potabit ſitibundum q̄ oēs vino ſpūſſancti ſunt ebrij. Nemo ibi viſitabit infirmū vel tribulatum q̄ oēs ſunt ibi ſani ⁊ conſolati. Nemo ibi redimet incarceratū: q̄ oēs ibi ſunt liberi, reſanati ⁊ ſoluti. Nemo ibi vadit ad ſepulturā: q̄ oēs immortales effecti ſunt. Et ideo iſta plāta. i. hō nō hꝫ ramos exterios ſuperiores inferiꝰ: q̄ nō hꝫ hō fructificare in celo ſed in mundo. Hꝫ etiam iſta planta radices ſuperius. i. capillos: ad inueniendū ꝙ nō debet plantari inferius/hoc eſt in mundo ſed ſuperius/hoc eſt in celo. Radix aūt in plāta eſt ſicut os in animali: q̄ per radices humorem attrahit vnde planta nutritur ⁊ fructus pducunt. Quando ergo radix eſt plantata in bona terra/tunc attrahit humorem bonum/et facit fructū boni. Quā vero plantata eſt in mala terra/tūc corruptū humorē attrahit ⁊ malū fructum facit. B

¶ Notandum aūt ꝙ triplex eſt terra. i. celeſtis. Pſ. Credo videre bona domini in terra viuentiū. Mundialis. Pſ. Celū celi dn̄o/terram autem dedit filijs hominum. Jnfernalis. Job. x. Terram miſerie et tenebrarū vbi vmbra mortis ⁊ nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitans. Planta igitur que eſt in celo plantata: ſicut ſancti viri / attrahit humorem pinguem ⁊ dulcem: ⁊ id̄ facit fructum bonum. Sic plantata erat illa plāta que dicebat Phi. iij. Noſtra cōuerſatio in celis eſt. Planta vero que eſt plantata in mūdo ſicut auari qui ſunt ſicut terra arida et vacua/nullum attrahit humorem: ⁊ ideo nullū fructū facit. Hiere. iiij. Aſpexi terram erat inanis et vacua. Plāta vero ꝙ̄ eſt plantata in terra infernali ſicut ſunt peccatores miſeri trahunt humorem venenatū/ et ideo faciunt fructus acerbos ⁊ ad nihilū aptos. Sap. iiij. Fructus eorum inutiles et acerbi ad manducandum et ad nihilū apti. Prima igitur planta que eſt in terra celeſti ſicut ſunt viri ſancti: producit ſicut ait Chryſoſto. bonas gemmas. i. bonas cogitatiōes bonos flores. i. bonas volūtates que naſcitur de bonis cogitatiōibus: ſicut flores naſcuntur de gemmis. Producit etiam de floribus bona poma. i. bona opera que naſcuntur de bonis voluntatibus quemadmodū poma naſcuntur de floribus. Et ſicut planta fructificat in omnibus ſuis ramis / ſic ſancti viri ſeruiant deo de omnibus ſenſibus et membris ſuis corporis: ſicut dicit Chryſoſtomus in quadam homelia. Oculus eiꝰ deo preſtat obſequium/quando a vanitatibus ſe auertit. Auris/quando verba dei libenter audit: et verba detractionis fugit. Os/quando libenter deum laudat ⁊ mendacia ⁊ vana verba deuitat. Manus/quando homo ad pauperes porrigit/et ad rapinam aliquas non extendit. Pedes/qñ ad malum non currunt et ad eccleſiā libenter vadūt. Et ſicut rami plante q̄to magis ſunt fructibus onuſti/tanto magis ad terram ſunt pecliui/ſic ſancti viri q̄to ſunt bonis operibus fertiliores/tanto magis ſunt corā deo humiliores. Secūda planta que eſt plantata in mundo/id eſt in terra arida et vacua/ ſicut ſunt homines mundani/nullū humorem attrahit: et ideo nullū fructum facit. Si aliquis haberet plantā in horto ſuo circa quam multum laboraret et nullum fructum perciperet/ipſam plantam preſcindere deberet. D



¶ Talis planta eſt iſte mundus. Jſti enim ꝙ tenēt illam terram aridam et vacuam diligunt/in vita magnum habent labores. Juxta illud Eccl. viij. eſt hō qui diebus ⁊ noctibus ſōnum oculis non capit. Jtē Eccl. xxxi. Laborauit diues in congregatiōe ſubſtantie ſue. Jn morte vero habent magnū dolorem/quia nō poſſunt ſine magno dolore dimitti que cum magno amore poſſeſſa ſunt. Eccl. v. Diuitie conſeruate in malum domini ſui/pereunt enī in afflictione peſſima. Habent enim afflictionem: quia cum dimittunt/peiorem q̄ ſecum portare nō pñt/ peſſimā/q̄ vident ꝙ cauſa ſue perditiōis fuerunt. Poſt vo mortem dant vacuitatem Job. xxvij. Diues cū dormierit nihil ſecū afferet. aperiet oculos ſuos: ⁊ nihil inueniet. E

¶ Econuerſo aūt bona ſpiritualia habēt in vita delectationem. Pſ. Cantabiles mihi erant iuſtifica. tue. ⁊c. Jn morte dant ſecuritatem. Prouerb. iij. Si dormieris non timebis/quieſces/⁊ quietus erit ſomnus tuus. Poſt mortem dant ſecuritatem ⁊ ſatietatē. Pſ. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Qz igitur iſte mūdus eſt talis planta ꝙ in vita dat laborem: in morte dolorem: poſt mortē vacuitatem ideo eſſet penitus preſcindēndus. i. amor eius penitus relinquēdus. Jſta eſt illa planta infructuoſa/de qua dicit Luce. xiij. Ecce anni tres ſunt ex quo ego venio querens fructum in ficulnea hac/ et non inuenio: ſuccide ergo illam vt quid etiam terram occupat. At ille dixit cultor vinee ad pa. fa mil. Domine dimitte illā ⁊ hoc anno vſꝗ dum fodiam circa illam et mittam ſtercora et ſi quidem fecerit fructus: ſin autem in futurum ſuccides eam. F

¶ Jſta ficus infructuoſa eſt iſte mundus. i. amator mundi. Tres anni ſunt tria tempora. i. tempus ante legem/tunc non fecit fructum: tempus ſub lege/tunc etiam fructum non fecit: et tempus gratie/ ſub quo etiam multi ſunt qui fructū non faciunt. Uel tres anni ſunt tres etates hominum. i. adoleſcētia/iuuentus ⁊ matura etas. Sunt autem ꝙ fructum non faciunt bonum/ nec in adoleſcentia ſua/nec in ſua iuuentute/nec in ſua matura etate. Et chriſtus habens curam de peccatoribus rogat patrem vt adhuc expectet vſꝗ ad quartum annum. i. vſꝗ ad ſenectutem. Et hoc ſepe facit deus. Juxta illud Eſaie. xlvi. Uſꝗ ad ſenectam ego ipſe/⁊ vſꝗ ad canos ego portabo/et ego feci ⁊ ego portabo et ſaluabo. G

¶ Sunt autem tria que plantam infructuoſam ſepe fructificare faciunt: ſcilicet foſſio irrigatio / et fimi appoſitio. Et hoc eſt qd̄ ſubditur. Uſꝗ quo fodiam circa illam ⁊c. H.

¶ Tria etiam ſunt que peccatorem ſepe ad conuerſionem adducunt. Primum eſt peccatorum ſuorum cognitio. et iſta eſt foſſio. Auarus enim peccata ſua operit de terra. Superbus lapide duro. Luxurioſus luto. Et ideo peccata ſua non poſſunt aſpicere: ⁊ id̄ fodienda eſt terra auaritie/lapis ſuperbie/ lutum luxurie: et tunc videbit abhominationem peccatorum ſuorum/et inde plurimum erubeſcet. Juxta illud Romanorum ſexto. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in quibus nunc erubeſcitis: Jdeo dicit Ezechielis octauo. Fili hominis fode parietē et videbis abhominatiōes peſſimas quas iſti faciunt. Secundum eſt elemoſynarum largitio et iſta eſt irrigatio. Elemoſyna eſt ab ely quod eſt deus. et moys quod eſt aqua/quaſi aqua dei. Jſta elemoſyna peccatorem diſponit ad gratiam. Tum quia interceſſores ſibi acquirit. Juxta illud Luce xvi. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis. Tū quia peccata extinguit. Eccl. iij. Jgnem ardentē extinguit aqua/ ⁊ elemoſyna reſiſtit peccatis. Tum quia diabolum vincit. Unde dicit gloſa ſuper illud Pſ. Miſericordia mea et refugium meum. Nulla re ſic vincitur diabolꝰ ſicut de miſericordia. Tertium eſt mortis recordatio: et iſta eſt ſtercoris ſiue fimi appoſitio. Jn morte enim homo ſtercus efficitur ⁊ putredo. primi Macha. ij. Et a vbis viri peccatoris ne timueritis: q̄ gl'ia eiꝰ ſtercus et vermis eſt. J Jpſa enim mortis memoria a peccato ſeruat. Eccl. vij. Memorare nouiſſima tua ⁊ in eternum non peccabis. Jn bono opere ſollicitat. Gregorius. Ualde enim ſe ſollicitat in bono opere/qui ſemper cogitat de fine: et gratiam dei cōſeruat. Sicut enim cinis cōſeruat ignem/ſic memoria mortis cōſeruat gratiā ſpiritualem. Jdeo dicit Eccl. x. Quid ſuperbis terra et cinis. Talem cinerem ſe recognoſcebat abraham/ dicens. Geneſis. xviij. Loquar ad dominum meum cum ſim puluis et cinis. Tertia planta que plantata eſt in terra infernali/ſicut ſunt illi qui ſunt in peccato mortali/attrahit corruptum humorem/ ideo facit aliquando mortiferos fructus: id eſt peccata mortalia. Jſta planta eſt ſimilis illis plantis que naſcuntur in loco vbi ſodoma ſubuerſa fuit et gomorra: que faciunt poma exterius pulchra intꝰ autem fetida. vt dicit albus/dicitur Jude. ij. Arbores autumnales infructuoſe bis mortue. Sicut et arbores bis moriunt. i. in folijs ⁊ fructibꝰ: ſic iſti habent vba venenata ⁊ opera mortifera. Aliquando vero ſi iſta planta faciat fructus/id eſt opera de genere bono

ſū ſtinutiles ſunt quātū ad meritū vite
eterne. Dicit enim Ariſto. q̄ arbores ſilue
ſtres aliq̄n plus fructificant q̄ hortēſes.
ſed fructus hortēſes ſunt meliores. Sepe
enim contingit q̄d illi qui ſunt in peccato
mortali multas elemoſynas et ieiunia fa
ciunt. Sed tñ vna elemoſyna cum gratia
facta cum ſit fructus hortēſis plante plus
valet q̄ multe facte in mortali cū ſint fru
ctus plante ſilueſtris. Aliquando vero ni
mia vetuſtate in peccatis iſta plāta ſic ari
da facta eſt q̄d nullum bonū deſideriū vel
propoſitum habere poteſt. In quorū per
ſona dicit propheta. Aruit tanq̄ teſta vir
tus mea. Sicut enim teſta ab igne exicata
facta eſt arida ſic tales igne concupiſcen
tie exicati ad humorem bone cognitionis
facti ſunt aridi p̄ nimia vetuſtate peccati.
Dicit enim Ariſtoteles q̄d cū amigdalus
eſt vetus/debet perforari τ tunc humor in
medulla depurabitur τ fertilis efficitur.
Eodē modo q̄n quis eſt vetuſtus in pecca
to faciat tria foramina in corde ſuo. ſcilꝫ
cat dolorem contritionis, pudorem cōfeſ
ſionis et laborē ſatiſfactionis. Et tūc iſta plā
ta renouabitur τ bonum fructum faciet.

¶ Feria quinta tertie hebdoma. xl.
Sermo. i.

Surgens le
ſus de ſynagoga in
trauit i domū ſimo
nis. Socrus autē ſi
monis tenebat ma
gnis febribus. Lu.
iiij. A ¶ In p̄ſenti
euangelio oſtēditur
q̄d xp̄s tria magna
opera fecit. ſcꝫ. Opus magne potētie. Opus
magne miſericordie. Opus magne ſapiē
tie. Opus magne potentie oſtenditur in ſo
crus ſimonis curatione. Cū enim magnis
febribus teneretur, xp̄us febribus impera
uit. τ illa continuo ſanata ſurrexit. Oſten
ditur etiam opus magne potentie in hoc
quod cum ſol occubuiſſet multos ſana
uit. Inter quos fuit multitudo magna in
firmorum. Unde dicitur. Uariis languori
bus. Fuit facultas cure. Unde dr̄ q̄d ſingu
lis manus imponens curabat eos. Secūdo
ponitur opus mīe. τ hoc in demonū expul
ſione. magna enim pietas xp̄i erat q̄n de
mones ab obſeſſis corporibus expellebat.
magna enim xp̄i mīa erat in hoc q̄d demo
nes ꝗ ſuſpicabātur eū eſſe xp̄m loq̄ non p̄
mittebat. et hoc ideo xp̄s faciebat ne ho
mines audiētes demonē predicare modo
veritatē in principio acquieſcerant ſibi p̄di
cāti falſitatē. Unde dicit Glo. ideo p̄ro
hibet loqui ne dum aliquis audit demonē
vera predicātē, poſtea ſequatur errantem.
Improbus enim magiſter veris falſa per
miſcet vt ſub ſpecie veritatis teſtimonii
veritatis obtegat. Tertio ponit̄ opus ma
gne ſapiētie. τ hoc in ſapienti p̄dicatione.
Unde cum turbe eū vellēt detinere vt inter
eos miracula faceret dixit ſe non eſſe miſ
ſum tantum ad curationē corporū que ſit
in miraculorū operatione. ſed maxime ad
curationē aīarū que ſit in verbi dei predi
catione. τ ideo erat predicans in ſynago
gis galilee. B
¶ Circa primū opus. ſcꝫ potentie per quā
curauit ſocrū ſimonis tria ſunt videnda ſcꝫ
infirmitatis genus. curandi modus. τ cu
rationis effectus. Genus ſiue ſpecies infir
mitatis erat magna febris per q̄ mortale
peccatū ſignificatur. Inter cetera autē ī cō
moda que patitur febricitans eſt: q2 hꝫ pa
latum inordinatū. propter q̄d dulcia ſibi
videtur amara et inſipida et econuerſo. C
¶ Eodem modo ſic habet inordinatum
pectōr palatū aſcꝫ q̄d oia ſpūalia ſibi vide
tur amara τ inſipida. Et hoc oſtēdit Chry.
ſuper Mat. per tria exēpla. Primū eſt q̄ ſi
leoni oſtendatur pratum virens non exci
tatur eius appetitus: q2 de natura ſua non
eſt comedere herbas virentes ſed carnes.
Secūdū exēplū eſt q̄d ſi pluuia cadit ſup la
pidē lapis quidē foris habuit. intus autē
ſiccus manet. Tertiū exēplū eſt: q2 ſi in ali
quo vaſe pleno aceto gutta mellis infun
dit. τ mel. pditur τ acetū non dulcorat.
¶ Primū exēplū ptinet ad luxurioſos q̄
bus ſi oſtēdātur herbe virētes. i. ſi predicā
tur eis celeſtes amenitates nō excitantur
eoꝝ volūtates ad eas deſiderādū: q2 non
eſt de natura ſua deſiderare celeſtes ame
nitates ſed carnales voluptates. Quia ſi
cut dr̄. i. Corī. ij. Aīalis hō nō percipit q̄
ſunt ſpūs dei. Eccl. xxi. Audiet luxurioſus
ſcꝫ verbū caſtitatis τ diſplicebit ei: τ proij
ciet illud poſt dorſum ſuū. Secūdū exēplū p
tinet ad ſuꝑbos q̄ habent cor lapideū: ita
q̄d ſi deus dat pluuiā gr̄e ſue. vel inſpira
tionis interne infūderit eis. cor eorū exte
rius poteſt tangere: ſed interius nichil po
teſt intrare. et ideo remanent. aridi et ſicci
ab oi humore gratie. Dicit Job. xli. Cor
eius indurabit̄ quaſi lapis. Magna enim
miſericordia dei eſt quando tale cor durū
mollificat vt gratia dei intrare valeat. Eze
chie xxxvi. Auferam cor lapideum de car
ne veſtra τ dabo vobis cor carneū. τ ſpiri
tū meum ponam in medio veſtri. Tertium
exemplum pertinet ad auaros qui habent
cor acetoſum multis amaritudinibus re
pletū. Habent enim amaritudines laboris
in acquirendo timoris in cuſtodiendo: et



doloris in amittendo. Et ideo diuitie vo
cātur ſpine. vt habetur Luce. viij. eo q̄d
cor taliter pungūt. Si igitur mel idest ver
bū celeſte vel inſpiratio diuina in talia cor
da mittitur. τ verbū pditur τ cor eorū nō
mutat̄. Et ideo faciendū eſt q̄d dicit Aug.
Diſce nō diligere mundū vt diligas deū:
diffunde vt impleris: auerte vt cōuerta
ris. Secūdo notat̄ mod⁹ curandi cū dr̄. Et ro
gauerunt eū pro illa. et ſtās ſup illā impera
uit febri τ dimiſit illā. Ex quo habetur q̄d
bōn ad preces diſcipulorum eam ſanauit.
Per q̄d dat̄ intelligi q̄d aliq̄n deus ad pre
ces virorum ſanctorū alicui peccatori ſa
lutem anime concedit. D
¶ Pctōr enim eſt immūdus. dei inimicus
τ claud⁹. Qz eñ eſt immūdus nō audet co
rā deo apparere. q2 de⁹ tales abhominatur
Ps. Virū ſanguinū τ do. ab homi. dñs. Qz
eſt dei inimicus nihil pōt a dō impetrare.
Joh. ix. Scim⁹ q2 pctōres deus nō audit.
Et ideo talibus de⁹ indignat̄ potius q̄ pla
cet. Eſa. lxvi. Cognoſcetur manus dñi ſer
uis eius: τ indignabit̄ inimicis ſuis. Gre.
Cū is qui diſplicet ad intercedendum mit
titur irati animus ad deteriora prouocatur.
Qz vero eſt claudus nō pōt ad deum acce
dere. Quāuis enim habeat pedē fidei, nō
tñ hꝫ pedē boni operis. De talibus dici
tur. iij. Reg. xviij. Uſquequo claudicatis in
duas partes &c. Ideo pctōr indiget auxi
lio ſanctorū virorū. q2 ipſi ſunt mundi. Ps.
Ambulās in via immaculata hic mihi mini
ſtrabat. Ipſi ſunt amici dei. Sapien. vij.
In aīas ſanctas ſe trāſfert. amicos dei τ p
phetas cōſtituit. Ipſi ſunt ſani τ recti. He
breo. xij. Rectos greſſus facite pedibus vt
nō claudicās quis erret: magis aūt ſane
tur. Tertio ponitur curationis effectus. cū
dr̄. Et cōtinuo ſurgens miniſtrabat illis.
Naturaliter vt dicit glo. homo febricitās
incipiente ſanitate cōſueuit laceſſere: ſed
iſta p̄rimus ſurrexit τ xp̄o miniſtrauit. Per
q̄d datur intelligi q̄d pctōr nō dꝫ diu ſtare
in pctō. ſed continuo ſurgere: alioquin de
peccato in peccatum cadit. E
¶ Et hoc accidit propter tres cauſas. Pri
ma eſt pp̄ter pctī pōderoſitatē. Pctīm enī
eſt valde onerosū. Ps. Iniquitates mee
ſupgreſſe ſunt caput meū: τ ſicut onus gra
ue grauate ſunt ſup me. Et ideo pctū q̄d p
penitentiā cito nō deliniturmox ſua pōde
roſitate ad aliud trahit. Secūda cauſa eſt
pp̄ter pctōris cecitatē. Et ponit exēm Chr.
de ſampſone: cui cū capilli in quibus erat
virtus ſua detruncati eſſent: philiſtei ipſum
ligauerunt. τ ſibi oculos eruerunt. τ ipſum
molere fecerunt. q2 quādo pctōr perdit ro
bur virtutū ſuarū. mox demones ipſum funi
bus peccatorū ligant oculos fidei ipſum
excecant. deuicis in vicium eum currere
procurant. Tertia cauſa eſt propter quādā
connexionē. Nam auaricia trahit ad rapi
nā τ furtum τ ad multa mendacia. Gula
trahit ad ebrietatem τ luxuriam. Super
bia trahit ad multas iurias inferendas. τ
ad multas ambitiones appetendas. vnde
dr̄ Eſa. xxiiij. Qui fugerit a facie formidi
nis cadet in foueā. τ qui ſe eruerit de fouea te
nebitur laqueo. Per formidinem intelligit̄
auaricia: q2 auarus ſemper eſt in timore.
Per foueam intelligitur luxuria Prouer.
xxiij. Fouea pfunda eſt meretrix. Per la
queum intelligitur ſuperbia/ que omnes
illaqueat. Sepe autē contingit q̄d q̄n auarus
dimittit auariciā τ dat ſe inertie cadit̄ i lu
xuriā. Et q̄n luxurioſus ſuperat oēm cōcu
piſcētiā cadit in inanē gloriā et ſupbiā. Circa
ſcdm op⁹. ſ. miſericordie quo xp̄s demones
fugauit. Notandū q̄d demones habent ma
gnā potentiam. Job. xli. Non eſt poteſtas
ſup terrā que cōparetur ei. Habēt magnam
aſtutiam. ij. Corī. xi. Timeo autē ne ſicut
ſerpens euam ſeduxit aſtutia ſua: ita corrū
pantur ſenſus veſtri et excidant a ſimpli
citate que eſt in xp̄o ieſu. habent magnam
ſeuiciā. i. Pe. v. Aduerſari⁹ veſter tāq̄ leo
rugiēs circuit: q̄rens quē deuoret. Magna er
go mīa dei eſt q̄n a nobis expellit aduerſa
riū tā potentē τ tā aſtutū τ tā ſeuientē. Ne
hilominus eñ eius potentiā vincimus re
ſiſtendo. Jac. iiij. Reſiſtite diabolo τ fugiet
a nobis. Eius aſtuciam vincimus. dum ad
deum per orationem reuertimur. ij. Para
li. xx. Cum ignoramus quid agere debea
mus hoc ſolum refugium habemus vt
oculos noſtros dirigamus ad te. Eius ſeui
ciam frangimus noſipſos macerādo q2 q̄n
noſipſos maceramus hoſtem proſternī
mus. i. Corint. ix. Omnis enim qui in ago
ne contendit ab omnibus ſe abſtinet: ego
non ſic curro quaſi in incertum. F
¶ Circa opus ſapientie. i. predicationē eſt
notandū. q̄d xp̄us ibat ſapiēter p̄dicando.
Ibat eñ predicando ſine expenſis vſq̄ ad
eſuriē. Math. xxi. Cum exiret in bethaniā
eſuriuit. Ibat ſine equis vſq̄ ad laſſitudi
nē. Johan. iiij. Jeſus fatigatus ex itinere.
Ibat ſine clientibus vſq̄ ad captionem.
Unde dixit pilato. Si ex hoc mundo eſſet
regnum meum miniſtri mei vtiq̄ decerta
rent vt non traderer iudeis. Predicator q̄
aliter iret in ſapienter iret. Si videlicet
iret aut cōſtipatus equis aut diuitiis ſuffar
cinatus aut ſeruitoribus aut domicellis
vallatus.

¶ Eadem quinta feria tertie hebdo. xl. ſer
mo ſecundus.

Universidad de Deusto Biblioteca



ritualis magnā differentiā cū dixit. ois qui bibit ex aqua hac ſitiet iterum. Aqua enim materialis ad tēpus poteſt auferre ſitim, aqua vero ſpiritualis ſemꝑ aufert. ad hoc reſpondit mulier. dñe da mihi aquā hanc. q. d. magna pena eſt michi ſitire, magna fatigatio eſt huc venire magnꝰ labor eſt haurire ergo da michi aquam hanc que penā ſitis auferat/fatigationem itineris tollat. Laborem hauriendi amoueat. Quarta collocutio eſt quam chriſtus dixit ei voca virum ſuum vocaret. id eſt illum quem loco viri tenebat. Ad hoc reſpondit mulier ꝙ nō habebat virum ſcilicet legitimo matrimonio ſibi cōiunctum. Quinta collocutio eſt qua chriſtus dixit totam vitam ſuam preteritā cum ait. Bene dixiſti. id eſt verum dixiſti. quia non habeo virum. quinqꝫ enim viros habuiſti. Ad hoc mulier reſpondit ꝙ credebat ipſum prophetam eſſe. Poſtꝗ totā vitam ſuam ei dixerat. Poſt hec autem mutatur ordo loquendi. Huc uſqꝫ enim chriſtus queſiuit: et mulier reſpondit. Modo autem mulier querit ⁊ chriſtus reſpondet Querit eñ ex quo ipſe eſt propheta vt ſoluat cōtrouerſiam que eſt inter iudeos ⁊ ſamaritanos. Iudei enim dicebāt ꝙ nō licet alicubi adorare niſi in templo dei. Samaritani autem dicebant ꝙ poterant adorare in monte ſamarie: quia patres ſui: ſcilicet iacob ⁊ filij eius ibi adorauerant. Et vocabāt ſamaritani iacob patrem ſuum. ſiue quia ipſi legem tenebant moyſi. ſiue quia iacob et filij eius ibi habitauerant. ſiue ꝙ ille mons ex hereditate iacob ad eos peruenerat. Ad hoc chriſtus reſpondit ꝙ in orando deus non requirit locum corporalem: ſed ſpiritualem, id eſt cor mundum ⁊ deuotum. Iſta reſponſio non placuit mulieri quia volebat ꝙ diceret ꝙ in mōte illo poterant adorare: ⁊ ideo dixit ꝙ queſtionem illam determinandam reſeruabat meſſie: id eſt chriſto qui chriſtus cum venerit de hoc veritatem eis annunciabit. Ad hoc chriſtus reſpondit quod ipſe erat ille meſſias. Quo audito ꝙ ille erat pre gaudio ydriam dimiſit. ⁊ in ciuitatem currens nunciauit omnia. Et tunc chriſtus ad preces ſamaritanorum ciuitatem intrauit: et oēs ad fidem cōuertit B ¶ Sicut patet ex predictis xp̄s hanc mulierem et nos ad tria inducebat. Primo ad contemnendum amorem mūdi cū dixit. Omnis qui biberit ex aqua hac ſitiet iterum. Amor eñ mūdanorū. ſ. diuitiarū ⁊ deliciarum. ⁊ honorum ſitim non extinguit ſed auget. De quibus dr̄ Prouerb. xxx. Sanguiſuge due ſunt filie q̄ ſemper dicūt affer affer. Sāguiſuga mater eſt ſuperbia que eſt cauſa omnium malorum. Eccli. x. Initiū oīs pctī ſuperbia. Habet autem duas filias ſcꝫ cupiditatē ⁊ voluptatem. Quia ſuperbus non tantum honorem ambit ſed etiam aliorum bona rapit et voluptuoſe viuit. Iſta autem ſitis ꝙ ſit vana oſtendit in morte alexandri. qui cum eſſet totius mūdi dominus diuitijs plenꝰ libidinoſus, et eius in vaſe aureo fuiſſent repoſita philoſophi cōuenerūt. Unus igitur volens oſtēdere dominum ſuum fuiſſe vanū ait. Heri illi nō ſufficiebat totus mūdus. hodie parua ſepultura eſt contentus. Alius volēs oſtēdere eſſe vanum aurum ⁊ argentum congregatum ait. Heri iſte faciebat theſaurum de auro: hodie aurum theſaurum facit de ipſo. Alius volens oſtendere vanum eſſe corpus delicijs nutrire dixit. Heri iſte nutriebat corpus ſuum diuerſis delicijs: hodie vero comedit a vermibus infinitis. C ¶ Secūdo xp̄s inducebat illam mulierē ⁊ nos cum ipſa: ad deſiderandum amorem dei cum ait. Qui autē biberit ex aqua quam ego do: nō ſitiet ineternum. Augu. Qui biberit de paradiſo ſi vnā cuius gutta maior eſt oceano: reſtat vt in eo ſitis penitus extincta ſit. Huius ſi vnā paradiſi vnam guttam perceperat paulus. et ſtatim extinxit in eo omnem ſuperbiam ita ꝙ ferocem lupum mutauit in agnum manſuetum. Perceperat Matheus. ⁊ mox extinxit in eo omnem auariciam. ita ꝙ raptorem conuertit in contemptorem. Nam qui prius rapiebat aliena, poſtmodum contempſit propria/perceperat magdalena. et mox extinxit in ipſa omnem luxuriam. ita ꝙ corniculam nigerrimam conuertit in columbam candidam. Tertio inducebat eam et nos in ipſa ad ſui cognitionem. Gradatim autē iſta mulier ſurrexit ad chriſti cognitionem. Nam primo dixit eū eſſe virum veri dei cultorem. In hoc ꝙ dixit eū iudeū eſſe: et hoc fuit magnum Deinde ipſum dixit eſſe prophetam: ⁊ hoc fuit maius. Tandem ⁊ dixit et credidit ipſum eſſe xp̄m. et hoc fuit maximum. Per quod datur intelligi ꝙ debemus incipere a minimo: ⁊ paulatim aſcendere ad maiora. Iſte gradus ſignificat Marc. iiij. vbi dr̄. Ultro eñ terra fructificat herbam primum. deinde ſpicā. deinde plenum fructum in ſpica. Hoc eſt ſecundum Glo. timorem penitentiam et charitatem. Illi qui generant herbam. i. timorem ſunt incipientes qui debent incipere a timore. Sic enim herba eſt principium ſpice: ſic timor dei eſt principium noue vite. Prouer. i. Timor dei principium ſapientie. Illi qui generant ſpicam. i. penitētiam durā ſunt proficientes. qui ſicut fuerant delectati in peccatis ſic debent ſe affligere in penitētia ⁊ lamentis, Iob. xlij. Ipſe me reprehendo et ago penitentiam in fauilla et



et cinere, Illi qui producunt plenum fructum in ſpica, id eſt charitatem et bonorū operum plenitudinem ſunt perfecti qui habent charitatem dei ⁊ proximi. Quia ſicut dicit Ro. xiij. Plenitudo legis eſt dilectio.

¶ Eadem ſexta feria tertie hebdo. xl. Sermo ſecundus.

Omnis q̄ biberit ex aqua hac ſitiet iterū. Ponit dominus hic tres differentias aquarū Una eſt que facit ſitim cū dicit. Omnis qui biberit aqua hac ſitiet iterum. Secunda eſt que ſitim extinguit cū dixit. Qui autem biberit ex hac aqua quam ego dabo ei non ſitiet ineternum. Tertia eſt que inuita eterna fluit: cum ſubdit. Sed aqua quam ego dabo fiet in eo fons aque ſalientis in vitam eternam Prima aqua ſignificat amorem mundi. ſcilicet amorem diuitiarum/deliciarum et honorū. Et ideo iſtam aquam que ſitim non extinguit ſed facit/nullus debet appetere cum ſit turbida et amara. Hiere. ij. Quid tibi in via egypti vt bibas aquam turbidam? Superbus enim habet cor turbidum pre continua indignatione et contentioſa emulatione. prouerb. xiij. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. Ps. Tange montes ⁊ fumigabunt. Auarus ſemper habet cor turbidum pre nimia ſuſpicia et ſollicitudine. Eccle. xiiij. In triſtitia erit ſuper menſam ſuam. Hiere. xlix. Turbati ſunt in mare pre ſollicitudine quieſcere non poterunt. Libidinoſus habet cor turbidum pre nimia concupiſcentia et feruore. Job. xxxi. Ignis eſt vſqꝫ ad conſummationem deuorans et omnia eradicans germina. D ¶ Non ſolum aūt iſta aqua eſt turbida per effectum ſed etiā in ſe ipſa. Aqua vero turbida non eſt apta ad bibendum: cum ſit amara nec ad ſpeculādum cū ſit turbulenta, nec ad lauandum cum ſit inmunda. Amor mundi eodem modo non eſt aptus ad bibendum quia eſt amarus. Facit enim amaritudinem in conſcientia. prouer. v. Nouiſſima illius amara quaſi abſinthium. Et tandem facit amaritudine in pena. Eſa. xxiiij. Amara erit potatio bibentibus illam. Similiter amor mundi non eſt aptus ad ſpeculandum: cum ſit turbulentus non enim poſſumus ibi ſpeculari deū per contemplationem, nec peccata noſtra per contritionem. Legitur in vitiſpatrum quod cum quidam frater cor plenum anxietatibus ⁊ tribulationibus haberet/et more ſolito deum contemplari non poſſet/quidam ſanctus pater ad quendam fontem duxit eum, ⁊ cum aquam cum quodā baculo perturbaſſet dixit vt reſpiceret ſi faciem ſuam videret: et cum non poſſet videre expectauit quouſqꝫ aqua clarificata fuit: et tūc vidit. Applicatio huius exēpli plana eſt/ſimiliter amor mundi non eſt aptus ad lauādū: cū ſit immūdus. Et quis ergo habet cor immundū ⁊ illud vult lauare cum amore mūdi/magis ſe inquinabit. Unde Ambro. in lib. de virginib⁹ pictagoram reprehendit dicēs. Pictagoras poſtꝗ cubitum ierat tibicinem iubebat molliora canere vt anxia curis ſecularib⁹ corda mulceret. Sed ille facit ſicut is qui laterem lauat: ſecularia ſecularibus fruſtra cupiebat abolere. Magis enim liniebat ſe luto ꝗ remedium a voluptate querebat. Aug. Quid quis enī es in mundo ad te venit qui fecit et mundum vt eripiat te de mūdo: ꝙ ſi fortaſſe aliqua delectatione te retinet mundus: ſemper vis eſſe immundus. Secūda aqua eſt que ſitim extinguit: et iſta eſt amor ſpiritusſancti qui extinguit amorem diuitiarum/deliciarum/⁊ honorum. Hac figuratum eſt Iudicū. xiiij. in ſampſone. De quo dicit ꝙ ſpiritus domini irruit in eum, ⁊ ſic leonē interfecit: et philiſteos expugnauit ⁊ vincula rupit. Per leonē intelligitur ſuperbia. Per philiſteos qui interpretantur cadentes intelligitur auaritia. Sicut enim dicitur Prouer. xi. Qui confidit in diuitijs ſuis corruet. Per vincula intelligitur carnalis concupiſcentia. E

¶ Quādo igitur amor ſpiritusſancti aduenit ſuperbiā expellit: auariciā occidit: cōcupiſcentiā extollit. Iſta aqua eſt cōtraria ſuperiori. Eſt enim dulcis ad bibendum. Eccli. xxiiij. Qui bibunt me adhuc ſitient. Eſt clara ad ſpeculandum. ij. Cor. iij. Nos autem reuelata facie gloriam dei ſpeculantes. Eſt munda ad lauādum. Ezechiel. xxxvi. Effundam ſuper vos aquam mundam/et mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Spiritus enim ſanctus quoddam diluuiū in corde hominis generat per quod omnia peccata lauat. In quo quidem diluuio ponit lachrymas pro aqua que habent peccata lauare. Ps. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. ⁊c. Ponit memoriam mortis p cinere: q̄ ſic habet animā a peccatis mundare. Eccli. vij. Memorare nouiſſima tua/et in eternum non peccabis. Ponit amorem celeſtem pro igne: qui ipſum lixiuium inflammet. Lixiuium enim frigidum non bene lauat: ſed calidū optime lauat. Quādo igitur lachryme noſtre et memoria mortis ab igne diuini amoris inflammantur: tunc omnia macula et rubigo peccati tollitur. Luce. vij. Dimiſſa ſunt ei pec

Universidad de Deusto
Biblioteca



ceſta multa, quoniam dilexit multum. Ubi dicit Gre. Inuenit plene peccati rubiginē quā ardet valide per amoris ignem. Qui igitur in tali lixiuio abluitur quantumcūq fuerit niger albus efficitur. ps. Lauabis me, et ſuper niuē dealbabor. Eſa. i. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur. Iſtud patet de quadam muliere de qua legitur in vitiſpatrum. Que cum per ciuitatem cum nimia ambitione procederet epūs quidam ſanctus eam videns ad terram corruit et amariſſime flere cepit. Et cum interrogaretur cur fleret. Reſpondit. Fleo quia iſta mulier plus ſollicita eſt placere mundo quam ego deo. Cum igitur epiſcopus domum rediſſet pro ea orans cū ſuo domino preces exaudiuit. Sequenti autem nocte viſum eſt ſibi quod quedam cornicula nigerrima ad eum veniret. Quam ille accipiens in aquam demerſit et ſtatim in columbam candidam conuerſa fuit. Sequenti igitur mane iſta mulier tota in lachrymis reſoluta ad pedes eius procidit. que prius fuerat peccando nigerrima: poſt modum in lachrymis baptiſata tota facta eſt candida. Iſtam autem aquam ſpiritus ſanctus nobis gratie dare promittit. Eſa. lv. Omnes ſitientes venite ad aquas, et qui non habetis argentum properate, emite et comedite. Si ergo aliquis iſtam aquam non habet culpa eſt ipſius non recipientis et non dei offerentis. Si enim offero tibi ciphum aque frigide et tu non vis os aperire. ſi porrigo tibi roſam et non vis eam accipere: ſi ſol ad feneſtram verberat et tu tenes eam clauſam: ſi pulſo ad hoſtium et non vis michi aperire: tua culpa eſt et non mea. Deus aquam ſue gratie nobis infundit et nos os cordis claudimus roſam gratie ſue nobis porrigit et nos accipere noluimus radium ſue gratie nobis mittit; et nos voluntatem noſtram reſerare contemnimus. Ad hoſtium noſtri cordis pulſat et nos ſibi aperire diſſimulamus. D

¶ Tertia aqua eſt q in vita eterna fluit q ad inſtar fluuij ibi dat q; ſati ibi habēt in maxima plenitudine abūdātia ſpiritusſancti. Apoc. xxij. Oſtēdit enim fluuiū aque viue. Aliter enim communicat aquam ſuam puteus aliter fons, aliter fluuius. Puteus enim habet aquam abſconditam et cum labore hauritur. fons vero habet aquam patentem et hauritur ſine labore tamen non diffundit ſe in magna plenitudine. Fluuius vero habet aquam patentem et de facili hauritur et in magna plenitudine ſe diffundit. Gratia igitur dei eſt ad inſtar putei peccatoribus quia eſt eis abſcondita cum nō ſint digni et oportet quod cum multo labore penitentie eam hauriant. eſt tamen ille labor modicus reſpectu gratie quam acquirunt. Eccleſiaſtici. li. Modicum laboraui et inueni multam requiem. bonis autem ad inſtar fontis quia facilius poſſunt haurire: ſed tamen in preſenti modicum poſſunt guſtare. ps. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. Beatis autem datur ad inſtar fluuij. quia in maxima abundantia habent amorem ſpiritusſancti. ps. Inebriabuntur ab vbertate domus tue.

¶ Sabbato iij. hebdomade. xl. Sermo. l.

Adducunt ad ieſum ſcribe et phariſei mulierem in adulterio deprehenſam, Joānis. viij. Illi ſcribe et phariſei ſepe voluerant ieſum capere in ſermone vt ipſum infamarent et contra eum populum prouocarent, ſicut patet in iſto euāgelio in quo quidem ponuntur tres differentie perſonarū ſcilicet phariſei, chriſtus, et mulier in adulterio deprehenſa. In phariſeis quidē duo fuerunt ſcilicet ſubdoloſa adulatio fallax interrogatio, ſubdoloſa adulatio fuit in hoc quod magiſtrū eum vocauerūt. Chriſ. magiſtrum eum vocauerunt vt quaſi honoratus ſui ſecretum cordis ſimpliciter eis aperiret hic eſt enim hypocritarum prima potentia ſimulata laudatio. Iſtā autem laudem magiſterij chriſtus recipiebat a diſcipulis. Joannis. xiij. Uos vocatis me magiſter et domine, et bene dicitis. ſum etenim. quia ſciebat quod eum ſic vocabant cauſa honorandi. ab iſtis tamen recipere noluit ſciens quod eum ſic appellabant cauſa temptandi. B

¶ Adulatores enim ſunt ſcorpiones et apes. Scorpio enim facie applaudit: ſed cauda pungit, apes mel portant in ore ſed pungūt a poſteriori parte. ſic tales in facie laudant in abſentia vituperāt. ſunt enim ſicut ſyrene que ſunt piſces marini qui habent faciem mulieris ſicut dicit gloſa. ſuper illud Eſaie. xiij. Syrene in delubris voluptatis que ita dulciter cātant quod nautas dormire faciunt et ſic naufragium patiuntur. ſed ſapientes naute aures claudunt, et ſic periculum euadunt et ſic etiam contra tales adulatores ſapientes debent claudere aures et non eos audire. Hiero. Non ad patriam feſtinantes mortiferos ſyrenarum cantus debemus aure ſurda tranſire. B

¶ Nullus enim in hoc mūdo debet velle laudari, reſpiciendo ad vitam ſuam preſentem, futuram, et preteritam. ſi enim reſpicit ad vitam preteritam inuenit ſe multa commiſiſſe de quibus debet erubeſcere. Roman. vi. Quem ergo fructum tunc habuiſtis in illis in quibus nūc erubeſcitis? Si reſpicit ad vitam preſentem inuenit ſe eſſe in loco exilij. de quo multum debet dolere. ps. Heu me quia incolatus meus prolongatus eſt. ecce exilium. habitaui cum habitantibus cedar multum. ecce periculum qui habitant cum hominibus tenebroſis. Si reſpicit ad vitam futuram inueniet ſuper ſe dei iudicia de quibus multum debet timere. ps. A iudicijs enim tuis timui. Nullus ergo in hac vita debet velle laudari, poſtquam habet cauſam tanti ruboris, doloris, et timoris, illi autem qui ſunt in patria ſecure poſſunt laudari cum nec de preterito habeant de quo debeant erubeſcere cum ſint in omnimoda ſanctitate, nec de preſenti vnde debeant dolere cum ſint in plena iocunditate: nec de futuro vnde debeant timere cum ſint in eterna iocunditate et ſecuritate. Secundo in phariſeis fuit fallax interrogatio cum dicitur. Magiſter hec mulier modo deprehenſa eſt in adulterio hoc autem dicebant vt eū poſſent accuſare. C

¶ In chriſto fuit veritas doctrine manſuetudo miſericordie. et rectitudo iuſticie iuxta illud ps. Propter veritatem et manſuetudinem. &c. Cogitauerant igitur phariſei et dixerunt intra ſe aut ipſe dicet quod iſta mulier debet lapidari aut quod non debet aut omnino tacebit. Si ipſe dixerit quod iſta mulier debet lapidari. tunc eum deridebimus quod non habet māſuetudinem miſericordie quā ipſe predicat propter quod etiam a populo adamatur: ſi dixerit quod non debeat lapidari: ſed dimitti tunc dicemus quod non habet rectitudinem iuſticie et accuſabimus eum quod hoſtis eſt legis et contrarius moyſi et deo actori legis. et ideo eſt potius cum adultera lapidandus. Si autem tacebit omnino tunc ſibi imponemus quod non habet veritatem doctrine ſed propter timorem humanum ipſam veritatem predicare formidat. ſed chriſtus ſic reſpondit quod de nullo illorum deprehendi potuit ſicut infra dicetur. D

¶ In ipſo autem fuerunt duo. Primo nature diſcretio in eo quod digito ſcribebat in terram. Per digitum intelligitur diſcretio. iudex ergo quando audit accuſantem nō debet ſententiam ſtatim dare ſed diſcutere. et ea que audit debet in corde ſcribere. i. diſcrete inquirere. et que agenda ſint videre. Unde dicit gloſa. Docet nos auditis alicuius malis non temere iudicare ſed digito diſcretionis prius poſitos diſcutere ſeu diſcurrere. Ad hoc autem quod iudex diſ



crete iudicet debet ſeruare illud quod dicitur Danielis. v. Numerauit. appēdit. et diuiſit. Debet enim culpas numeratim inquirere inquiſitas in ſtatera ſui iudicij ponderare: ponderatas iuſtitia punire. Non enim debet culpas equaliter punire ſed diuiſim quia leues debet punire leuiter mediocres mediocriter. et graues grauiter. Quod autē chriſtus in terra ſcriberet. Amb. dicit quod ſcribebat in terra. terra terram accuſat. Aug. dicit quod ſcribebat illud quod poſtea voce expreſſit. qui ſine peccato eſt veſtrum primus in eam lapidem mittat. &c. Gre. dicit quod ſcribebat eorum peccata que illi legebant et pre verecundia exierūt. Chry. dicit quod ſcribebat in terram. abſorbe hos viros abdicatos. i. aperte condemnatos. Phariſei enim et illa mulier erant in duobus ſimiles et in duobus diſſimiles. Similes erant in nature fragilitate: et quantum ad hoc conuenit prima ſcriptura. ſcilicet terra terram accuſat. Et in peccatorū multitudine. et quantum ad hoc conuenit ſecūda ſcriptura. ſ. qui ſine peccato eſt veſtrum primus in eam lapidem mittat. q. d. ſi iſta eſt peccatrix et vos ſimiliter eſtis peccatores. Diſſimiles autem erant quia peccata eorum coram deo erant ſcripta. Peccata autem iſtius mulieris per contritionem erant delata. et ideo conuenit alia ſcriptura qua peccata eorum et non iſtius ſcribebat. Illi etiam ſcripti erant in terra infernali. hec autem propter penitentiam iam ſcripta erat in terra celeſti: quantum ad hoc conuenit illa ſcriptura que ſcripſit terra abſorbe hos viros abdicatos. Nomina enim peccatorum ſcripta ſunt in terra infernali. Hiere. xvij. Recedentes a te in terram ſcribentur quia dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. E

¶ Nomina autem ſanctorum deus in quattuor locis ſcripſit. i. in palacio ſuo ſcripſit vt nunquam poſſint reprobari Luc. x. Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in celis. In libro ſuo vt nunquam poſſit falſificari. ps. In libro tuo omnes ſcribentur. In manibus ſuis vt nunquam poſſunt obliuioni tradi. Eſaie. xlix. In manibus meis ſcripſi te. &c. In corde ſuo vt nunquam poſſint non amari. ij. Corinthiorū. iij. Epiſtola eſtis chriſti ſcripta non atramento ſed ſpiritu dei viui. Secundo in chriſto fuit iuſta diffinitio cum ait. Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat. In hoc quod chriſtus ſeruauit rectitudinem ſue iuſticie. Unde dic. glo. ſi lex iubet puniri reos nō tamē ſeu per ſimiliter puniendos. Ecce plena iuſticia vt mala iuſtus puniat. Illi ergo vel eam dimittant vel cum ea penam ſubeant oportet.

Universidad de Deusto Biblioteca



Seruauit etiam manſuetudinem ſue miſe-
ricordie cū dixit. Nemo te condēnauit mu-
lier: nec ego te cōdēnabo. Seruauit etiam
veritatem doctrine: de qua dicit Math. ix.
Miſericordiā volo et non ſacrificium. F

¶ In muliere autē duo fuerūt. Primo tho-
ri maritalis violatio / ideo adultera nunc u-
patur: et ideo lapidanda erat. quare autem
debebat lapidari: ideo que fornicatur ma-
gis q̄ vir / tres cauſe ponuntur. Eccli. xxiij.
Primo quia cōtra legē dei fecit. Secundo
q2 fidē ſuā non ſeruauit. Tertio q2 viro ſuo
heredes extraneos acquiſiuit. Unde dr ibi-
dem. Sic mulier oīs relinquens virū ſuum
et ſtatuens hereditatē cū alieno matrimo-
nio. Primo etiā in lege altiſſimi incredibi-
lis fuit. Scdo virū ſuū dereliquit. Tertio
in adulterio fornicata eſt: et ex alieno viro fi-
lios ſibi ſtatuit. G

¶ Aug. autē in enchiridion aliter reſpon-
det et dicit q̄ mulier habet quatuor retra-
hentia a peccato fornicationis: et vir tātū
vnū. et ideo maiori pena eſt obnoxia q̄ ha-
bet plura retrahentia. Primū eſt diligens
cuſtodia viri. Uiri enim cuſtodiunt vxores
et non vxores viros. Eccli. xxv. Si nō am-
bulauerit mulier ad manum tuam confun-
det te in conſpectu inimicoꝝ tuoꝝ. Scdm
eſt verecundia et confuſio mundi q2 maior
eſt cōfuſio mulieri q̄ fornicatur q̄ viro ſi
fornicatus fuerit. Prouer. xij. Putredo in
oſſibus eius que cōfuſione res dignas ge-
rit. Tertiū eſt terror legū. lex eīn diuina et
humana iubet puniendam mulierē fornica-
riam et nō virū fornicariū. Unde dicit hic
in lege autē moyſi mādauit nobis hmōi la-
pidare. Quartū eſt timor dei qui debet eas
retrahere a pctō. Prouer. xv. per timorē do-
mini declinat oīs a malo. et illud ſolū ſicut
dicit Aug. viros retrahit: non enim tin.. nt
vxoris cuſtodiā / nec mundi verecundiam /
nec legū aliquā penam: timent autē dei of-
fenſā. Scdo in muliere fuit dei magna mi-
ſeratio q̄ nullā ſibi penitentiā iniunxit ſed
tm̄ ei dixit vade et amplꝰ noli peccare. H

¶ Uidit eīn ipſum habere cōtritionē tātā
que ad ſatisfactionē ſufficiebat. Aliter eīn
nō ſufficit q̄ deꝰ pctā dimittat, niſi ſatiſfa-
ciat. ſicut oſtendit Grego. in paſto. per tria
exempla. I

¶ Primū exemplū eſt q2 ſi quis literis vel
inſtrumētis falſum ſcripſerit: nō ſufficit q̄
vlterius nō ſcribat / niſi etiā q̄ malum ſcri-
ptum deleat: pctā autē noſtra corā deo ſcri-
pta ſunt. Hiere. xvij. Peccatū iuda ſcriptū
eſt ſtilo ferreo in vngue adamantino. Non
ſufficit ſufficit vt quis amplius non pec-
cet niſi quod male fecerit per cōtritionē et
lachrymas lauet: talis eīn ſcriptura nō po-
teſt melius lauari q̄ per aquā lachrymaꝝ.
Ps. Lauabo p ſingulas noctes lectū meū /
ꝛc. Scdm exemplū eſt q̄ ſi quis alicui blaſ-
phemias dixerit / nō ſufficit q̄ vlterius nō
dicat niſi de his que maledixit ſatiſfaciat.
Uñ igit̄ quis peccat tūc deū blaſphemat.
Rom. ij. Nomen dei per vos blaſphematur:
non ergo ſufficit vt ab hmōi peccator blaſ-
phemijs abſtineat / niſi de his q̄ fecerit co-
ram deo ſe reprehendat et penitentiā agat.
Job. xlij. Idcirco ipſe me reprehendo et ago
penitentiā in fauilla et cinere. Tertiū exem-
plum eſt q2 debitor non abſoluit a debitis
que cōtraxit p eo q̄ alia nō multiplicat ni-
ſi ea q̄ contraxerit perſoluat. Quādo autē
peccamus dei debitores ſumus: ab his er-
go pctōꝝ debitis abſoluti nō ſumus p eo
q̄ alia peccata non multiplicamus niſi de
his q̄ contraximus deo digne ſatiſfacia-
mus ab illis debitis quotidie abſolui peti-
mus cum in oratione dñica dicimus. Et di-
mitte nobis debita noſtra ſicut et nos di-
mittimus debitoribus noſtris.

¶ Eodē ſabbato tertie hebd. ei. Sermo. ſ.

IEſus autem inclinās ſe deorſum di-
gito ſcribebat in terra.
Inclinatio xpi ſignifi-
cat eiꝰ humilitatē qua
infantū ſe inclinauit q̄
in vterū virginis deſce-
dit. inclinādo autem ſe
in terram ſcripſit. Per terrā ſignificat vir-
go. Maria q̄ ſic fructifera fuit q̄ illum fru-
ctum protulit. de quo dr Eſa. xlv. Aperiat
terra et germinet ſaluatorem. In iſta terra
chriſtus ſcripſit q̄n matrē ſuā oībus donis
et virtutibus dotauit et adornauit. In ver-
bis igit̄ hmōi iſtis tria notant. Primo oſten-
ditur de filio q̄lis fuerit humilitatis. cū dr.
Jeſus autē incli. ſe deor. intelligit̄ de ſede
patris in mundū. Scdo oſtendit̄ de matre
quāte fuerit excellētie et dignitatis cū dr.
Digito ſcribebat. Tertio oſtēditur de ipſa
matre q̄lis fuerit conſtantie et firmitatis in
eo q̄ terra vocatur. K

¶ Circa eius inclinationē. Leius humilita-
tem qua in vterū virginis deſcēdit. Notan-
dum q̄ tūc xpūs magis inferius ſe inclina-
uit q̄ inclinare potuit. ideo ſignāter dicit.
inclinans ſe deorſum. Natura quidē diui-
na ſuper oīa eſt. infra autē diuinā angelica
infra angelicā natura humana: infra natu-
ram humanā eſt pena: infra penā eſt culpa
ſiue pctī: infra vero pctm̄ eſt nihil: q2 om-
nibus rebus infimū eſt. pctm̄ infimū locū te-
net. Inquātū igit̄ xpūs in vterū virginis ſe
inclinauit et naturā paſſibilē aſſumpſit. In-
clinauit infantū naturam diuinam q̄ infra



ſeipm̄ exinaniuit. Phil. ij. Qui cū in forma
dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe
equalē deo: ſed ſemetipſum exinaniuit for-
mam ſerui accipiēs. Inclinauit ſe infra na-
turam angelicam quia paulominus ab an-
gelis minoratus eſt. Ps. Minuiſti eū paulo
minꝰ ab angelis ꝛc. Inclinauit ſe infra na-
turā humanā q2 opprobriū hoīm factus.
Ps. Ego ſum vermis et nō hō: opprobrium
hoīm et abiectio plebis. Eſa. liij. Non eſt ei
ſpecies neq̄ decor et vidimus eū: et nō erat
aſpectus ei. Inclinauit ſe tandē vſq̄ ad pe-
nam q2 pter nos vulneratus eſt. Eſa. liij.
Uulneratus eſt pter iniq̄tates nr̄as: attri-
tus eſt pter ſcelera nr̄a. Uſq̄ ad culpā ſi-
ue pctm̄ ſe nō inclinauit: q2 deꝰ erat in quē
pctm̄ cadere nō poterat. Debuit etiā eſſe ſi-
ne pctō q̄ oīa venerat auferre pctā. B

¶ Scdo oſtendit̄ de matre quāte fuerit ex-
cellentie et dignitatis in eo q̄ ſcripta fuit.
tota eīn trinitas in ea ſcripſit: nā pater in
ea ſcripſit ſuā potētiā: filius ſuā ſapiētiā:
ſpūſſctūs ſuā bonitatē et miām / et ſic pater
fecit eā potentē / ad adiuuandū: filius fecit
eā ſapientē / ad aduocandū: ſpūſſctūs fecit
eā clementē ad miſerandū. Primo pr̄ fecit po-
tentē ad iuuādū. Eccl. xxiiij. In hieruſalē po-
teſtas mea. Eſt eīn tā potens effecta q̄ pōt
nos adiuuare in vita in morte / et poſt mor-
tē. Si eīn q̄s hēt amicū q̄ poſſet eū iuua-
re in vita eſſet bonus: ſi haberet aliū q̄ poſ-
ſet iuuare in morte eſſet melior: ſi vero ha-
beret aliū q̄ poſſet iuuare poſt mortē / ille
eſſet optimus. C

¶ Beata igit̄ vgo in iſto triplici ſtatu adiu-
uare nos pōt. vñ cantat eccl'ia. Maria ma-
ter grē / mater miſ'ie tu nos ab hoſte ptege / et ho-
ra mortis ſuſcipe. Primo q̄dē adiuuat i vi-
ta: ut pñt eīn in vita quidā ſunt iuſti et qui-
dam peccatores iuſtos adiuuat quia con-
ſeruat in eis dei grām: vñ dr mater gratie.
Peccatores adiuuat: q2 impetrat eis veni-
am miām: vñ ſubdit mater mie. Secundo
adiuuat in morte: q2 tunc a diabolo nos de-
fendit: diabolus eīn eſt tante audacie q̄ nō
tantū ad peccatores / ſed etiam ad viros ſan-
ctos qui moriuntur venit / volens ſcire ſi a-
liquod ius in eis habeat: ſicut venit ad mor-
tem ſancti Martini. ſed beata virgo quan-
do moriuntur aliqui ſui deuoti / ad eos ve-
nit: et a demonibꝰ eos pteſtit et defendit: vñ
dicitur. Tu nos ab hoſte ptege. Tertio ad-
iuuat etiā poſt mortē / q̄n eīn aliq̄ ſancti vi-
ri moriunt̄ / tūc angeli veniūt et aīas eoꝝ de-
ducūt in celū / ſed q̄n moriūtur aliq̄ deuoti
beate Marie vginis ipſa ad eos venit et eo-
rū aīas ſuſcipit et in celū deducit: vñ ſubdit.
et hora mortis ſuſcipe. Secundo filius eā
fecit ſapientem ad aduocandum: vñ ſignifi-
cata eſt per illam mulierem ſapientiſſimā.
de qua dr. ij. Regū. xiiij. Miſit ioab thecuā
et tulit inde mulierem ſapientem que p ab-
ſalone apud dauid aduocauit allegans ēīa
lem infirmitatem dicens. Oēs morimur / et
quaſi aque dilabimur ſuper terram que nō
reuertuntur. vbi beata vgo allegat / Primo
humane miſerie generalitatem: q2 oēs mo-
riuntur. Secundo continuitatem: q2 quaſi
aque dilabuntur. Tertio irreuocabilitatem
q2 non reuertunt̄: hō eī eſt ſpūs vadens et
non rediens: habet eīn iſta aduocata oīa
illa bona que i bono aduocato requirūtur,
bonus eīn aduocatus tria debet habere bo-
nam diligentiā vt ſit valde ſollicitus in p-
mouendo cām ſuam: quia ſi negligens eēt
cito ſuccumberet: ſed ſi eſſet ſollicitus et pa-
rum eſſet iuriſperitus non eſſet bonus ad-
uocatus: ideo opꝫ vt pꝛeter diligentiam ha-
beat etiam magnā ſapientiam: ſed ſi ſollici-
tus eſſet et peritus et regi ante quē aduoca-
ret et toti familie ſue eſſet odioſus non eſ-
ſet ydoneus aduocatus: et ideo oportet q̄
co rā rege et familia ſua habeat gratiā. D

¶ Ille igitur optimus eſt aduocatꝰ q̄ ha-
bet magnā diligentiā. magnā ſapiētiam. et
magnā gratiā. iſta tria hꝫ noſtra aduocata
ſicut dauid in ſpūſancto preuidens dixit.
Aſtitit regina a dextris tuis. ecce q̄ta dili-
gētia non enim ad horam receſſit. ſed a dex-
tris filij ſemper aſſiſtit et pro peccatoribus
intercedit. In veſtitu deaurato. ecce quāta
ſapiētia. Per aurum enim in ſacra ſcriptu-
ra diuina ſapientia ſignificatur. Alij enim
ſancti habuerunt aurum. id eſt ſapientiam
diuinam ſed nullus veſtitus fuit auro vt
virgo beata ideo dicitur in veſti. deau. Tūc
enim diuina ſapientia ipſam veſtiuit quan-
do nouem menſibus in vtero eius habita-
uit. hinc etiam colligendum eſt quanta ſa-
piētia cor eius reſplenduit quando diui-
na ſapientia nouem menſibus in eius vte-
ro habitauit. iſta eſt illa mulier de qua di-
citur Apoc. xij. Signum magnum appa-
ruit in celo. mulier amicta ſole. Tunc enim
amicta ſole fuit quando ſol iuſticie in ea
deſcendit. Circumamicta varietate ecce
quāta gratia coram rege et ſua familia. In-
tantum eīn enim toti celeſti curie gratioſa
quod omnes eam circumdant. nam in celo
quot ſunt ordines tot ſunt varietates. Iſte
varietates tanquam domicelle eam circū-
dant. et tanquam dñam et reginam eam ſem-
per aſſociant. vñ cantat eccleſia. ſicut dies
verni circumdabant eam flores roſarum. i.
omnes ſocietates martyrum. et lilia cōuall.
i. omnes ſocietates angelorum confeſſorū.
et virginum. Tertio ſpūſſanctus fecit eam
clementem ad miſerandum. Sunt eīn qui-
dam ſancti in celo qui q̄n rogantur ſequun-
tur informationem ſue conſcientie. et ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca



quoſque dei rogare nolunt qꝛ habent conſcien
tiam ꝙ illi nõ ſunt digni exaudiri. Alij ſun
t qui ſciunt ꝙ ſi rogatur ſequitur rectitudinẽ
diuine iuſtitie. Et ideo ſi rogant ⁊ ſciunt ꝙ
diuine iuſtitie hoc non competit rogare non
audent. Beata autẽ virgo nõ reſpicit ad cõ
ſcientiam nec ad iuſtitiã/ſed ad miam: ⁊ aciſ
dicat. teneant ſe ad ſuam conſcientiam: qui
volunt reſpiciant ad dei iuſtitiam/ego me
ſemper tenebo ad miſericordiam. E

¶ Propter iſtam miam tam excellentẽ ipſa
dicit de ſeipſa. Eccli. xxiiij. Quaſi oliua ſpe
cioſa in campis. Ex quo habet ꝙ ipſa ha
bet miam excedentẽ congruentẽ ⁊ patentẽ.
Excedentem quidẽ per hoc quod dicit/oli
ua. Sicut enim oleum omnibus liquoribus
eminet: ſic mia eius omnibus ſanctorum mi
ſericordijs preeminet et illas excellit. Un
de illud quod dicit Eccli. xviij. De dño po
teſt dici etiam de dña: miſeratio hominis
circa proximũ ſuum. Mia autẽ domini ſu
per omnẽ carnem. Habet etiam miam con
gruentẽ. ideo dicit. Specioſa. Tunc enim eſt
ſpecioſa quãdo in tẽpore neceſſitatis ⁊ tri
bulationis impenditur. iuxta illud Eccli.
xxxv. Specioſa miſericordia in tẽpore tri
bulationis. Iſtam miam congruentẽ in tẽ
pore tribulationis beata virgo impẽdit et
ſubuenit. Ideo vocat luna et lucet in nocte
qꝛ ipſa impendit lucẽ conſolationis in tri
bulatione. Habet etiam miam patentẽ. ideo
dicit Oliua in campis nõ in ortis. Ad oli
uas quidẽ ortorum nõ omnes poſſunt acce
dere: ad oliuas autẽ camporum oẽs poſſunt
ire. Quidam ſancti videntur eſſe oliue orti
celi: quia mias ſuas nobis clauſas tenent/
quia digni non ſumus. Beata autem virgo
eſt ſicut oliua in campis: quia eius miſeri
cordia eſt cõmunis. Unde dicit Bern. De
plenitudine eius capiunt vniuerſi: egri cu
rationem/triſtes conſolationẽ: peccatores
veniã: iuſti gratiã: angeli letitiã: filius ho
minis humane carnis ſubſtantiam: tota tri
nitas gloriam/ita vt non ſit qui ſe abſcon
dat a calore eius. Tertio fuit maria multe
ꝯſtantie ⁊ firmitatis: qđ oſtenditur in hoc
ꝙ terra vocatur. Eccl. i. Generatio preterit et
generatio aduenit: terra autem in eternum ſtat.
Nam in paſſione xpi generatio aploꝝ preterijt
qꝛ fidem amiſit: ſed in reſurrectione aduenit:
qꝛ tunc eam recuperauit. Sꝫ terra. i. btã
virgo cadere non potuit. F

¶ Ceciderũt quidem apli in paſſione xpi a
fide/a gratia/a ſocietate xpi/qꝛ ipſum ſolum re
liquerunt. Sed beata virgo a fide cadere nõ
potuit: qꝛ in altitudine ſapientie diuine erat
fundata. Ps. Fundamenta eius in montibus
ſanctis. Id ſignificat per ſtellam maris q̃ ce
teris ſtellis occidentibus illa non occidit:
ſic et beata virgo ceteris apoſtolis cadenti
bus/ipſa cadere non potuit. Secundo cade
re non potuit a gratia: qꝛ ſeptem columnis
id eſt ſeptẽ donis ſpũſſancti fuerat ſtabilita.
Prouerb. ix. Sapientia edificauit ſibi domũ
excidit columnas ſeptem. Tertio non potuit
cadere a ſocietate xpi/quia cruci eius fuit
ſemper coniuncta. Joannis. xix. Stabat iu
xta crucem ieſu mater eius. Et ſic firma fuit
ita ꝙ nec a fide/nec a gratia/nec a ſocieta
te chriſti cadere potuit. ideo ipſa dicit Ec
cleſiaſt. xxiiij. Ab initio et ante ſecula crea
ta ſum/et vſque ad futurum ſeculum ⁊c.

¶ Dominica quarta quadra
geſime. Sermo primus.

ABijt ieſus trans mare galilee
quod eſt tyberia
dis. Joannis. vi.
In preſenti euan
gelio fit mentio d
tribus generibus
perſonarum. ſ. de
chriſto/d diſcipu
lis ⁊ de turbis.

A ¶ In chriſto fuerunt tria: ſcilicet ma
gna clementia/magna potentia et magna
prouidentia. Clementia eius fuit in duob'.
Primo in hoc quod dicitur ꝙ oculos ſub
leuauit et turbam vidit. Beda ꝙ ſubleuaſſe
oculos ieſus ⁊ venientem ad ſe multitudi
nem vidiſſe perhibetur diuine pietatis indi
cium eſt: quia videlicet cunctis ad ſe ve
nire querentibus gratia mie celeſtis occur
rere conſueuit. B

¶ Notandum autem ꝙ duos deus oculos
habet: ſcilicet oculum ſapientie. Eccl. xiij.
Omnia videt oculus eius. Et oculum miſe
ricordie. Sapientie quarto. Gratia dei et
mia eius in ſctõs eius: ⁊ reſpectus in electos
illius. Iſtos duos oculos olim deus clauſos
tenebat. Et oculũ ſapie: qꝛ nulli viã eundi
ad patriã oſtendebat. Et oculũ mie. qꝛ nullũ
ſibi reconciliare volebat. Job. xxx. Sto et
non reſpicis me. ſ. oculo ſapientie mutatus
es mihi in crudelem: quia non vides me
oculo mie. Tandem aperuit deus oculũ ſa
pientie: qñ iudeorum ppło legem dedit. O
culum autem mie clauſum tenebat qꝛ nul
lum ad ſe recipiebat. modo autẽ oculos am
bos aperuit. Et oculum ſapientie: p quam
nobis viam oſtendit. Et oculum mie p quẽ
nos ad ſuam gloriam recipit ideo dicitur.
Cum ſubleuaſſet oculos ieſus. Secundo
eius clementia fuit in hoc ꝙ de his que fa
cturus erat tam familiariter cum ſuis di
ſcipulis conferebat. Unde dixit ad Philippũ.
Unde ememus pa. vt man. hi. ⁊c. Ipſe nam
qꝛ inter diſcipulos modo exhibebat ſe ſu
periorem dicens. Johã. xiij. Uos vocatis



me dñe magiſter. ⁊ bñ dicitis ⁊c. Modo in
feriorem. Luc. xxij. Ego autẽ i medio veſtrũ
ſum. ſicut qui miniſtrat. Modo equalem.
Joh. xv. Iam non dicam vos ſeruos. ſed
amicos. C

¶ In hoc datur exẽm prelatis. qđ inter ſuos
ſubditos aliqñ debẽt ſe oſtẽdere tanqꝫ ſuperio
res ⁊ hoc in officio correctionis. Thi. iiij.
Argue cũ oĩ imperio. Aliqñ tanqꝫ inferio
res: ⁊ hoc in humilitate reputationis. i. Theſ.
ij. Facti ſumus paruuli in medio veſtrum
⁊c. Aliqñ tanqꝫ equales: ⁊ hoc in amabili
conuerſatione. Eccli. xxxij. Rectorẽ te poſue
rũt noli extolli: ſꝫ eſto in illis quaſi vnus
ex illis. D

¶ In chriſto fuit magna potentia que oſtẽ
dit i duobus. Primo in hoc qđ quinqꝫ pa
nes ſic multiplicauit qđ. v. milia hoim ſa
ciauit. exceptis mulieribus ⁊ paruul'.
Sicut dr. Mat. xiiij. Et nihilominus. xij. co
phini ſuperfuerũt. hoc eſt fuit potẽtie infini
te. Multiplicabantur autẽ inter manus xpi
ipſi panes dum eos frangeret. Inter man'
diſcipulorũ dũ eos diſtribuerẽt et inter dẽ
tes edentiũ dũ eos ederẽt. Illud autẽ mira
culũ quotidie fit ⁊ tñ nemo miratur. Augu.
Maius miraculũ eſt gubernatio toti' mũ
di: qꝫ ſaturatio quinqꝫ milia hoim de quinqꝫ
panibus: et tamẽ hoc nemo miratur. Illud
mirantur homines non quia maius eſt. ſed
quia rarũ eſt. Ubi enim multiplicat de pau
cis granis ſegetes. inde multiplicauit in
manibus ſuis quinqꝫ panes. Poteſtas in xpi
manibus erat. Panes aũt illi quaſi ſemina
erant non quidem terre mãdata. ſed ab eo
qui terram fecit multiplicata. E

¶ Ideo notandũ qđ ſunt quedã miracula q̃
habẽt tñ vtilitatẽ: ſed nullã admirationẽ. qꝛ
ea vſu viluerũt. ſicut eſt mundũ guberna
re. ſegetes de terra pducere. hoies de muli
ere facere. ⁊ hmõi. Quedã ſunt que hñt
admirationẽ ſꝫ nullã vtilitatẽ: ſicut ſunt mi
racula magorũ ⁊ antixpi. ſicut eſt p aerem
volare. ſtatuas facere loqui ⁊ hmõi. Que
dã ſunt que habent admirationem et ali
quã tpalẽ vtilitatẽ. ſed nullã neceſſitatẽ. ſi
cut ſunt miracula malorũ xpianorũ q̃ di
cunt. Matthei. vij. Dñe dñe. nõne in noĩe
tuo prophetauimus. Nõ enim faciũt illa vt in
fideles cõuertant vel fideles in fide cõfir
ment. ſed vt ipſi reputent. Miracula autẽ
q̃ fecit xpo ⁊ alij ſancti habent admiratio
nẽ: qꝛ fiunt preter ordinẽ curſumqꝫ nature.
Et habẽt vtilitatẽ: qꝛ fiũt ppter cõſolatio
nẽ indigentiũ. ⁊ habent neceſſitatẽ: qꝛ fiunt
qñ iminet neceſſitas fidei vel aliquod pericu
lũ. Tale fuit miraculũ xpi. habuit enim ad
mirationẽ. Unde dr qđ illi homines cum vi
diſſent ꝙ fecerat ſignũ: dicebãt. Hic eſt ve
re propheta qui venturus eſt in mũdum. ha
buit vtilitatem. qꝛ quinqꝫ milia hominum
ſaturauit. Habuit neceſſitatem qꝛ cum illi
infideles eſſent ex multos ad fidem cõuer
tit'. Secũdo oſtendit potentiã ſuam in hoc
qđ panes aſperos id eſt ordeaceos: in pa
nes dulces et ſuaues conuertit. F

¶ Credendũ eſt enim qđ nunqꝫ fuerit pa
nes ⁊ piſces dulcioris ſaporis. Et rõ poteſt
eſſe. Quoniã aliquid fieri poteſt. aut per na
turam aut per artem. aut per miraculũ. Id
autẽ quod fit per naturã melius eſt in eodẽ
genere ⁊ in eadẽ ſpecie. qꝫ illud qđ fit per
artificium. Illud vero qđ fit per miraculũ
melius eſt qꝫ illud qđ fit per naturam vel
per artẽ. Uerbi gratia. Aurũ alchimicum
qđ fit per artificiũ hois videtur eſſe precio
ſum ſed aurũ naturaliter radijs ſolaribus
in terre viſceribus generatũ eſt precioſi'.
Si vero aliquis ſanctus miraculoſe aliquam
materiam in aurũ conuerteret: ſicut fecit
Johannes euangeliſta: illud aurũ eſſet pre
cioſiſſimũ. Cũ igitur iſti panes fuerunt mi
raculoſe multiplicati manifeſtũ eſt qđ fue
runt dulcioris ſaporis qꝫ aliqui alij panes.
qꝛ iſti panes parti fuerunt opus nature in
quãtũ grana naturaliter ſunt producta. Et
fuerunt opus artis: inquantũ grana fuerũt
contrita: ⁊ farina fermentata. ⁊ panes mo
do aliorum decocti. Fuerunt etiam opus
gratie: inquantum miraculoſe fuerũt mul
tiplicati. Tertio in chriſto fuit magna pro
uidentia: in eo quod precepit quod fragmẽ
ta ⁊ reliquias colligerent vt denuo paupe
ribus haberẽt. G

¶ Notandum tamen quod ſunt quedam re
liquie diſpergende: ſicut ſunt reliquie pecca
torum. i. mala cogitatio ⁊ delectatio que
remanent aliquãdo poſt peccatum. Eſa. xiiij.
Perdam babylonis nomen ⁊ reliquias ⁊
germẽ ⁊ progeniem. Nomina babylonica
ſunt verba laſciua. Germina ſunt mala opa.
Reliquie ſunt cogitationes male. Iſta oĩa ſunt
diſpergẽda. Alie ſunt reliquie colligende et con
ſeruande: ſicut ſunt reliquie bonarum co
gitationum pſalmus. Reliquie cogitatio
nis diem feſtum agent tibi. Reliquie cogi
tationum. i. ipſe cogitationes bone que re
linquuntur poſt opus bonum: deo faciunt
feſtum magnum. Uel reliquie cogitationũ
ſunt ſomnia ſanctorũ virorũ. que cauſant
ex cogitationibus precedentibus. et ille
reliquie faciunt deo magnum feſtum. Quia
ſicut dicit Grego. Somnia ſanctorum non
vacant a merito. Tertie reliquie ſunt que
ſunt eroganda. ſicut ſunt reliquie ciborum
que ſunt pauperibus eroganda. Sed tamen
de multis dicitur illud. Ps. Saturati ſunt
filijs. i. cum filijs ſuis. Et tamen reliquias
non dederunt. ſed dimiſerunt eas paruu
lis ſuis. H

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶ Scḋo fit mentio de diſcipulis. Inter quos fuerunt tres differentie. Quorū quidā erāt in fide adhuc tardi: ſicut Philippus qui reſpondit. Ducentorum denarioꝝ panes nō ſufficiunt eis. Aliī adhuc erant in fide imperfecti: ſicut Andreas qui dixit. Eſt vnus puer hic ⁊c. Alij erant deuoti ⁊ ſeduli: ſicut alij diſcipuli qui panes a chriſto receptos ſolicite diſtribuebāt. Non eſt ergo mirandum ſi in aliqua religione aliqui inueniuntur tardi ſicut ſunt incipientes. Aliqui nondum perfecti/ſicut ſunt pꝛoficientes. Aliqui deuoti/ſicut ſunt perfectionem apprehendentes. I

¶ Tertio fit mētio de turbis in quib⁹ tria fuerunt. Unū eſt humilis ſeſſio. Unde dicitur. Diſcubuerunt ergo viri ⁊c. Per ſeſſionem igit̄ corporis intelligit̄ quies mētis. Qui igitur vult a deo ſpūaliter paſci opoꝛtet ꝙ ſedeat/id eſt a curis ſupfluis ⁊ anxietatibus et perturbationibus conquieſcat. Hinc eſt ꝙ filij iſrael non potuerunt paſci māna celeſti ꝙdiu fuerūt i egypto: ⁊ ꝙdiu farinam ſecum tulerunt: ⁊ ꝙdiu nō tranſierunt mare egypti: qui ergo vult paſci manna celeſti exeat de egypto/id eſt de tenebroſitate pctī. abijciat farinā egypti/id eſt occaſiones pctī. trāſeat mare/id eſt turbationes ⁊ fluctuationes mūdi. Scḋo in turbis fuit plena refectio, quod notat̄ cū dicitur. Cum autē impleti eſſent ⁊c. et ſignat celeſtē refectionē in qua ſcīi plene ſatiant̄. K

¶ In inferno quidem eſt fames omnimoda et tanta ꝙ pꝛe nimia fame tantū pellis in eis remanebit. Thꝛeñ.iiij. Adheſit cutis eoꝛum oſſib⁹ aruit ⁊ facta eſt quaſi lignū: tanta ꝙ fames intra coſtas eoꝛum cōcluſa erit. Job.xviij. Inedia vaſtabit coſtas eorum: tanta ꝙ linguas pꝛ̄ias mādacabūt. Apoc.ſ. Cōmanducauerunt linguas ſuas: tanta ꝙ bꝛachia ſua deuoꝛabunt. Eſaie.ix. Unuſquiſ bꝛachia ſua voꝛabit. In celo erit ſatietas plena. Ps. Satiabor cum apparuerit gloꝛia tua: ſed mundo eſt ſatietas ſemiplena. Ps. Calix in manu domini vini meri: ecce ſatietas celi plenus mixto: ecce ſatietas mundi: veruntamen fex eius non eſt exinanita ⁊c. ecce miſeria et fames īferni. Tertio in turbis fuit deuota laudatio. cum dicitur. Illi ergo homines cum vidiſſent ſignū quod fecerat deus/dicebant. quia hic eſt vere ꝓpheta. ⁊c. L

¶ Quādo igitur comedimus pꝛius debet pꝛecedere benedictio. cum dicitur. Accepit ergo ieſus panem. ⁊c. et cum gratias egiſſet ⁊c. i. Thim.iiij. Omnis creatura dei bona eſt ⁊ nihil reijciendū quod cum gratiarum actione percipit̄: ſanctificat̄ enim per verbū dei et oꝛationē. Deinde debet cōmunicari lectio. Aug. Cum acceditis ad menſam donec inde ſurgatis quod vobis ſcḋm conſuetudinem legitur ſine tumultu ⁊ contentione audite. Ultimo debet ſubſeꝗ gratiarum actio. i. Coꝛ.x. Siue manducatis ſiue bibitis: vel aliquid aliud facitis omnia in gloꝛiam dei facite.

¶ Eadē dñica quarta.xl. Sermo.ii.

Accepit ergo ieſus panes et cū gratias egiſſet diſtribuit diſcumbētibus. Iſtud euangeliū bis in anno recitatur in eccleſia ſcilz vltima dñica ante aduentū: et hoc eſt propter finem euangeliū vbi dicitur. Hic eſt vere ꝓpheta ꝗ venturus eſt in mundū. Et in quarta dñica.xl. et hoc propter pꝛincipiū euangelij. vbi dicitur. Erat autem pꝛoximū paſcha dies feſtus iudeoꝛum. Uocatur autem iſta dñica dupliciter: ſcilz dñica de roſa/et dñica de panibus. Cauſa autē pꝛime appellationis eſt: quia in hac die ſummus pontifex per vrbē poꝛtat roſam auream muſco ⁊ balſamo intus plenā quā poſtmodum dat pꝛefecto vrbis. Quare autē iſta roſa poꝛtetur ratio triplex aſſignari poteſt. Una litteralis/alia ſpiritualis: et tertia moꝛalis. Ratio autē litteralis pꝛout dicit Innocentius in ſermone quodā. quia coꝛruptibile coꝛp⁹ noſtrū ex nimio labore et fatigatione deficeret/niſi ipſum ad recreationis remedium releuaret. Unde Ov. Interpone tuis interdū gaudia curis. nam qḋ caret alterna requie durabile nō eſt. Unde ⁊ ſanctus Antonius poſt longū laborem ſolitus erat ducere aliquam recreationē: et cum hoc cuidam ſagittario diſplicuiſſet: ⁊ docuit eum ſctūs Antonius per arcus nimiā extenſionē ꝙ opoꝛtet interdum laxare rigoꝛē. Eccleſia igitur populū ieiunijs fatigatū/triplici remedio nititur hodie releuare. Pꝛimo verbo letificante: oīa enim ꝗ ſunt in hodierna miſſa tā in introitu ꝗ̄ in epīa ꝗ̄ in toto officio ſunt gaudioſa: et ideo eos ꝗ in penitētia laborāt foꝛtificant: ꝗꝛ delectatio foꝛtificat operationem vt dr̄ in ethic. Scḋo cibo cōfoꝛtante: ſicut patet in euangelio. Iſtud eſt miraculū de quinꝗ panibus ſicut tunc refecit coꝛpoꝛaliter: ſic nos debet reficere ſpiritualit̄. Tertio quodā ſolatio recreante ſcz roſe deportatione, vñ dicit ibidē. In noc. Ne pꝛopter aſperitatē quadrageſimalis obſeruantie cōtinuo labore deficeret: in hac die dñica roſe ſolatium interponitur vt anxietas tēperata meli⁹ ſufferat̄. Scḋa ratio eſt ſpiritualis: per roſam eſt illam tam naturalem ꝗ̄ artificialem xp̄s ſignatur. A

¶ In illa eſt roſa artificiali tria ſunt ſcilz Aurū Muſcū et Balſamū. Similiter in xp̄o ſunt tres ſubſtantie ſcz caro que ſignat̄ per aurū quod coꝛrūpi nō pōt. Ps. Non dabis ſanctū tuū videre coꝛruptionē. Anima que plena fuit muſco. i. odoꝛe oīm vtutū ⁊ gratiarū. Cant.i. Trahe me poſt te/curremus in odoꝛē vnguentoꝛū tuoꝛū. Et diuinitas ꝗ ſignat̄ per balſamū. Eccli.xxiiij. Quaſi balſamū nō mixtū odoꝛ meus. Diuinitas eſt fuit carni vnita: ſed non admixta. Qui igit̄ vult laboꝛē penitentie ferre: debet hanc roſam in coꝛde ſuo poꝛtare. Signat̄ etiā xp̄s per roſam naturalē que pꝛe ceteris floꝛib⁹ magis delectat viſum ſuo coloꝛe: magis recreat olfactum ſuo odoꝛe: magis confoꝛtat guſtū ſuo ſapoꝛe. ſic etiā xp̄s eſt delectabilis ad intuendū. i. Petri.i. In quem deſiderant angeli pꝛoſpicere/eſt ſuauis ad odoꝛandum. Cant.i. Trahe me poſt te curremꝰ in odoꝛē vnguētoꝝ tuoꝝ. Et dulcis ad pꝛegnſtādū. ii. Petri.ij. Si tamē guſtaſtis ꝗ̄ dulcis eſt dñs. Non debet igitur fatigare ſideleꝫ labor penitentie/cōſiderando hanc roſam in qua recepturi ſunt tāte claritatis viſionem: tante ſuauitatis odoꝛē/et tante ſuauitatis refectionem. Tertia ratio eſt moꝛalis. Per roſam eſt ſignatur ꝙ per penitentiā ſpine vitioꝝ noſtroꝝ conuertuntur in roſas virtutum. Unde dicit Amb. in ſermone/ꝙ per abſtinentiā ſpine cōuertuntur in roſas virtutū. producit eſt inquit per ieiunium libido cōtinentiam/ſuperbia humilitatem/ebrietas ſobꝛietatem. Nec eſt intelligendum ꝙ vitia per ſe pꝛoducant virtutes cum cōtraria ſint: ſed ꝙ per ieiuniū fit qui pꝛius erat libidinoſus efficitur caſtus. qui pꝛius erat ſupbus efficit̄ humilis ⁊ māſuetus: qui pꝛius ebꝛioſus efficit̄ ſobꝛius. Eſa. lv. Pꝛo ſaliūca abies aſcendet/⁊ pꝛo vrtica creſcet myrtus: ſaliūca eſt herba ſpinoſa dicta a ſaliendo eo ꝙ ſe calcātes ſalire facit. Abies dicitur ab abeūdo/eo ꝙ pꝛe ceteris arboꝛib⁹ longe rat et in excelſum pꝛemineat. Per ſaliuncā igitur/intelligit̄ amoꝛ mundi ꝗ eſt ſpinoſus. iuxta illud. Mat. vij. Num quid colligunt de ſpinis vuas ⁊c. Huius cōſideratio facit hoīes reſilire ab eius amoꝛe. Naum.iij. Oīs ꝗ viderit te reſiliet a te. Per abietem intelligitur amoꝛ dei ꝗ facit animā aſcendere vſꝗ ad celū. Urtica facit pꝛuriginē: mirtus vero habet frigiditatē. Eſt ergo ſenſus ꝙ per penitentiā amoꝛ mūdi vertitur in amoꝛē dei: ⁊ pꝛurigo cōcupiſcentie carnalis vertitur in refrigeriū cōtinentie. Eſa.xxxv. In cubilib⁹ in quib⁹ pꝛius dracones habitabāt oꝛietur viroꝛ calami ⁊ iunci: ꝗ in coꝛdibus pctoꝝ in quibus habitant dracones qui demones dicunt̄ ꝑ penitentiā viciorum: oꝛitur per penitentiam viroꝛ virtutum. B

¶ Secūdo hec dñica vocatur de panibus ex eo ꝙ chriſtus quinꝗ millia hominū de quinꝗ panibus ſaturauit. Sicut autē tunc ſatiauit de quinꝗ panib⁹ coꝛpoꝛaliter: ſic quotidie reficit fideles de quinꝗ panibus ſpiritualiter. Pꝛimus eſt panis penitentialis: et iſte cōficitur de tribus farinis quarum vna eſt tota amara alia tota dulcis / tertia tota amara et dulcis. C

¶ Uerus enim penitēs dꝫ habere timoꝛē ⁊ ſpē. Timoꝛē ꝗdē dꝫ habere de cōſideratione pene eterne: et iſta eſt farina amara. Ezechielis.xij. Panem tuum in conturbatione comede. Multum enim penitens debet timere et conturbari quando conſiderat hoꝛribiles penas inferni. Job.xxi. Quando recoꝛdatus fuero cōcutit carnem meam tremoꝛ. Secundo penitens debet habere amoꝛem de cōſideratione celeſtis gloꝛie/⁊ iſta farina eſt tota dulcis. Nihil enim dulcius ꝗ̄ dei gloꝛiam mente conſpicere / et ipſam deſiderare. Ps. Quā magna multitudo dulcedinis tue domine. De illo pane dicitur Luce.xiiij. Beatus qui manducabit panem in regno dei. Tertio penitens dꝫ hr̄e ſpem de conſideratione peccatoꝛum et veniē: ⁊ iſta farina eſt dulcis et amara/quando conſiderat peccatoꝛū multitudinem. Eſaie.xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos in amaritudine anime mee. Dulcis vero quando habet ſpem de venia obtinenda. Pꝛouerbioꝛum.xiiij. Coꝛ quod nouit amaritudinem anime ſue: ecce quanta amaritudo pꝛo culpa. in gaudio eiꝰ nō miſcebitur extraneus/ ecce gaudium pꝛo penis. D

¶ Secundus panis eſt ſacramentalis quē in feſto paſche recepturi ſumus: et iſte panis formatus fuit in arca vteri virginalis de farina eterna / id eſt deitate ſempiterna: de farina āntiqua/id eſt de carne ab adā traducta: ⁊ de farina noua/id eſt de anima de nouo creata. Iſte panis ſic foꝛmatus triplici igne fuit coctus ſcilicet igne amoꝛis de quo igne dicitur Luce.xij. Ignem veni mittere in terram. E

¶ Iſto igne amoꝛis fuit inflammat⁹: quia pꝛopter amoꝛem noſtrum fuit paſſus. Johānis decimotertio. Maioꝛem hac dilectionem nemo habet / vt animam ſuam ponat quis pꝛo amicis ſuis. Igne doloꝛis. Threnoꝛum pꝛimo. O vos omnes qui tranſitis per viam attendite et videte ſi eſt doloꝛ ſimilis ſicut doloꝛ meus. Igne paſſionis. Ps. Igne me examinaſti. ⁊c. Item idem. Oſſa mea ſicut cremium aruerunt. F

¶ Iſte panis ſic foꝛmatus et ſic decoctus in quinꝗ partibus vulnerum fuit inciſus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Primum vulnus/ vt patrem reconciliaret. Secundum/ vt celeſtem ianuã aperiret. Tertium/ vt ruinam angelicã repararet. Quartum/ vt ſanctos de lymbo educeret. Quintũ/ vt demones ſubiugaret. Tertius panis eſt materialis/ quem quotidie petimus in oratione dicentes. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Iſtum panẽ pauperibus debem⁹ communicare/ ſi volumus ꝙ ieiunia noſtra deo ſint accepta ⁊ grata. Unde poſt ꝗ̃ dicit dominus Eſa.lviij. Nonne hoc eſt ieiunium quod elegi. Et ſubdit. Frange eſurienti panem tuum ⁊c. Dicit eñ Petr⁹ rauen. ꝙ eleemoſyna conuenit ieiunio ſicut oleum lucerne: ſicut ſol diei: et ſicut anima corpori. B

¶ Sicut enim lucerna extinguitur cũ olei deficit: ſic ieiunij meritum perditur cũ eleemoſyna ſubtrahitur. Gregorius. Talia ſunt ſine charitate ieiunia/ qualis eſt ſine oleo lucerna. Fumigare quidem et fetere poteſt/ lucere nõ poteſt. Eſt etiam ſicut ſol diei: ſicut enim ſol nubes expellit / et glaciem ſoluit: ſic eleemoſyna peccatũ extinguit. Eccl.iij. Eleemoſyna patris non erit in obliuionem. Et ſicut in ſereno glacies diſſoluitur: ſic in eleemoſyna peccata tua ſoluuntur. Eſt etiã eleemoſyna iuncta ieiunio ſicut anima corpori. Sicut eñ anima corpus viuificat: ſic eleemoſyna ieiuniũ gratificat. Et ſicut corpus moritur qñ anima recedit / ſic ieiunij meritum perditur cum eleemoſyna deficit. Quartus panis eſt infernalis: qui conficit ex peccatis. Prouerb.iiij. Comedunt panẽ impietatis/ et vinum iniquitatis bibunt. Nihil enim prodeſt a cibo abſtinere ⁊ pane materiali/ niſi abſtineat ab iſto pane peccati. Unde dicitur Eſa.lviij. Nonne hoc eſt ieiunium quod elegi: diſſolue colligationes impietatis/ ſolue faſciculos deprimentes. Quidam habent impietates colligatas: quia ex mala cogitatione cadunt in delectationẽ et de delectatione in conſenſum/ ⁊ de cõſenſu in opus: et de opere in conſuetudinem: ⁊ de conſuetudine in neceſſitatem peccandi. Habent etiam faſciculos peccatorum deprimentes / qui cum deberent de illo faſciculo diminuere/ ſemper volunt peccata peccatis addere: ſicut legitur in vitiſpatrum ꝙ ſanctus Anſelmus oſtendente ſibi angelo/ vidit tres viros. Unus in nemore faciebat faſcem lignorum/ ⁊ ſemper ligna addebat/ donec ferre non poſſet. Alius infundebat aquam in ciſternam perforatam: que tota effluebat. Alius quandam trabem non ſñ longum/ ſed tranſuerſum in quandam eccleſiã ducere volebat. Et expoſuit angelus ſibi/ ꝙ primi ſunt qui peccata peccatis addunt/ cũ deberent minuere. Eccleſiaſt.xvij. Precare coram domino: et minuere offendicula.

Secundi ſunt qui habent cor ſuum per diuerſa crimina perforatum/ ita ꝙ ſi aliqua opera de genere bonorum faciunt omnia perdunt. Aggei primo. Qui merces congregauit: miſit eas in ſaccum pertuſum. Tertij ſunt ſuperbi/ qui nolunt ire recti ſed tranſuerſi/ nolũt ſe inclinare ſed eleuare: et ideo cum porta ſit anguſta/ in domum celeſtem intrare nõ poſſunt. Matthei ſeptimo. Quã anguſta porta/ et arcta via que ducit ad vitam. D

¶ Quintus panis eſt celeſtis: quem ſancti manducabunt in menſa chriſti. Luce.xxij. Et ego diſpono vobis regnum: ſicut diſpoſuit mihi pater meus ⁊c. Sequitur ſup mẽſam meã. Ex quibus verbis habetur ꝙ iſtud conuiuium habebit miniſtrantis nobilitatem cum dicit. Ego nõ aliquis angelus/ nõ petrus apoſtolus/ non aliquis alius ſctus/ ſed ipſe chriſtus. Eiuſdẽ duodecimo. Amẽ dico vobis ꝙ precinget ſe / et faciet homines diſcumbere: et tranſiens miniſtrabit illis. Habebit conuiuiũ ordinabilitatem/ cum dicit. Diſpono: id eſt in diuerſis menſis diſpono. Nam in vna menſa erunt patriarche in alia prophete: in alia apoſtoli/ ⁊ alia martyres: in alia confeſſores: in alia virgines. Beata autem virgo habebat vnam mẽſam per ſe a dextris filij collocatam. Joan.xiiij. In domo patris mei manſiones multe ſunt. Habebunt plenam ſatietatem: ideo dicit: vt edatis et bibatis ⁊c. Canticorum.v. Comedite amici/ bibite ⁊ inebriamini chariſſimi. Habebunt menſe nobilitatem: quia ſedebũt in eadem menſa cum deo. Ideo dicit ſuper menſam meam. Ps. Filij tui ſicut nouelle oliuarum. Habebunt loci amenitatem: ⁊ ideo dicit. In regno meo. Numeri.xxiiij. Quam pulchra tabernacula tua Jacob/ et tentoria tua Iſrael: vt valles nemoroſe/ vt orti iuxta fluuios irrigui.

¶ Feria ſecunda quarte hebdomade quadrageſime.

Sermo primus.

Inuenit ieſus in templo vendentes oues ⁊ boues. Joan.ij. Quã docet ꝙ ieſus hieroſolymam veniebat/ ſtatim templũ intrabat. Unde Bẽ. Chriſo. Proprius erat boni filij: vt veniens hieruſalem ad domum curreret patris. Tu autem imitator chriſti factus cum aliquam ingreſſus fueris ciuitatem: primo ante omnem actum ad eccleſiam debes currere. Intrans autem chriſtus in templum oues et boues de porticu templi eiecit. Sacerdotes enim auaritie ſue conſulentes in porticibus templi oues/ ⁊ boues/ et columbas faciebant vendi: vt venientes e longinquo hoſtias inuenirent preparatas: ne forte ex defectu hoſtie recederẽt ⁊ nihil offerrẽt et ne pauperes qui denarios non habebãt ſe excuſarent ꝙ emere non poterant: id nũmularios ponebant ibi/ qui denarios talibus accommodarent. Non ad vſuram: quia non licebat eis: ſed aliq̃ munuſcula vilia: ſicut vuas paſſas/ cicera/ poma et huiuſmodi accipiebant ab eis. Sed quia indecens erat in templo dei talia agere: ideo chriſt⁹ zelum magnũ aſſumpſit et omnia talia de templo eiecit. In iſto igitur euangelio tria notantur. Primo/ quia chriſtus magnũ habuit zelum ⁊ magnam conſtantiam in vitiorum punitiõe: quod notatur in hoc ꝙ oues et boues de templo eiecit. Secundo ꝙ habuit potentiam magnam in ſui corporis reſuſcitatiõe: quod notatur in hoc ꝙ dicitur Soluite templũ hoc: et in triduo reedificabo illud. Tertio ꝙ habuit magnam ſapientiam in ſecretorum cognitione quod notat in hoc quod dicitur. Jeſus autem non credebat ſemetipſum eis: eo ꝙ noſceret oẽs.

A ¶ Circa primũ eſt notandum ꝙ chriſtus nũq̃ fuit tã ſeuerus in puniendo ſicut hic. Et ratio eſt: quia fuit iniuria dei patris. Iniuriam ꝓpriam chriſtus patienter portauit ſicut patet Joannis octauo quãdo iudei dixerunt ei. Demonium habes. Iniurijs diſcipulorum chriſtus ſe oppoſuit et eos excuſauit. Sicut patet Matthei.xv. quando phariſei diſcipulos reprehenderunt ꝙ non lotis manibus manducabant. Iniuriam autem dei grauiter puniuit: ſicut pꝫ hic. Per hoc dat nobis exemplũ vt nos ſimiliter faciamus. Iniuria eñ aliquando redundat in deum aut in proximum: aut in nosipſos. Iniuriam autem que redundat in deum nõ debemus patiẽter portare: ſed grauiter punire. Hieronymus. Iniuriam meam patienter tuli: iniuriam autem dei / ferre non potui. Chriſoſtomus. In proprijs iniurijs eſſe quempiam patientem laudabile eſt: iniurias vero dei diſſimulare nimis impium. Si autem iniuria redundat in proximũ debemus nos opponere. Sed de multis dicitur Ezechielis.xiij. Non aſcendiſtis ex aduerſo: nec oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael. Aliqui vero non tantum nõ opponunt ſe: ſed etiam fugiunt. Johannis.x. Mercennarius autem videt lupum venientem et dimittit oues et fugit. Aliqui tamẽ non fugiunt corpore ſed mente. De quibus dicit Auguſtinus. O mercennarie lupũ vidiſti et fugiſti. Forte dices. Ecce hic ſum nõ fugi. Fugiſti: quia tacuiſti. Corpore ſtetiſti ſed mente fugiſti. Si vero redũdat iniuria in nosipſos/ debemus etiam patienter portare. Imo ſi volumus eſſe perfecti debemus iniuriantibus dare beneficium cordis ipſos diligendo: beneficium oris ꝓ eis orando: et beneficium operis eis benefaciendo. Matthei quinto. Diligite inimicos veſtros: quo ad beneficium cordis. Benefacite his qui oderunt vos: quo ad beneficium operũ. Et orate pro perſequentibus et calumniantibus vos: quo ad beneficium oris. Circa ſecundum notandum eſt ꝙ iudei contra chriſtum verſi ſunt in magnam indignationem ex eo ꝙ occaſionem lucri ſui auferebat dum de templo oues et boues expellebat. Uerſi ſunt in magnum ſtuporem videntes ꝙ vn⁹ homo menſas campſorum ſubuertebat: animalia expellebat: et hoc faciebat ſolus: ad q̃ multi ſufficere non potuiſſent. Uerſi ſunt in magnum timorem videntes radiũ ⁊ fulgorem ex eius facie procedere. Tradunt eñ quidam ſicut dicitur in hyſtoria ſcholaſtica ꝙ fulgor radioſus egrediebatur ex oculis eius: quo territi ſacerdotes et leuite nõ poterant ei reſiſtere: et ideo ſic indignati/ ſic ſtupefacti/ ſic territi/ dixerunt. Quod ſignum oſtendis nobis: quia hec facis: quaſi dicerent. Non credimus tibi hoc licere: ergo oſtende nobis ſignum ꝙ credamus. Uel forte in dolo petebant/ vt ſignum faceret / vt ſic circa aliqua ſigna occupatus ab eorum infeſtatione deſiſteret. Chriſtus autẽ eis taliter reſpondit ꝙ in maiorem admirationem et ſtuporẽ eos induxit dicens. Soluite templum hoc: et in tribus diebus reedificabo illud. Judei autem intellexerunt hoc/ de templo materiali/ credentes ꝙ vellet dicere ſic. Sum tante potentie/ ꝙ ſi illud templum deſtrueretur/ poſſem in trib⁹ diebus reedificare: et bene poſſum de ipſo oues et boues eijcere: et ideo reſponderunt. Quadraginta et ſex annis edificatum eſt templũ hoc ⁊c. Illi autem non intellexerunt de edificatione templi ſub ſalomone / que ſeptem annis perfecta eſt: ſed de edificatione facta ſub zorobabel: que quadraginta ſex annis impedientibus inimicis protelata eſt/ Chriſtus autem intelligebat de templo corporis ſui: ac ſi diceret. Uos quritis ſignum de mea poteſtate/ et ego vobis dico ꝙ ſi corp⁹ meũ diſſolueritis per mortem: ego illud reſuſcitabo per meam virtutem. Uel ſecundũ gloſſam vult dicat Chriſtus. Hoc templum ſignat templum corporis mei: in quo nulla eſt macula. Et merito hoc figurale purgo: quia illud ab hominibus morte ſolutum reſuſcitare diuina potentia queo. B

Universidad de Deusto Biblioteca



¶ Dicitur autem corpus chriſti templum multiplici ratione. Primo ratione diuine inhabitationis: quia in illo templo tota diuinitas habitauit. Col. ſecundo. In hoc habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ideo dicitur templum/ quaſi tenens amplum: quia continebat diuinitatem que ſic eſt ampla ꝙ celum et terra ipſa nõ poſſunt continere. ij. Paralipomenon. vi. Si celum et celi celorum te non capiunt: quãto magis domus quam edificaui? Secundo dicitur templũ ratione reconciliationis: quia ſicut deus reconciliatur in templo: ſic deus pater reconciliatus eſt in chriſto. ij. Corint. quinto. Deus erat in chriſto/ mundum reconcilians ſibi. Auguſti. Chriſtus eſt deus/ templum/ ſacerdos ꝛ ſacrificium. Deus cui ſumus reconciliati. Templũ/ in quo ſumus reconciliati. Sacerdos/ per quod ſum⁹ reconciliati. Et ſacrificium/ per quem ſum⁹ reconciliati. Tertio dicitur templum ratiõe fabricationis/ quia ſicut templum quadraginta ſex annis fuit fabricatũ: ſic corp⁹ xpi ſecundum gloſſam fuit in tot diebus nõ dico organizatum/ ſed de eiſdibus organis ꝙ habuit in inſtanti conceptionis/ ad nobilez quantitatem eſt deductum. Unde ſecundũ ꝙ dicitur in gloſa/ hunc numerum dierum perfectioni dominici corporis cõuenire dictum eſt quãtum ad membrorum diſtinctionem/ non quãtum ad formationem: quia in inſtanti fuit formatum ꝛ organizatũ. In aliis autem pueris hoc accipitur: quia corp⁹ ipſorum ſupra dicto numero formatur et organizatur. Quantum ad tertium notandum ꝙ eius ſapientia eſt tanta ꝙ omnium corda nouit. Unde dicitur. Ipſe enĩ ſciebat quid eſſet in homine. Unde Leo papa. Iſta eſt ſapientia ſummi iudicis: iſte tremẽdus aſpectus. Cui molle eſt omne ſolidum et apertũ omne ſecretum/ cui obſcura clarent/ muta reſpondent: ſilentium confitetur/ et ſine voce mens loquitur. Quia igitur dei ſapiẽtia eſt tanta/ ideo nullus ab ea ſe poteſt abſcondere. Ps. Quo ibo a ſpiritu tuo/ et quo a facie tua fugiam? Si aſcendero in celum tu illic es ꝛc. C

¶ Quidam enim ſunt qui abſcõdunt ſe ſub ſimulato amore fingentes ſe amare celeſtia cum tamen non ament/ ſed dei ſapientia ibi eſt et eorum ſimulatum amorẽ videt. Ideo dicit. Si aſcendero in celum tu illic es. Alij ſunt qui ſe abſcondunt ſub ſimulato timore fingentes ſe timere dei iudicia cum tamen non timeant. Ideo dicit ſimiliter ibi adeſt. Et eorum ſimulatum timorez cognoſcet: ideo dicit. Si deſcendero in infernum ades. Alij ſunt qui ſe abſcondunt ſub ſimulato amore: qui aliud habent in ore et aliud in corde latet: ſed notoꝝ cor diuine ſapienti e manifeſtum eſt: ideo dicit. Si ſumpſero pẽnas meas diluculo ꝛc. Sicut enĩ penne ſanctorũ ſunt virtutes: ita penne hypocritarũ/ ſunt ſimulati ſermones quibus fingunt ſe volare in celum: et ideo dicit diluculo: quia eorũ ſermones videntur habere lucem alicuius veritatis: ſz tñ manus dei tales deducit a ſua hypocriſi: ideo dicit. Manus tua deducet me. Alij ſunt qui ſe abſcondunt ſub ſimulata cõuerſatione pretendentes exterius ſtrictatem ſed interius hñtes iniquitatez: ideo dicit. Si habitauero in extremis maris. Mare eſt mundus: in cuius pfundo ſunt peccatores qui ſunt pfundati in diuitijs/ delicijs ꝛ honoribus. Sed ſancti viri ſunt in extremis mariſ quia de mundo non accipiunt niſi extrema et neceſſaria. Hypocrite aũt fingunt ſe habitare in extremis maris. i. diligere mũdũ ad neceſſitatem cum tñ diligant ad ſanitatem: ideo dextera dei eos tenebit et ſuam falſitatem in iudicio omnibus manifeſtabit: ideo ſubdit. Et tenebit me dextera tua.

¶ Ex eadem. ij. feria. iiij. hebdomade. xl. Sermo ſecundus.

Inuenit ieſus in templo vendentes et ementes oues et boues ꝛc. In xpo ſemper auaritiã ꝓdemnabat ꝛ honorẽ dei ꝓpriis zelabat: ideo inueniens ꝙ ſacerdotes oues et boues in templo ex auaritia vendi faciebant ꝛ ex hoc domũ dei deturpabãt eos eiecit. Sicut in pñti euangel. cõtinetur: ideo tria in preſenti euãge. dicit. Nã ex parte ſacerdotũ notatur magna auaritia. Ex parte xpi magna iuſtitia. Ex parte templi/ magna reuerentia. Auaritia autem ſacerdotũ in hoc erat ꝙ timentes ne aliqui ſe excuſarent a ſacrificio ex defectu hoſtiarum: ipſas hoſtias vendi in tẽplo faciebant. Iſta auaritia adhuc regnat in ſacerdotibus ꝛ prelatis iuxta illud Hiere. vi. A minore vſ ad maiorem oẽs auaritie ſtudẽt: a ppheta vſ ad ſacerdotẽ cũcti faciũt dolũ inter maiores aũt ꝛ minores ſunt mediocres. In hoc ꝙ dz ppheta dicit A minori vſ ad maiorem. a. ſtu. intelligit ꝙ auaritie ſtudent maiores ꝛ plati ꝛ mediocres. i. minores clerici ꝛ minores laici. Poteſt dici ꝙ in anima ſunt tres potẽtie. ſ. memoria que eſt pma: intelligentia que eſt media: ꝛ voluntas que eſt vltima. A

¶ In ala igitur oẽs iſte potentie a maiore et mediocri vſ ad minorẽ. i. a memoria et intelligentia vſ ad voluntatem ſtudent auaritie. Memoria enĩ ſtudet auaritie dum ſemper recogitat et memoratur lucra preterita. Intelligentia ſtudet auaritie dũ ſemper vias inquirit: et parat ad lucra preſentia. Uoluntas autem auaricie dum ſemper anhelat ad lucra futura. De iſta auaritia dicit Amos. ix. Auaritia in capite oĩm. B

¶ Auarus enĩ habet auaritiam in omnib⁹ ſenſibus corporis. i. in oculis dum ſemper vult aurum et argentum videre. In aurib⁹ dum ſemper vult immiſcentia lucra audire. In naribus: nã deremotis partibus ferias et nundinas vult odorare. In ore dum terrenis ſemp vult loqui ꝛ tractare. In manibus: dum eas clauſas ad dandũ/ ꝛ apertas ad recipiendũ cupit habere. Sed non eſt tãtum periculum in iſtis/ dũmodo ſuper caput auaritia nõ aſcendat. Ideo non dicit propheta auaritia in oculis hoim vel in auribus/ ſed in capite oim: qꝛ ſi auaritia caput non aſcendit de facili ab aliis membris expellitur. Tunc autem eſt ſuper caput alicuius qñ ipſe diuitie ſunt dñi: et ipſe ſeruus. Tales a propheta vocant viri diuitiarũ nõ diuitie viroꝝ. Ps. lxxv. Tunc enĩ ſũt diuitie viroꝝ: qñ eas expendunt vt dñi. Tunc ſunt viri diuitiarum/ qñ eas tenent vt ſerui. C

¶ Secundo in xpo fuit magna iuſtitia quãdo oues et boues de templo eiecit. In hac tamen iuſtitia xpus ſeruauit ſeueritatez/ manſuetudinem ꝛ diſcretionem. Seueritatẽ in hoc ꝙ oues ꝛ boues que templũ fedabant/ eiecit. Lenitatem in hoc ꝙ columbe nõ eſſent ad tale impedimentũ vel fedationem/ leuiter videntibus dicit. Auferte iſta hinc. Diſcretionem in hoc ꝙ non gladio/ nec cũ baculo/ ſed cum flagello de funiculis eiecit. Per quod datur intelligi ꝙ prelatus debet eſſe ſeuerus quantũ ad duros/ manſuetus quo ad bonos: diſcretus quantũ ad oẽs. D

¶ Iſta tria ſignificantur per tria que erant in archa. Ubi erant virga aarõ: manna ꝛ tabule moriſ: in quibus ſcripta erat ſcientia dei. Per archã ſignificatur prelatus in quo debet eſſe virga ſeuere correctionis quo ad malos. Manna dulcis exhortationis/ quo ad bonos. Et tabule morũ in quibus ſcripta erat ſcientia dei: notatur virtus diſcretionis quo ad omnes. Iſtud etiã figuratũ. iij. Regũ. vij. vbi dicitur ꝙ ſalomon fecit ſculpi in baſib⁹ templi/ leones/ boues et cherubin. In leone/ ferocitas. In boue/ manſuetudo ꝛ lenitas. In cherubin/ ſapientie immenſitas deſignatur: quia cherubin plenitudo ſapientie interpretatur. Prelatus igitur qui dz eſſe baſis ſuſtẽtamẽti eccleſie: debz habere ferocitatem leonem/ in corrigendo malos: manſuetudinem bouinam/ in fouendo bonos: et angelicam ſapientiam/ patienter/ leniter ꝛ ſapienter ſuſtentando omnes. E

¶ Tertio ex parte templi dei requirit magna reuerentia ꝛ mundicia: ideo chriſt⁹ ipſum mundauit et purgauit. Poteſt autez dici ꝙ illud templuz extra quod eiecit iſta animalia ſignificant templum celeſte/ extra quod proijcientur ſuperbi/ qui intelligunt per boues/ qui cornibus ſue potentie alios feriunt. Proijcientur etiam auari/ qui intelliguntur per nummularios. Proijcientur etiam libidinoſi/ qui intelliguntur per columbas que eſt auis libidinoſa. Proijcietur hypocrite: qui intelliguntur per oues: qꝛ exterius veniunt in pellibus ouium. Iſti omnes tanꝗ excommunicati extra templum celeſte pꝛ oꝛicientur. Apoca. xxij. Foris canes ꝛ venefici/ impudici/ homicide/ ꝛ idolis ſeruientes/ et omnis qui facit mendacium. Oẽs igitur tales tanꝗ excommunicati extra tẽplum celeſte proijcientur F

¶ In ciuitate enĩ celeſti templũ eſt ipſe xpus ratione deitatis ꝛ humanitatis. Apocal. xxi. Templum nõ vidit in ea. Dominus enĩ deus omnipotens templũ eius eſt/ ꝛ agn⁹. In iſto templo quotidie fit officium. Ps. Beati qui habitant in domo tua dñe. Thobie xiij. Per omnes vicos eius alleluia cantabitur. Quia igitur damnati erunt excõmunicati: ideo ſancti non participabunt cum eis locutione. Non enĩ cum eis aliquas locutiones habebunt/ ſed ſemper facies ſuas ab eis auerſas tenebunt. Ps. Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros/ nec participabunt cum eis in diuino officio quod fiet in celeſti templo. Eſa. lxv. Ecce ſerui mei laudabunt pre exultatiõe cordis/ ꝛ vos clamabitis pre dolore cordis et pre cõtritione ſpiritus vlulabitis. Nec participabunt cũ eis in ſalutatione/ qꝛ eos non ſalutabunt. i. ad ſalutem eternam non optabunt. Imo ſicut dicitur in Ps. Letabitur iuſtus cum viderit vindictam. Nec participabunt cum eis in menſa. Beati enĩ ſtabunt in menſa dei. Luce xxij. Ut edatis ꝛ bibatis ſuper menſaꝫ meã in regno meo: damnati vero fame morientur. Eſa. lxv. Ecce ſerui mei comedent ꝛ vos eſurietis/ ecce ſerui mei bibent/ et vos ſitietis. Nec participabunt cum eis in ſacramentis et maxime in perceptione ſacramenti ſacramentorũ. i. corporis chriſti qđ quidem ſancti viri modo percipiunt ſub ſacramento/ ſed tunc percipient ſine velamento. Ipſi et damnati ſunt canes/ ſed ſancti ſunt filij dei: ideo dicit Mat. xv. Non eſt bonum ſumere panem filiorum ꝛ mittere canibus.

¶ Feria tertia quarte hebdomade quadrageſime.

Sermo primus.

IAm autē die feſto mediante aſcēdit ieſus in teplū. Jo. vij. Inter iudeos erant diuerſi qui de chriſto diuerſimode ſentiebant: ſicut patz ex preſenti euangelio. Quidam eñ illorū admirabant̄ dicētes. Quomō hic literas ſcit cū nō didicerit? Alij tractabāt de morte ſua. Unde dicit. Quid me queritis interficere hoīem. ⁊c. Alij indignabantur de progenie ſua dicentes. Hūc ſcim⁹ vnde ſit. Alij indignabātur de curatione cuiuſdam hominis quē curauit in ſabbato. Unde dicit. Michi indignamini quia totū hominē ſanum feci in ſabbato. alij ſtudebant de captione ſua. vnde ſi. Querebāt ergo eum apprehendere. Quātum ad primū ꝙ xp̄us fecit patri ſuo magnam reuerentiam. Admirabantur eñ iudei de ſua patientia. Sz ipſe dicit ſapientiam ſuam nō habere a ſe ipſo ſed a patre. Mea inquit doctrina non eſt mea. ſed eius qui miſit me patris. Chriſtus enim patri ſuo omnia attribuebat: ſcz miracula ſua. Joh. x. Opera que ego facio omnia in nomine patris mei hec teſtimonium perhibent de me. Uerba ſua ⁊ opera. Eiuſdem. xiiij. Uerba que ego loquor vobis a meipſo nō loquor. Pater enim in me manens ipſe facit opera. Xp̄s enim patrē ſuū maiorem ſe vocabat: ⁊ ideo ſibi in omnib⁹ preferebat. Joh. xiiij. Pater maior me eſt. Unde Auguſ. ad Felicianum quod maior et minor dici poteſt tripliciter. ſcz etate ſicut ſenior maior eſt puero. Forma. ſicut longior maior eſt paruo. Potentia. ſicut fortior maior eſt imbecilli ⁊ debili. Et ſubdit Auguſ. quod filius nullo illorum modorum minor eſt patre. Nō etate. quia de principio patre conſtat in patre ipſum extitiſſe principium. Non forma quia nō eſt in ipſum aliud predicare quam deū. Iuxta illud Phil. ij. Qui cum in forma dei eſſet. ⁊c. Nō potentia: quia omnia per ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factum eſt nichil. Qualiter autem ipſe pater dicatur eſſe maior determinat Idem. Auguſ. ſuper Jo. Utrumq̄ inquit dixit ego et pater vnum ſumus ſecundum formam dei. ⁊ pater maior me eſt ſecūdū formam ſerui. Quantum ad ſecundum chriſtus magnam patientiam exhibuit. cum enim dixiſſet Quid me queritis interficere iudei magnum opprobrium reſponderunt ſibi dī. demonium habes. ſed chriſtus ad tantum opprobrium motus non fuit ſed potius eos docere non ceſſauit. In hoc dat nobis exemplū vt quādo iniurias recipimus iram noſtram temperemus. B

¶ Ponit autem Seneca quattuor remedia contra illatas iniurias. primum. eſt obliuioni tradere. vnde dicit iniuriarum remediū obliuio eſt. Unde ⁊ cicero in laudem ceſaris dicit. nichil ſolebat obliuiſci niſi iniurias. Secundum negare iniurias receptiſſe. Magnanimus enim nichil debet ſibi reputare iniuriam. Unde dicit idem Sen. inquirens quid faciet ſapiens colaphis percuſſus. Et ꝙ debet facere illud quod Cato fecit. cum enim quidam ipſum in ore percuſſiſſet: negauit ſe ab illo iniuriam recepiſſe. Tercium eſt ꝙ debet diſſimulare ſe multa non audire nec videre. Sen. Non ex pedit omnia audire vel videre multe iniurie nos tranſeunt ex quibus plerumq̄ non accepit qui neſcit. non vis eſſe iracundus. non ſis iniurioſus. Quartum eſt in ludum ⁊ ſolatium iniurias conuertere. Unde dicit idem Sen. Circumſcribenda eſt ira vt in ludum iocumq̄ conuertatur. Unde narrat idem. ꝙ cum Diogenes quandam cauſſam cum lentulo haberet lentulus tractis ſalivis pinguibus in faciem eius expuit. ille faciem abſtergens in ludum conuertit dicens. Affirmabo omnibus o lentule falli eos qui dicunt te os non habere. Circa tercium noſtandum chriſtus adhibuit rationem veridicam. Indignabantur enim ꝙ chriſtus ſabbato curabat ſed chriſtus oſtendit ꝙ male mouebantur quia ſepe pueros ſabbato circumcidebant. corpora curabant. animalia ſoluebant. Multo ergo fortius ipſe corpora ⁊ animas in ſabbato curare poterat. C

¶ Nullum enim chriſtus ſanabat corporaliter quem non ſanaret ſpiritualiter. ⁊ ideo ſi corpora licebat ſabbato curare: multo magis animas curare licebat. quia maiorē curam quilibet debet habere de anima ꝙ̄ de corpore. ⁊ hoc multiplici ratione. Primo propter dignitatem corpus enim de terra eſt formatum. anima vero ad imaginem dei ⁊ ſimilitudinem facta eſt. Ideo di. Eccl. x. Fili in manſuetudine ſerua animā tuam ⁊ da illi honorem ſecundum meritū ſuum. Secundo propter neceſſitatem. anima enim eſt cauſa ⁊ principium omnium bonorum ⁊ malorum. corpus enim per ſe nullum bonum vel malum pōt velle nec facere per ſe pluſquam lapis. ⁊ ideo indiget anima maiori cuſtodia quam corpus. Tercium propter vltimum finem. ſ. gloriam ⁊ felicitatem corpus enim per ſe non eſt ſuſceptibile glorie ſed tota felicitas ⁊ gloria q̄ erit in corpore cauſabitur a gloria ipſius anime. ⁊ ideo dignius eſt vt ipſam cuſtodiamus quam corpus. D

¶ Circa quartum notādum ꝙ chriſtus oſtendit ſuam diuinam ⁊ humanam naturā ſam quantum ad humanam naturam ip-



ſum cognoſcebant. vnde dicebat. ⁊ me ſcitis. ⁊ vnde ſim ſcitis. quantum ad diuinam naturam ipſum non cognoſcebant. Unde ait. ſed eſt verus qui miſit me quem vos neſcitis ⁊c. Quia igitur iudei eius cognitionem infimam ſciebant: ideo ipſum deſpiciebant. Sic multi ſunt ſimiles qui deſpiciunt pauperes ⁊ ignobiles: Notandū autem ꝙ nobiles et ignobiles quantum ad tria ſunt equales. Sicut habetur. Sap. vij. ſcilicet quātum ad principium medium. ⁊ finem vltimum. omnes enim ignobiles et nobiles ſimilem habent introitum quia omnes de terra ſunt formati. et in ventre matris ex ſanguinibus configurati ⁊ cum luctu ⁊ fletu emiſſi. Unde dicitur ibidem Sum quidem et ego mortalis homo ſimilis omnibus ex genere terreno illius qui primus factus eſt: ⁊ primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. Secūdo ſunt ſimiles quantum ad medium quia omnes habent ſimilem aerem. non enim eſt alius aer hominis ignobilis et nobilis. habent ſimilem terram. Unde ſequitur et ego natus cepi communem aerem ⁊ ſimiliter factam decidi terram. Tertio ſunt ſimiles quantū ad vltimum finem quia omnes ad eādem mortem ⁊ ad eoſdem vermes ⁊ ad eandem putredinem deducuntur. ⁊ ſequitur. vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam ⁊ ſimilis exitus. Job. xvij. Putredini dixi. Pater meus et mater mea et ſoror mea vermibus. Circa quintum oſtendit chriſtus ſuam magnam vim. illi enim volebant eum capere ſed chriſtus eos cepit. Unde ſi. De turba autem multi crediderunt in eum. Uolebāt quidem eū capere corporaliter ſed ipſe cepit eos ſpiritualiter. Eſt enim ſermo dei ſicut hamus qui dum capit̄ capit. Unde dictum eſt apl'is. Mat. iiij. Uenite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum. Sicut autem dominus nos capit verba ſua immittendo. Sic et nos eum capimus ipſum amando et deprecando. Unde Amb. Uis deo facimus non compellendo: ſz flendo nō prouocando iniurias. ſed lachrymis exorando non blaſphemando per ſuperbiam ſed per humilitatem merendo. o beata violentia q̄ non indignatione percutitur: ſed miſericordia donatur quiſq̄ enim violentior fuerit religioſior habebitur ab ipſo chriſto. Deinde ſubdit. aggrediamur in itinere dominum ⁊ more latronū ſuis ſpoliare nitamur cupiamus auferre aurum theſauros ⁊ vitam aggrediamur inquam nō falce non ferro. non fuſte ſz manſuetudine bonis operibus et caſtitate.

¶ Eadem feria tercia quarte hebdomade quadrageſime. Sermo. ij.

TOtū hominem ſanū feci in ſabbato. Magnum eſt ſanare hominē corporaliter maius ſpiritualiter maximū eſt ſanare vtroq̄ modo. taliter ſanauit xp̄s hominē. ideo dicit totū hominē ſanū feci in ſabbato. fuit ver⁹ medicus q̄ nos de celo tranſmiſſus vt oēs infirmitates noſtras curaret. Ps. Qui ſanat omnes infirmitates noſtras. Unde Aug. Magnus de celo venit medicus: quia per totum mundum magnus iacebat egrotus. De iſto igitur egroto ⁊ medico q̄ totū hominē ſanū fecit. tria ſunt vidēda. ſcz que ſunt cauſe infirmitatis q̄ ſunt remedia curationis. q̄ ſunt ſigna ſanitatis. A

¶ Circa primū vidēdū ꝙ quedā infirmitas cauſat̄ ex nimia comeſtione. tali modo infirmatus eſt adā qui de pomo vetito comedit. ⁊ ideo infirmitatē corporis ⁊ mītis incurrit. Illud etiam viciū gule in multis hodie dn̄atur. ⁊ ideo ſepe infirmātur. Eccl. xxxvij. In multis eſcis erit infirmitas. imo ſepe multi moriūtur. Ibidē. Propt̄ crapulā multi perierūt. corpora eñ pinguia diu viuere nō poſſunt. tū quia ſunt modici ſanguinis q̄ eſt cauſa vite. tū quia calor naturalis ſepe pre nimia pinguedine ſuffocatur. tū q2 vis ſpūs ſepe ad membra nimia pinguedine ipedit̄: ⁊ ſic moriſcitur. Scdo cauſat̄ infirmitas ex nimia infrigidatione. Peccatū eñ mortale eſt nature frigide. ita ꝙ ignē diuini amoris extinguit. eſt eñ aqua frigidiſſima q̄ extinguit diuinū amorē. Hie. vi. Sicut frigidā facit ciſterna aquā ſuā. ſic frigidā facit malicia aīa ſuā. Illud etiam frig⁹ pcti facit hoīez in bono opere pigrū. prouer. xx. Propter frigus piger arare noluit. Peccatum eñ phibet arare hoīem. id eſt cor ſuum ſcindere per cōtritionē ⁊ ipſum ſerere per bonā operationē. nō ſolum autē pctm̄ alam facit frigidā ſz etiā congelatā ita ꝙ reſolui pōt per mortē ſed caleſieri nō pōt per amorē dei. Eccl. xliij. Frigid⁹ vēt⁹ aquilo flauit ⁊ cōgelauit criſtall⁹. ab aqua Tertio cauſatur infirmitas ex nimietate et corruptione ſanguinis. Sanguis nimius eſt abundantia terrenorum que eſt ſepe cā peccati. Ps. Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum. Sanguis putridus eſt ipſa carnalis concupiſcentia que animam maculat et coram deo eam putridam facit. De quo ſanguine dicitur. Yſa. primo. Cum multiplicaueritis orationes veſtras non

Universidad de Deusto
Biblioteca



tum eſſe. Secundo iſta cognitio eſt in co-
gnoſcendo deum in preſenti et ſuam poten
tiam et ſuam bonitatem. Cognitio autẽ po
tentie generat in nobis timorem qui timor
facit nos recedere a malo. ſecundum illud
Prouer.xv. Per timorẽ autẽ dñi declinat
omnis homo a malo. cognitio bonitatis
generat in nobis amorem. qui quidem
amor inducit nos ad bonũ quia ſicut dicit
Grego. Non eſt amor dei ocioſus. operatur
enim magna ſi eſt. ſi autem operari negli-
git amor non eſt. Cognitio autem noſtri ge
nerat in nobis humilitatẽ. iuxta illud Mi-
chee.vi. humiliatio tua in medio tui. hu
militas autem eſt cuſtos omnium virtutũ
quia ſicut dicit Greg. Qui ceteras virtutes
ſine humilitate congregat quaſi puluerem
in ventum portat. et ſic patet quod hec tri
plex cognitio. ſ. dei et noſtri eſt cauſa totius
noſtre ſalutis. nam cognitio potentie dei
generat timorem qui facit vitare ma-
lum. Cognitio bonitatis dei generat amo-
rem qui facit operari bonum. Cognitio au
tem noſtri gñat humilitatem que nos ſer-
uat in vitatione mali et operatione boni.

¶ Feria quinta quarte hebdomade.
xl. ſermo primus

I Bat ieſ9 in
ciuitatẽ que vocat
naym. et ibant diſci-
puli eius cum eo et
turba copioſa ple-
bis. Cũ autẽ appro-
pi quaret porte ci-
uitatis. ecce defun-
ctus efferebatur filius vnicus matris ſue
Luc.vij. Quia hyſtoria huius euangelij h.
eſt plana. ideo ad moralia tranſeamus De
iſto igitur adoleſcente quatuor dicuntur. ſ.
quod erat mortuus. quod extra domum iã
erat delatus. quod portabatur ſepeliẽdus.
et quod plangentium multitudine erat val
latus. ideo merito per ipſum intelligi po-
teſt pecator in mortali poſitus Primo er-
go erat mortuus. pecator autem aſſimilat
mortuo. quia ad inſtar mortui eſt fetidus.
frigidus. et ponderoſus. A

¶ Eſt autem conſcientia pecatoris fetida
triplici de cauſa. Primo qr eſt latrina dia-
boli qui libenter habitat in loco fetido et
immundo. Vñ demones non petierũt mitti
in columbas. quia non amant ſimplicitatẽ
neqz in turtures quia non diligunt caſtita-
tem. nec in agnos ſiue in oues. quia non di-
ligunt innocentiam. ſed in porcos qr amãt
immundiciam. Unde dicitur Job. xl. quia
ipſe diabolus habitat in locis humentib9

i. lutoſis et fetentibus. Secũdo eſt eius cõ
ſcientia fetida: quia ſentina peccati. eo qꝫ ſpũ
citie omnium peccatorũ habitant ibi. Eſa.
xxxiiij. ibi cubabit lamia. quantum ad pec
catũ luxurie que dicitur habere pedes: qui
nos ceteras feminea ibi habet ſeuerã criei9.
quantum ad pecatum ſuperbie quia ſuper
bi ſemper ſe pungunt. ibi congregari ſunt
milui alter ad alterum. quantum ad pec-
catum rapacitatis et auaricie. Tertio eſt eius
conſcientia fetida. quia mortua. eſt ſine vi-
ta dei. anima quidem a qua receſſit deus
eſt mortua. eius ſepulchrum eſt corpus pro
prium quod quantumvideatur aforis ſpecio
ſum tamen intus eſt ſpurcicia plenum Ma
the. xxiij. Ue vobis ſcribe et pharifei hy-
pocrite qui ſimiles eſtis ſepulchris deal-
batis que a foris apparent hominibus ſpe
cioſa intus autem ſunt plena oſſibus mor
tuorum. et omni ſpurcicia. Secundo pe-
cator eſt frigidus eo qꝫ eſt ſine igne amo
ris diuini. amor quippe dei eſt ignis. Luc.
xij. Ignem veni mittere in terrã ⁊c. Chriſ.
Qui non habet ignem amoris dei in hye-
me eſt. etiam ſi fuerit in media eſtate. ideo
dominus monet vt rogemus deũ ne in ta-
li hyeme moriamur. dicens. Math. xxiiij.
Orate vt non fiat fuga veſtra in hyeme vel
ſabbato. ve autem pregnantibus et nutriẽ
tibus illis diebus. B

¶ Fuga autem in hoc loco eſt mors quia
tunc anima fugatur a deo vt rationem ſibi
reddat. ab angelo proprio vt contra ipſam
teſtimonium perhibeat a diabolo vt ipſũ
ad tartara rapiat. a proprio ſcelere vt con-
tra ipſam accuſationem proponat. corpus
etiam a vermibus fugatur vt ipſum come
dant diuitie fonguntur a parentibus vt ip-
ſas deripiant orandum eſt ergo ne fuga no
ſtra. i. mors noſtra fiat in hyeme vel ſabba
to. Illi moriuntur in hyeme qui moriũtur
ſine igne amoris diuini. Illi in ſabbato q
moriuntur ocio et tẽpore operis boni. Orã
dum eſt ne moriamur pregnantes vel nu-
trientes. Illi moriuntur pregnantes qui bo
na propoſita que conceperunt non comple
uerunt illi nutrientes moriuntur qui pec-
cant ſub ſpe longioris vite. vel ſub ſpe di-
uine venie et vſqꝫ ad mortẽ deducunt. C

¶ Tertio peccator eſt ponderoſus nichil
enim eſt ponderoſius peccato. quod patet
quia dominus habet immenſam fortitudi-
nẽ. Job. ix. Si fortitudo queritur robuſtiſ-
ſimus eſt celum habet firmiſſimam ſoli-
ditatẽ. Job. xxxvij. Tu forſitã cum illo fa
bricatus es celos qui ſolidiſſimi quaſi ere
eſſuſi ſunt. Tertio terra habet ſoliditatem
Eccl. i. Terra autem in eternum ſtat et tamẽ
pecatum ita põderoſum eſt quod nec deus
ipſum poteſt portare. hiere. xviij. Si dici



tur qđ eſt onus domini dices ad eos vos
eſtis onus proiciã quippe vos. loquitur dñs
ad ſimilitudinẽ illius qui portat onus gra
ue quod intantum ponderat qꝫ ipſum proij
cit. Eſaie. xliij. Prebuiſti mihi laborem in
iniquitatib9 tuis: nec celum potuit ipſum
ſuſtinere: ſicut patet in lucifero cui9 ſuper
bia ſic fuit ponderoſa qꝫ celũ fregit et ipſe
ſubito cecidit. Luce. x. Uidebam ſathan ſi-
cut fulgur de celo cadentem. nec terra ipſũ
potuit tollerare. ſicut patet Nũeri. xvi. In
dathan et abiron quia terra ſub eorum pe-
dibus rupta fuit et eos viuos deuorauit:
ecce qꝫ tam ponderoſum eſt peccatũ qꝫ pre
ſui ponderoſitate deum premit celum fran
git. et terram ſcindit. D

¶ Secũdo iſte mortuus extra portam erat
delatus. Ubi notandum qꝫ chriſtus tres
mortuos ſuſcitauit. Unũ in domo ſcilicet
filiam principis archiſinagogi: vt dicitur
Mat. ix. Alium extra domum ſicut dicitur
hic. Alium ſepultum et fetidum in monu
mento ſicut lazarum. Joannis. xi. E

¶ Quid autem iſta ſignificent: dicit Aug.
in libro de ſermone dñi in monte. peccati ſunt
tres differẽtie/in corde/in facto/ et in con-
ſuetudine. Una eſt quaſi in domo qñ ſcꝫ cõ
ſentit libidini. Alia iam plata quaſi extra
domũ cum in factũ proceſſit conſenſus. Ter
tia cum conſuetudine mala tanqꝫ mole ter
rena premitur animus quaſi in ſepulchro
iam fetens. tunc igitur peccator eſt mortuus
in domo: quãdo eſt in conſenſu peccati. ſiue
eſt extra domũ quãdo procedit ad opus pec
cati: tunc mole premitur et fetet qñ eſt con-
ſuetudine peti. Quando igitur dñs ſuſcitat
et reuocat aliquos a conſenſu peccati/hoc
eſt magnum: qñ ab opere hoc maius: quã-
do vero ſuſcitat a cõſuetudine hoc eſt ma-
ximum. Sed notandum qꝫ filia archiſyna-
gogi fuit ſuſcitata eiecta multitudĩe: puer
centurionis coram multitudine/et lazarus
etiam coram multitudine et ea flente: nam
fleuit martha: fleuit maria magdalena: fle
uit chriſtus: fleuerunt iudei. Per puellam
igitur in domo ſuſcitatam intelligitur pec
cator occultus qui deum offendit: ideo de-
bet facere penitentiam in occulto vt deum
placet. Per puerum extra domum intelligi
tur peccator manifeſtus/ qui deũ offendit
et proximum ſcandalizauit: ideo debet face
re penitentiam manifeſtam vt deum placet
et proximum edificet. Per lazarum quatri-
duanum intelligitur peccator conſuetu-
dinarius qui deum offendit et proximũ ſcã
dalizauit et a deo ſe nimis elongauit: ideo
debet facere penitentiam manifeſtam et ac-
quirere ſibi ſanctorum virorum ſuffragia:
et ſic placet deo/ edificet proximum et pau-
latim poſſit appropinquare ad deum.

¶ Tercio iſte mortuus portabatur ſepeliẽ-
dus. ſic et peccator eſt ſepeliendus in infer
no. iuxta illud Luc. xvi. Mortuus eſt diues
et ſepultus eſt in inferno. Portatores autẽ
eius ad ſepulturam infernalem ſecundum
Amb. ſuper Lucã. ſunt quattuor ſpecialis
dicta. Quidam deportantur a terra per ap-
petitum terrenorum: ſicut auari. Alij ab a-
qua per appetitum ambitionum ſicut ſu-
perbi. Alij ab igne per iram. ſicut ira-
cundi. G

¶ Quarto iſte mortuus plangentium mul
titudine fuit vallatus. Per quod datur in-
telligi: qꝫ peccator debet a multis plangi ſeu
fleri. Primo enim fletur a deo Michee. vij.
Ue enim quia factus ſum ſicut qui colli-
git racemos vindemie in autumno. plorat
enim chriſtus quod dyabolus colligit o-
mnes vuas magnas. id eſt animas omnes
magnas et ipſe vix poteſt habere paruas.
Eſaie primo. Heu conſolabor ſuper hoſti-
bus meis et vindicabor de inimicis meis.
glo. more pij patris eos licet inimicos plã
git et peremit. Tertio plãgitur ab angelis
ſicut enim gaudent de conuerſione pecca-
torum. iuxta illud Luce. xv. Gaudium eſt
angelis ſuper vno peccatore penitentiam
agente. ⁊c. ſic dolent et plorant de eorum
preuaricatione. Eſaye. xxxiij. Ecce videns
tes clamabunt angeli pacis amare flebũt.
Tertio plorandus eſt a ſeipſo. Hieremie. vi.
Luctum vnigeniti fac tibi planctum ama-
rum. Item Michee. i. Faciam tibi planctũ
velut draconum et luctum quaſi ſtruthio-
num. Mulier amariſſime plorat quando
vnigenitum ſuum amittit. draco plangit
quando elephas caput ſuum conterit. ſtru
tio vlulat quando oua ſua perdit. ſic pecca
tor debet flere quando dyabolus animam ſuã
vnigenitam extinxit quia caput ſuũ id eſt
chriſtum abſtulit: et quia omnia merita ſua
eum perdere fecit. Quarto flẽdus eſt a quo
libet chriſtiano. Aug. Sunt n eiu tro chri-
ſtiane viſcera inſequi plãgis corpus a quo
receſſit anima. et nõ plangis animam a qua
receſſit deus. Eccl. xxij. Super mortuũ plo
ra. defecit enim lux eius ſuper fatuum plo-
ra defecit enim ſenſus modicum plora ſuper
mortuum: quoniam requieuit nequiſſimi
enim nequiſſima vita ſuper mortem fatui.
luctus mortui ſeptem dies fatui autem et
impij omnes dies vite illorum. H

¶ Ex quibus verbis habetur quod tres
ſunt plorãdi ſcꝫ mortuus ideo dicit ſuper
mortuum plora. ⁊c. fatuus. ideo dicit ſuper fa
tuum plora. et homo impius ſiue nequiſſi-
mus. iõ ſubiungit. nequiſſimi nequiſſima
vita. ſuper mortem fatui: ac ſi diceret fa-
tuus eſt peior qꝫ mortuus: et adhuc homo
nequiſſimus ſiue impius peior eſt qꝫ fatuus
I

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hi igitur tres ſunt plorandi/ſcꝫ mortuus fatuus ⁊ impius ſed, differenter quia mortuus eſt plorandus paruo tempore:fatuus vero eſt plorādus omni tēpore vite ſue:impius autem flendus eſt in tota vita ſua et poſt mortē ſuam. Unde ſubdit luctus mortui ſeptem dies : fatui autem et impiꝫ omnes dies vite illorum.

Eadem.v.feria.iiij.hebdo.xl.
Sermo ſecundus.

ET hec vidua erat.ꝛc. Iſta vidua multum flebat / ex eo ꝙ vnicum filium ſuum perdiderat:et iſte dolor generabatur in ea ex quatuor cauſis ſcilꝫ ex eo ꝙ erat mulier/ex eo ꝙ erat mater/ex eo ꝙ erat vidua/et ex eo ꝙ erat filius vnicus. B

Primo quidē generabat in ea dolor ex eo ꝙ erat mulier,naturaliter eñ mulieres patiuntur magis ⁊ cōpatiuntur ꝙ̄ viri / ex eo ꝙ habent animum magis mollem. Unde mulier dicitur quaſi mollier:et hoc ideo ſcḋm philoſophū. In omni genere animalium femine ſunt molliores ꝙ̄ viri preter vrſam et leopardam. Unde quando inuenitur aliqua mulier ſeuera poteſt vocari vrſa vel leoparda. Mulier eñ naturaliter eſt frigida:et ideo naturaliter eſt magis paſſibilis.vir autem ſiccus et calidus naturaliter:et ideo non ſic de facili patitur nec cōpatitur.idō de filij morte vel eius aduerſita⁊ mater magis dolet ꝙ̄ pater ex eo ꝙ eſt magis mollis et paſſibilis. In filij autem honore ac ſublimitate pater plus naturaliter gaudet ꝙ̄ mat̄ : quia eſt magis magnanimis. Iſtud aperte inſinuatur. Prouer.x. Filius ſapiens letificat patrē filius ſtultus meſtitia eſt matris ſue. Secundo cauſabat in ea dolor ex eo ꝙ mater erat/ naturaliter enim plus mater filium diligit ꝙ̄ pater/ et ideo magis dolet de morte eius/de amiſſione eñ rei quam magis diligimus/ magis dolemus. B

Quare aūt mater plus diligit filium ꝙ̄ pater tres ſunt cauſe. Prima eſt: quia illud circa quod plus laboramus/plus diligimꝰ. Mater aūt plꝰ laborat ꝙ̄ pater circa filios: tam portando ꝙ̄ in parturiendo: ꝙ̄ etiā in educando. Thob.iiij. Memor eñ eſſe debes que et ꝙ̄ta pericula paſſa ſit pꝑter te mater tua in vtero ſuo. Secūda cā eſt: quia illam rem plus diligimus quam certitudinaliter magis noſtram eſſe ſcimus. Mater enim pro certo ſcit quod filium de ſe generauit/ pater autem ſi credit: tamen certus non eſt. Unde Judas dixit ad beniamin Geñ.xliiij. Ipſum eñ ſolum habet mater ſua. Non eñ auſus fuit dicere ipſum ſolum hꝫ pater ſuꝰ quia ſciebat ꝙ pater certus nō erat. Tertia cauſa:quia illā rem plus diligimus in quā plus iuris nos habere ſcimus. Mater autē habet maius ius in corpore filij ꝙ̄ pater:qꝛ ſcḋm philoſophum/ plus eſt ibi de ſubſtātia matris ꝙ̄ patris. Tertio cauſabatur iſte dolor ex eo ꝙ erat vidua:nam vidue ſepe decipiuntur:quia ſunt ſine viro conſiliatore. Ideo dꝫ Marci.xij. Deuorant domos viduarum ſub obtentu plixe orationis. Sepe etiā moleſtantur:quia ſunt ſine viro defenſore. Ideo dꝫ Eſaie pmo. Defendite viduam. Sepe etiā ſepe in triſticia:qꝛ ſunt ſine viro conſolatore:et ideo graue peccatum eſt,contriſtos iſtarum ꝯtriſtare. Hiere.xxij. Viduam nolite cōtriſtare. Job.xxix. Cor vidue conſolatꝰ ſum. Jaco.i. Religio munda et imaculata apud deum patrem hec eſt viſitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione. Quādo igitur vidue filios amittunt/multum dolent:qꝛ remanſerat ei loco viri conſiliatoris defenſoris et conſolatoris. Quarto cauſabatur in ea iſte dolor.ex eo ꝙ erat vnicus. Si enim alios filios habuiſſet: ſuper eos conſolata fuiſſet. Et ideo amiſſio vnigeniti eſt nimis doloroſa. Unde ſcriptura quando vult exprimere aliquem luctum nimis doloroſū aſſimulat ipſm luctui vnigeniti. C

Tres enim ſunt luctus doloroſi. Unus eſt in preſenti mundo quo peccator lugere debet de eo quod deum offendit. et iſte luctus aſſimilatur luctui vnigeniti. Hiere.vi. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Secundus erit in iudicio quando peccatores chriſtum videbunt in carne humana cum ſtigmatibus vulnerum que pro ipſis pertulit: ⁊ iſte luctus aſſimilabitur luctui vnigeniti. zacha.xij. Aſpicient ad me quem confixerunt ⁊ plangent planctu magno quaſi ſuper vnigenitum ⁊ dolebūt ſuper eum quaſi doleri ſolet in morte vnigeniti. Tertius luctus erit in inferno vbi non erit aliqua lux, ſed tenebre perpetue. Ubi loco feſtiuitatis erit perpetuus luctꝰ. et loco cantici planctus eternus. Ille plãctus ſimiliter aſſimulatur planctui vnigeniti. Amos.viij. Occidet ſol in meridie. et tenebreſcere faciam terram. ſcilicet infernalem in die luminis et conuertam feſtiuitates veſtras in luctum et ponam eam quaſi luctum vnigeniti. ⁊ nouiſſima eius quaſi diem amarum. Quoniam autem hic fit mentio de vidua. ideo de ipſis viduis tria videbimus. Et primo quot ſunt genera viduarum. Secūdo que ſunt regule ipſarum. Tertio vtrum ſit melius ſtare in viduitate ꝙ̄ tranſire ad ſecundum



vtrum vel ad ſecūdum coniugium. D

Circa primū notandum ꝙ ſicut dicit Auguſti. tria ſunt genera viduarū. Unum eſt quod intendit epulis et delicijs. Secundū quod intendit cure domus ⁊ filijs alendis. Tertium eſt ꝙ die ac nocte intendit orationibus et ieiunijs. Prime vidue ſunt male. De quibꝰ dicitur.i. Timoth.v. Uidua que in delicijs eſt viuens mortua eſt. licet enim viuens ſit corpore eſt tamē mortua mente. Secunde ſunt bone ⁊ maxime quando nutriunt filios ſuos in timore dei.i. Timoth.v. Si qua vidua filios vel nepotes habet: diſcat domū ſuam bene regere/⁊ mutuam vicem reddere parentibus. hoc enim acceptum eſt corā deo. et infra. Si quis autem ſuorum ⁊ maxime domeſticorū curam non habet fidem negauit:⁊ eſt infideli deterior. Tertie ſunt optime. De quibus dꝫ ibidem. Uiduas honora ꝙ̄ vere vidue ſunt. E

Circa ſecūdum notandum ꝙ apoſtolus fecit regulam viduarū que habet quatuor capita. Primū eſt. vt ſint in oratione deuote. Unde dicitur.i. Timothei.v. Que autem vere vidua eſt ⁊ deſolata ſperet in domino. ⁊ et inſtet obſecrationibus die ac nocte. De hoc habetur exēplum in Anna vidua. De qua dicitur Luce.ij. ꝙ nō diſcedebat de tēplo ieiunijs et obſecrationibꝰ ſeruiens deo die ac nocte. Exemplum de illa vidua que importune iudicem interpellabat quā dominus ad exēplū adduxit. eſt ad orandum induceret.vt habetur Luce.xviij. Secundū capitulū eſt vt nō ſint ocioſe. Unde apoſtolus reprehendit aliquas. viduas dicens.i. Timothei.v. Simul autē et ocioſe diſcunt domos diſcurrere. Periculum eſt mulieri cum ſit ocioſa. Dominus eñ poſuit adam et euam in paradiſo terreſtri: vt ibi operarentur : ſed diabolus quadam vice inueniens feminā ocioſam eam aggreſſus eſt et ipſam temptauit. et in peccatum fecit ruere ipſam et virum. Ideo dicit Hieronymꝰ. Semper aliquid boni facito vt diabolus te inueniat occupatum : ſicut enim in aqua ſtante generantur vermes, ſic in anima ocioſa generantur male cogitationes. Eccleſiaſtici. xxxiij. Multam malitiam docuit ocioſitas. Tertium capitulū eſt vt non ſint verboſe. Unde Apoſtolus quaſdam viduas reprehendit dicens.i. Timothei.v. Non ſolum autem ocioſe : ſed et verboſe loquentes que non oportet. Quãuis enim verboſitas ſit reprehenſibilis. in viris precipue tamen in feminis. et maxime in viduis. Nā ſecūdum Chryſoſto. Mulieres ſunt incaute, molles et fragiles. Quia ſunt incaute. ideo de facili decipiuntur. Quia ſunt molles. ideo ad bonum et ad malum cito flectuntur. Quia ſunt fragiles. ideo faciliter ſuperantur. Ideo diabolus non eſt aggreſſus virum ſed feminam, ſciens ꝙ femina facilius deciperetur cum ſit ſexus incautior. et citius flecteretur cum ſit ſexus mollior. et facilius vinceretur cum ſit ſexus fragilior. Quartum capitulum eſt vt non ſint curioſe. Unde apoſtolus quaſdam viduas reprehendit dicens.i. Timothei.v. non ſolum ocioſe ſed et curioſe diſcunt circuire domos. Legitur de naturis animalium ꝙ turtur amiſſo compari : ſtat in nido et raro diſcurrit. Sic vidua raro debet diſcurrere de domo in domum : ſed debet morari in nido domus proprie ſibi in ſilentio habitando. vel in nido conſcientie ſue: ipſam mundando: vel in nido ſancte eccleſie orationibus inſiſtendo. F

Circa tertium notandum eſt ꝙ melius eſt eſſe in viduitate ꝙ̄ tranſire ad ſecundum coniugium quatuor de cauſis. Primo quia maioris caſtitatis eſt indicium. Quando enim mulier totiens nubit. ſignum eſt magne incontinentie.i. Timothei. v. Adoleſcentiores viduas deuita. Cum autem luxuriate fuerint : in chriſto nubere volunt. Ibidem. Uidua eligatur que fuerit vnius viri vxor. In aliquibus enim ambus inuenitur hoc. vt poſtꝙ̄ vna moritur : reliqua alteri non ſociatur. Bernardus. Prudeat ad negocium honeſtatis rationem nō poſſe in homine ꝙ natura poteſt in volucre. Hieronymus in libro contra Jouinianum. Portia minor cum laudaretur. quedam bene morigerata que ſecundum acceperat virum reſpondit. Felix et pudica matrona nunꝙ̄ preter ſemel nubit. Secundo quia hoc eſt ſignum maioris amoris ad primū virū ꝙ̄ ſc3 amore primi mariti nullum alium vult habere. Cū enim ambo fuerint vnū corpus mortuo viro mulier remāſit ſemimortua. ⁊ ideo amplius nubere nō deberet. Refert Hierony. vt ſupra ꝙ cū valeria rogaretur ſcḋm virū accipere. Rñdit ſe hoc nō poſſe facere. qꝛ primus adhuc viuebat. Quãdiu eñ inquit vixero vir meus ſemꝑ per amorē viuet in corde meo. Idē etiā refert ibidē ꝙ cū marcia catonis nollet iterū nubere ⁊ virū defunctū ſemꝑ lugeret interrogata quem diem haberet vltimū ſui luctus ait. quē ⁊ vite vltimū. Tertio qꝛ hoc eſt ad maiorē ſecuritatē. Uidua eñ cū dñm ſui eſt in pace viuit ⁊ ſi accipit virū exponit ſe diſcrimini. qꝛ forte habebit virū rigoroſum et durū. Unde refert Hiero. vt ſupra ꝙ cū anna rogaretur vt ſecūdo nuberet. Reſpōdit nō ſe hoc facere : qꝛ bonū habuerat virū ⁊ ſi ſecundum acciperet, aut ille eſſet bonus/ aut malus. Si bonus ſemper eſſet in timore ne ipſum perderet. Si malus ſemꝑ eſſet in dolore quia poſt bonum virū tam

Universidad de Deusto Biblioteca



peſſimū ſuſtineret. Quarto quia ad ſeruiendum deo maiorem libertatem habet. i. Corinth. vii. Quinta ſine vxore eſt: ſollicit⁹ eſt que ſunt domini: et mulier innupta et virgo cogitat que ſunt dei vt ſit ſancta corpore et ſpiritu: que autem nupta cogitat que ſunt mundi quomō placeat viro. Hierony. in epiſtola ad paul. Sancta et nobilis melantia noſtri tēporis inter chriſtianos natura nobiliſſima cum caleſcente adhuc mariti corpuſculo necdū humato: duos filios perdidit rem dictu incredibilem ſed chriſto teſte nō falſam ſtetit imobilis et ad pedes abſoluta xpī quaſi ipſum teneret arriſit et dixit. Expeditius tibi ſeruitura ſum domine quia me tanto onere liberaſti.

¶ Feria.vi. hebdo. iiij. xl. Sermo primus.

Erat quidam languēs lazar⁹ a bethania de caſtello marthe et marie ſororū eius. Joā. xi. Cum quadā die chriſtus hieroſolymis pdicaret et inter cetera diceret. Ego et pater vnū ſumus iudei ipſum cum diſcipulis ſuis lapidare voluerunt. Sed ipſe de manibus eorum euadens: abijt trans iordanem longe a bethania per dietam. Dum autē ibi eſſet lazarus infirmatus: ſorores eius nuncium miſerunt domino dicentes: ecce quē amas infirmatur. B

¶ Sed quare nō iuerūt perſonaliter ſicut regulus et centurio. Ad hoc reſpōdet Chriſo. quia vehementer cōfidebant de chriſto: et ideo ſperabāt q per nūciū faceret quod petebant. Alia ratio eſt ſcōm eundē Chriſ. q; a luctu detinebantur. Tertia ratio eſt ſcōm Theophilum q non decet de facili mulieres circuire. B.

¶ Aliā queſtionē facit hic Aug. quare ſcilz non dixerunt veni et ſana: vel iube et fiet. ſicut dixit centurio qui ait. Dic tm̄ verbo et ſanabitur puer meus: ſed tm̄ dixerunt. Domine ecce quē amas infirmatur. Et reſpondet Aug. ſue Glo. q; ſufficit amanti nūciare neceſſitatē amantis quia nō deſerit quē amat. Vel pōt dici q ideo ſanitatē fratri ſuo nō petierunt ſed xpī voluntati cōmiſerunt quia neſciebāt qd magis fratri expediret vtrū ſcz ſanari vel infirmari vel mori: xpō autem nunciauit eis per nunciū infirmitas hec nō eſt ad mortem. Et tūc chriſtus in loco vbi nuncius eū inuenerat manſit duobus diebus. ideo chriſt⁹ māſit ſcōm Aug. et Chriſo. donec lazarus expiraret et ſepultus fuerit atq; feteret vt ſic miraculū magis appareret. quarta autē die dixit ieſus diſcipulis ſuis: eamus in iudeā iterū. rc. C

¶ Circa autem iſtud miraculū fuerūt quedam retrahentia. Et quedam inducentia quedam concomitantia: et quedam ſubſequentia. Retrahentia fuerunt tria ſcilicet retractio diſcipulorum qui chriſtum volebant retrahere ne in iudeā pergeret ſpem incutiendo ſibi timorem dicentes. Rabbi nunc te querebant iudei interficere et lapidare: et iterum vadis illuc. ipſi autem hoc non dicebant compatiendo chriſto: ſed maxime timendo ſibiipſis quibus reſpondit chriſtus. nonne duodecim hore ſunt diei. hic appellat ſe diē: et duodecim apſtos duodecim horas: acſi dicat hore ſequuntur diē non dies horas/ſic et vos debetis ſequi voluntatē meam/nō ego veſtram: et ſi voluntatem meā qui ſum dies ſecuti fueritis nō offendetis. et ideo dicit. Si quis ambulauerit in die non offendit. ſi autem voluntatem veſtram que eſt nox ſecuti fueritis offendetis. D

¶ Vel aliter: nōne. xij. hore ſunt diei: quaſi dicat nō debemus credere q iudei perſeuerent in voluntate me lapidandi q; ſicut hore mutabiles ſunt: ſic et affectus hoīm et frequenter ſepius mutatur cor hoīs in die q̄ hore: et ideo qui ambulat in die/id eſt in pace ſicut et ego et vos non offendit aliquē. ideo q; ſecuri eamus. Scōo volebant eū retrahere aſſignando bonam rationem. nam cum xpūs dixiſſet. lazarus amic⁹ noſter dormit. reſponderūt. dñe ſi dormit ſaluus erit. quaſi dicat ſcōm Aug. Non oportet q pter hoc vadas q; ſomnus egrotātiū eſt ſalutis indiciū. Et q̄rit hic Aug. quō diſcipuli ſic erant ſtulti q crederent xpm velle ire per tot ſtadia ad excitandū dormientē/et ſi dicet q credebāt xpm loqui in enigmate ſicut ſepe conſueuit: xpūs autē dormitione mortis intelligebat ſicut exponit euāgeliſta. E

¶ Dicūtur autē mortui dormiētes tribus de cauſis. Primo pter ſpem rōnis: quia ſicut de dormiente eſt q debeat euigilari: ſic de mortuo eſt ſpes q debeat reſurgere. i. Theſſa. iiij. Nolum⁹ vos ignorare de dormientibus vt non cōtriſtemini ſicut et ceteri q̄ ſpem nō hñt. Scōo propter facilitatem rōnis. Aug. Dñs tanta facilitate excitat te de ſepulchro: q̄ta tu excitas dormiētem de lecto. Tertio pter meliorationem immutationis: ſicut eñ dormiētes ſurgūt meliorati in meli⁹ mutati: ſic et mortui boni reſurgūt in melius immutati. i. Cor. xv. Seminatur in corruptione reſurget in corruptionem. Tertio voluerūt chriſtū retrahere oſtendēdo magnam perturbationem et hoc quādo thomas dixit: eamus et nos vt moriamur cum ipſo quaſi dicat q quo



ſe vult exponere morti moriamur omnes. ſcōm autē glo. non fuit verbū turbationis ſed amoris. vnde dicit. Ecce verus amantium affectus aut cum eo viuere aut cū eo mori. ſcōm vero Chriſo. fuit verbū formidinis et timoris oēs enim diſcipuli vt ſibidem dicit: iudeos timebāt. ſuper oēs alios thomas: ſed xpūs nō dimiſit nec pter eorū turbationē/nec pter eorum amorem: nec pter ipſorū timorē. In hoc dat nobis exēplum q ea que ſunt ad gloriā dei/et ad vtilitatem animarū non debemus dimittere/nec pter priuatum amorem: nec pter alicuius perturbationem: nec propter aliquā formidinem. F

¶ Secundo fuerunt quedam inducentia: et iſta fuerunt tria. Primum eſt honor paternus. vnde dixit infirmitas hec nō eſt ad mortem ſed ad gloriam dei. G

¶ Circa quod ſciendū q eſt quedā infirmitas que eſt ad mortē corporis tm̄ ſcz ſctōrū martyrū. Alia eſt infirmitas que eſt ad mortem aīe que eſt tm̄ pctōrū. Tertia infirmitas eſt que eſt ad mortē vtriuſq; que eſt dānatorum. Infirmitas autem lazari nō fuit ad mortem corporis quia nō fuit a morte detentus ſed reſuſcitat⁹. Nec fuit ad mortem anime quia gratia fuit plenus. Nec fuit cū morte damnatorū quia non deſcēdit ad infernum cum damnatis ſed in lymbū cum patribus ſuis ſanctis. et ideo fuit pro gloria dei vt glorificetur filius dei per illā. q; et deus per eius reſuſcitationē eſt glorificatus et chriſtus deus eſt manifeſtus. Secundū inductiuū fuit amor. Vñ dixit lazarus amicus noſter dormit. ideo diligebat ieſus lazarum et mariā et martham ſorores eius: et ſibi eſſe quādā ſpeciali familiaritate xpō fuerūt pīunctiſſimi: q lazarus vocabat eum amicum ſuum: maria magiſtrū ſuum et martha hoſpitem ſuum. H

¶ Tertiū inductiuū fuit cōpaſſionis affectus. Cōpatiebatur enim xpūs amico ſuo defuncto q̄ iacebat in tanto fetore et miſeria. cōpatiebatur ſororibus dilectis que erant in tanta triſtitia: cōpatiebatur quodāmodo ſibiipſi quia carebat pñtia tam boni amici: et ideo his tribus cōſiderationibus in tantū cōpaſſus eſt q cōpaſſionē oſtēdit verbo cum dixit. vbi poſuiſtis eū. et eſt verbum pie cōpaſſiōis quaſi dicat pater pius cōquerendo de filio defuncto et ſepulto. vbi poſuiſtis filium meum ita xpūs quadam pia conqueſtione dixit. vbi poſuiſtis amicum meum: oſtendit etiam ipſam cōpaſſionem in ſigno/quia lachrymas fudit: oſtendit in facto/q; ipſum reſuſcitauit. Tertio fuerūt quidam cōcomitantia: et iſta fuerunt tria. Primum fuit quia lapidem remouere fecit dicens. tollite lapidem. Poterat enim chriſtus ipſum facere reſurgere non remoto lapide: vel ſolo verbo poterat remouere lapidem ſed voluit vt ipſi accederent et viderent et fetorē ſentirent vt de miraculo nō dubitarent: nec dicere poſſent q fantaſma fuerit vel q alius fuerit q̄ reſurrexit. I

¶ Certificati enim ſunt per oēs corporis ſenſus ſcz per vocē qñ dixerūt. veni et vide: per viſum qñ ipſum faſciatū exire viderūt: per tactū qñ lapidē tenuerūt et vincula ſoluerunt: per auditum quando audierunt. lazare veni foras: per olfactū quando fetorem ſenſerunt. Secundum concomitās fuit q chriſtus fremuit et ſeipſum cōturbauit lachrymas fudit qđ quidē chriſtus voluit. vt ſm Theophilum/ſe eſſe verū hominem oſtenderet: quia tales paſſiōes in deū cadere non poſſunt. vel ideo hoc fecit ſm Hiero. q; dolebat q amicū ſuum ad iſtam miſeriā reuocat: vel ideo hoc fecit vt nos inſtruat q debemus cōpati miſeriis aliorum. Tertiū cōcomitans fuit q; patrē orauit dicens. pater grās tibi ago. non autem hoc fecit vt indigeret oratione q; eiuſdem poteſtatis erat cū patre/et quia multos ſanauit ſola iuſſione: ſed ideo orare voluit vt oſtenderet q non erat cōtrarius deo: ſicut iudei ſibi imponebant. Unde ſubdit. ego autem ſciebam q ſemp me audis: ſed propter populū qui circūſtat dixi. Vel ideo orauit vt oſtendat q miracula faceret virtute dei nō in poteſtate diaboli: ſicut iudei ſibi iponebāt. Vel ideo orauit vt doceret nos in noſtris neceſſitatibus ad orationis ſuffragiū eſſe recurrendum. K

¶ Quarto ponunē quedā ſubſequentia: inter illos eñ q̄ ibi aderāt: quidā erant boni ſicut diſcipuli: quidā autē mali ſicut iudei: et/de eñ miraculo boni facti ſunt meliores: q; diſcipuli in fide fuerūt amplius cōfirmati. Maloꝝ autē quidā facti ſunt boni quia ad fidē ſunt cōuerſi: ſicut ibidē habetur. Quidā facti ſunt peiores. de quib⁹ dr. Collegerunt ergo pontifices et phariſei cōſilium. rc. Quidam fuerunt dubij de quib⁹ eſt incertum vtrū fuerunt conuerſi vel nō. de quibus dr. Quidā autē ex ipſis abierūt ad phariſeos et dixerūt eis oīa que fecit ieſus: vt dicit glo. ſiue aliquid nunciando vt crederent: ſiue prodendo vt ſeuirent. Eodē modo accidit de pdicatione veritatis quia quidā de ipſa veritate de bonis efficiūtur meliores ſicut ſunt manſueti quidā de malis efficiuntur boni ſicut ad penitentiā conuerſi: quidam in ſua malitia perſeuerāt vt obſtinati: quidā nec peiores nec meliores efficiuntur/ſicut tepidi.

¶ Eadem ſexta feria quarte hebdomade quadrageſime. Sermo ſecundus.

Universidad de Deusto Biblioteca



DIligebat ieſus martham ⁊ mariam ſororem eius ⁊ lazarū. Ioannis.xi. In iſto euangelio ponūtur quedam/unde boni ⁊ iuſti debēt gaudere: quedam de quibus peccatores debent timere: quedam unde ipſi peccatores debent ſperare: q̄dam unde tribulati conſolationem debent recipere. A

¶ Boni eni audientes ꝙ a chriſto diligunt multū gaudere debent. Unde dicitur hic/ diligebat ieſus mariam ⁊c. Boni autem ſūt in vita contemplatiua: aut ſunt in actiua/ aut ſunt in penitentia. Iſte ſunt tres vie eūdi ad celum. Prima via eſt ire per viam cōtemplatiuam: et iſta ſignatur per mariā/que ad pedes chriſti ſedebat: et eius viſione et locutione paſcebatur/et iſta via eſt diuturnior ꝙ actiua: quia iſta finitur/ iſta non auffertur/ideo dicitur pars optima que nō auferetur ab ea. Actiua eni vita eſt tantum in preſenti/non in futuro. Ibi eni nō eſt neceſſe ꝙ aliquis aliquem induat: q2 veſte immortalitatis ſunt omnes induti: nec aliquem pōt ut paſcat/quia omnes ſunt ſaturitate pleni/nec ꝙ in hoſpitio recipiat: q2 omnes ſunt in ꝓpria patria cōſtituti: nec ꝙ aliquē infirmū viſitet: quia nullus ibi infirmatur nec ꝙ ad ſepulchrum vadat/qui ibi nullus moritur. B

¶ Secunda via qua itur ad celū: actiua dicta eſt: et iſta ſignificatur per martham que pauperes ⁊ peregrinos recipiebat hoſpitio: et iſta via eſt utilior et fructuoſior q̄ ꝓxima. Eſt enim utilior proximo: quia inde ſuſtentatur. Eſt utilior facienti: quia inde remuneratur. Bona eni temporalia non ſunt noſtra ꝓpria: ſed ſunt nobis accommodata: non ſunt manſura: ſed tranſitoria: non ſunt precioſa/ſed vilia: elemoſyna eni facit ut accōmodata ſint ꝓpria: quia que pauperib⁹ damus/ꝓpria habem⁹. Petr⁹ rauen. Da pauperi ut detur tibi/ quia quicquid pauperi dederis: tu habebis: quod pauperi non dederis/alius habebit. Idem. Si hic manſurus es/que tua ſunt hic depone. Si illuc iturus es: ibi que tua ſunt cur relinquis q̄ relinquenda ſeruat alienorum cuſtos eſt nō ſuoꝝ. Facit eni ea q̄ ſunt tranſitoria ut ſint perpetua: ſiue ꝓpria ⁊ ſecura. Amb. Hereditas in tuto loco ponit q̄ deo cuſtode ſeruat. Petr⁹ rauen. Quicq̄d paup accipit ꝑ celeſtis ſuſcipit ⁊ in celo recondit. Aug. Quia ſi ifferi⁹ traiectū h̄ facis cū deo tuo hic dare res perituras/ibi recipis ſine fine manſuras. Facit etiam elemoſyna vilia ut ſint precioſa/q2 terram mutat in celum: vnum vertit in centuplum. Petrus rauen. Da pauperi/ ut accipias celū: da nūmū/ut accipias regnū: da micam ut accipias totū panē: ꝗ ſibi dēt. Deus vnū accipit ⁊ centū dat et tū nō ſunt hoīes cū deo h̄ ꝓtracti. Quātū deus diligit vitam actiuā oſtēditur ꝑ hoc ꝙ non de rachel per quā ſignificatur vita cōtemplatiua ſed de lya: ꝑ quā ſignificatur vita actiua naſci voluit. Tertia via eūdi ad celum eſt per penitentiam. Si eni aliquis ꝑ mortale peccatum a vita cōtemplatiua vel actiua receſſit: vnum ſibi reſtat remediū. ſ. ꝙ recurrat ad penitētie ſuffragiū: ⁊ tūc q̄ erat mortuus per culpā/reſurgit per penitentiam. Iſti ſignificant ꝑ lazaꝝ reſuſcitatū. Diligebat igit ieſus mariā ⁊ martham ⁊ lazarum. C

¶ Qui iſtos tres diligit ferventer cōtēplantes: actualiter operantes/et a pctō reſurgentes: qui non eſt in nūero iſtoꝝ trium/a deo non diligitur: ſed odit. Iſti ſunt tres viri illi de q̄bus dicit Ezechiel.xiiij. Tres iſti viri ſi fuerint Noe/Daniel/et Iob in ſua iuſtitia liberabūt animas ſuas. Per noe qui deo archā fabricauit ⁊ in fluctibus rexit ſignificantur actiui qui ſepe fluctuationibus exponunt. Per danielem qui celeſtes viſiones aſpexit intelliguntur contemplatiui. Per iob q̄ interpretatur dolens intelliguntur penitētes qui de peccatis ſolū dolere debent. Secundo in iſto euangelio ponuntur quedā/unde peccatores debēt multū timere. Multū eni debent timere peccātes: q2 nunq̄ ꝓpria virtute a pctō poſſunt exire: ſicut nec lazarus potuiſſet reſurgere niſi dei virtute. D

¶ Et ſuper hoc ponit triplex exēplum. Primum ponitur ab Arſenio, qui dicit ꝙ hōīe ſeper ſe in foueā precipitare: ſed per ſe nō poteſt inde exire. Et illud exēplum pertinet ad auaros: de q̄bus dr̄ Eſa.xxiiij. Formido et fouea et laqueus ſuper te q̄ habitator es terre. Auarus eni ſemꝑ eſt in formidine ne diuitias ſuas perdat. Semꝑ eſt in fouea ꝓfunde cupiditatis q2 nunq̄ ꝑt ſatiari. Semꝑ illaqueatus eſt a diabolo: q2 nunq̄ vult reſiſtere. Secundum exemplum eſt Chriſoſto. qui dicit ꝙ ſicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur ubi tempeſtas voluerit: ſic homo perdito auxilio gratie dei nō facit quod vult/ſed qđ diabolus. Et illud exēplū pertinet ad luxurioſos q̄ ſunt in mari carnaliū voluptatū: q̄ licet videant dulcedīē in veritate ſunt amare. Un̄ ꝓuerb. xxiij. Ocli tui videbūt extraneas et cor tuū loquet peruerſa: et eris ꝗ dormiens in medio maris: et quaſi ſopit⁹ gubernator amiſſo clauo, .i. dei auxilio. Tertiū exemplū eſt eiuſdem Chriſ. qui dicit. Anteq̄ peccem⁹ liberi ſumus: ſed ſi ſemel operib⁹ diaboli nos obligauerimus/iam noſtra virtute liberari nō poſſumus. Sicut eni populus facit regem: cū iam factum nō poteſt expellere. Sic poſtq̄ homines thronum diaboli in cordibus ſuis poſuerunt/iam nullus ꝑt eos corrigere niſi deus: et illud exemplum pertinet ad ſuperbos qui diabolum ſuum regem fecerunt. Iuxta illud Iob.xli. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie. Tertio in iſto euangelio ponitur quedā unde peccatores multum ſperare debent. Lazarus eni erat mortuus et ſepultus et fetidus: et tamen reſurrexit ad vitam: per quod datur intelligi ꝙ q̄ntumcunq̄ ſit aliquis grauis peccator/ tū cum dei auxilio poteſt ad penitentiam reſurgere. Debet tamen quilibet deum rogare ne in peccatis profundetur. Et ſi profundatus fuerit debet recurrere ad deū ut nō demergatur. Hoc modo orabat ꝓpheta dicens. Non me demergat tempeſtas aque. ⁊c. Tunc tempeſtas aque hominem demergit: q̄n grauis tentatio pctī impellit. Tunc profundum abſorbet: quando profunditas vitioꝝ ipſum detinet. Tunc puteus ſuper eū ſuum vrget: q̄n in deſperationē duct⁹ cōfiteri non audet. Ubi dī Augu. Si cecidiſti o homo nō claudet ſuper te puteus os ſuū: ſed tu non claudas os tuum: ſed confitere et dic. De profundis clamaui ad te/et ſic euades. Non debet tamen etiam profundatus deſperare: quia ſicut dicitur in ꝑs. Dixit dominus/ ex baſan conuertam/cōuertā in profundum maris ſm̄ glo. Baſan interpretatur confuſio vel ſiccitas. Per profundum maris: ſꝫ glo. interpretatur deſperatiſſimi. Eſt ergo ſenſus/ꝙ deus ſepe cōuertit illos qui ſunt in ꝯfuſione peccatoꝝ/ ⁊ in ſiccitate gratie dei/et bonoꝝ operū/ et q.i. plapſi ſunt uſq3 ad ꝓfundum deſperationis. Quarto in iſto euangelio ſunt quedam/unde tribulati poſſunt conſolari. Chriſtus enim diligebat Mariam et Martham: et tū dimiſit eas venire in magnam tribulationem: ut per hoc detur intelligi ꝙ deus amicos ſuos in preſenti vita: multis tribulationibus exponit: quia ipſe tribulationes ſunt eis in ſignum amoris/et meritum eterne glorie. Unde ipſe tribulationes a propheta appellantur apes: ideo dicit. Circundederunt me ſicut apes. Apes eni l3 pungant/tamen mel ꝓpinant. Sic etiam perſecutiones/l3 pungant in carne/tamen dant conſolationē in mente: ꝑs. Secundum multitudinem doloꝝ meorum in corde meo: conſolat̄ue letificauerunt animam meam. Unde ipſe autem perſecutiones vocantur virga ſiue baculus dei. Eſaie decimo. Ue aſſur virga furoris mei: et baculus ipſe eſt. Solet enim pater: punire filiū virga/et poſtq̄ fuerit correctus virgam ꝓiicit in ignem/et filio dat ſuam hereditatē.



Sic deus per malos corrigit bonos/et tandem malos ꝓiicit in ignem inferni: ⁊ bonos deducit ad hereditatem celi. Et in hoc ſenſu loquitur dominus cū dicit. Ue aſſur quaſi dicat: Quia per malos / bonos corrigam: tamen ve eis: quia poſtmodū malos igni infernali tradam/et bonos ad gloriam deducam. Ab Auguſtin. autem in lib.l. homel. ipſi perſecutores vocantur torcular et mole. Unde ait. Conſidera ꝙ illi qui te perſequuntur apud deum/velut mole et torcular deputantur / tu vero quaſi oliua ⁊ vua egregia. Sicut ergo in torcularibus vua ⁊ oliua premuntur ut vinum et oleum ſeruentur et ponantur in cellario et caua: ita ꝑ nequitiam malorum illi qui boni ſunt multis tribulationibus fatigantur/ut anime corum tanq̄ vinum et oleum recondi in eterna cellaria mereantur.

## ¶ Sabbato quarte hebdomade de quadrageſime. Sermo primus.

EGo ſum lux mundi: qui ſequitur me nō ambulat in tenebris: ſꝫ habebit lumē vite. Io.viij. Sup hūc locū dt Aug. Hoc ꝙ dixit cū vbis ꝑs. pcordant dicentis. Qm̄ apud te eſt fons vite: et in lumine tuo videbimus lumē. In iſtis viſibus corporalibus/aliud eſt nomen aliud eſt fons. Fōtes fauces querunt: lumen oculi apud deū qui lumen eſt: hic eſt fons q̄ tibi lucet ut videas. Hic tibi manat ut bibas. In hoc igit euangelio ꝓmo luci ſe aſſimilat: cū dt. Ego ſum lux mūdi. Scdo oſtēdit ꝙ iſta lux homines in via moꝝ dirigit ⁊ illuminat/ cū dt. Qui ſeqtur me nō ambu. in te. ſed ha. lu. vite. Tertio oſtēdit ꝙ fulgor iſti⁹ lucis iudeoꝝ oculos excecauit. Cū eni ad illud qđ dn̄s dixit. Ego ſum lux mūdi ⁊c. debuiſſent eſſe illuminati: iꝫ potius fuerūt excecati dicēdo: tu de teipſo teſtimoniū ꝑhibes: teſtimoniū tuū nō eſt verū. Quarto abſentia huius lucis hoīes i iudicio errare facit. Un̄ ſubdit. Uos ſm carnē iudicatis ⁊c. Quinto iſta lux ſeipſum et patrem manifeſtat. Un̄ ait. Sol⁹ nō ſū: ſꝫ ego ⁊ q̄ miſit me pr̄ vnū ſum⁹. A

¶ Circa pmū notādū ꝙ xp̄s aſſimilatur luci/ex eo ꝙ omnes illuminat. Io.i. Erat lux vera q̄ illuminat omnem hoīem venientē/ ſed tamen non omnes illuminantur. Quod poteſt contingere tribus de cauſis. Uel q̄a homo in domo tenebroſa ſe ícludit. Uel q̄a oculos claudit. Uel quando obſtaculum interponit. In domo obſcura ſe inclu

Universidad de Deusto Biblioteca



Al'quando affectat ignorantiam. Unde di
Job.xxiiij. Ipſi fuerunt rebelles lumini. O
culos claudit qui non aperit voluntatem
ſuam. Daniel.decimotertio. Declinauerunt
oculos ſuos vt non viderent celum neq; re
cordarentur iudiciorum iuſtorum. Obſtacu
lum enim interponit qui habet mortalẽ cul
pam. Eſaie.lix. Iniquitates veſtre diuiſerũt
inter vos et deum. Circa ſecundum notãdũ
ꝙ iſta lux chriſti ambulantes illuminat ne
tenebras incurrãt. ideo dicit. Qui ſequitur
me non ambulat in tenebris: ſed habe.⁊c.
Ubi dicit Auguſtinus. Tenebre metuende
ſunt morum/non oculorum: et ſi oculorum
non exteriorum/ſed interiorum. Non illorũ
vnde diſcernitur nigrum ⁊ album: ſed vnde
diſcernitur iuſtum et iniuſtum. Nõ poſſunt
errare qui vadunt ad iſtam lucem id eſt chri
ſtum. B

¶ In ipſo fuerunt tria que homines defen
dunt ne errẽt in via pedum. ſ. ferramentorũ
impreſſio crucis erectio: et ſpinarum ſiue
plantarum reflexio. Chriſtus igitur fuit via
Joannis.xiiij. Ego ſum via et verita⁹. In
iſta via fuit impreſſio vulnerum. Fu˙ cru
cis erectio/id eſt crucis baiulatio. Joannis
xviij. Baiulans ſibi crucem. Fuit ſpinarum
et plantarum reflexio/id eſt de ſpinis coro
natio. Impreſſio igitur ferramentorum: id
eſt vulnerum docet nos ad currendum per
iſtam viam patienter aſpiciendo. ſ. ꝙ ipſe
fuit actor et conſummator vulnerum. Heb.
xij. Deponentes omne pondus et circũſtã
nos per patientiam curramus ; peccatum
ad propoſitum nobis certamen: aſpicientes
in actorem fidei et conſummatorem ieſum
Inſpectio crucis debet nos inducere ad eũ
dum in via mandatorum dei valde gauden
ter: vnde apoſtolus. Qui ꝓpoſito ſibi gau
dio ſuſtinuit crucem omni confuſione con
tempta. Inſpectio corone ſpinee debet nos
inducere ad eundum perſeueranter et infa
tigabiliter. Judei enim contradixerunt eum
regem eſſe. Joannis xix. Non habemus re
gem niſi ceſarem: et ideo in ſignum deriſio
nis coronã ſpineam ſibi impoſuerunt. Iſta
igitur cõtradictio et deriſio ieſu chriſti de
bet nos inducere ne deficiamus in via per
aduerſa aliqua: vnde ſubdit apoſtolus. Re
cogitate eum qui talem ſuſtinuit aduerſus
ſemetipſum a peccatoribus contradictio
nẽ vt non fatigemini animis veſtris defi
cientes: vnde dicit gloſ. Augu. Omnia bo
na terrena contempſit chrs/vt in illis non q̃
reratur felicitas: et omnia mala terrena ſuſti
nuit/vt in illis non timeretur infelicitas.
C ¶ Circa tertium notandum ꝙ iudei fue
runt de natura noctue: que ad lucem excecan
tur. Sic et ipſi cum debuiſſent illuminari
effecti fuerunt excecati. Unde dixerũt. Tu de te
ipſo teſtimonium dicis: teſtimonium tuum
non eſt verum. Chriſtus oſtendit eis ꝙ teſti
monium patris et ſuum eſt in lege: ſcriptum
ꝙ in ore duorum vel trium ſtat omne ver
bum. Uerum eſt tamen ꝙ in cauſa propria
non accipitur teſtimonium alicuius: ſed in
cauſa aliena: quia homo poteſt fallere ⁊ fal
li. In deo autem non ſic: quia nec in cauſa
ſua/nec in cauſa noſtra/poteſt fallere nec
falli. Sic enim obſcuritas facit nos errare cir
ca res cognoſcendas: lux autem non poteſt
errare/nec circa ſe/nec circa alia: quia in ve
ritate ſe et alia manifeſtat. Sic et homo cũ
ſit in tenebris ignorantie/ſepe poteſt falle
re et falli. Deus autem cum ſit lux nec falli
nec fallere poteſt. In hoc autem ꝙ iudei di
xerunt chriſto teſtimonium tuum non eſt
verum: imponebant ei mendacium. Nam
aliquando imponebant ſibi mendacium in
ore/ſicut hic. Aliquando peccatum in cor
de. Joannis.ix. Nos ſcimus quia hic homo
peccator eſt. Aliquando tranſgreſſionem i
opere: ibidem. Non eſt hic homo a deo qui
ſabbatum non cuſtodit. Magna veſania eſt
imponere mendacium veritati. Jacobi.i. eõ
Sermo tuus. i. filius tuus veritas eſt. Im
ponere peccatum ſanctitati. Danielis nono.
Uocatur ſanctus ſanctorum. Imponere trã
greſſionem ſabbati domino. Chriſtus enim
inſtitutum deus dominus erat ſabbati. Mat
thei.xij. Dominus eſt filius hominis etiam
ſabbati. Circa quartum notandum eſt ꝙ ab
ſentia veri luminis facit errare hominem
in iudicijs et dicat vba mala eſſe bona ver
ba. Unde dicit. Uos ſm carnem iudicatis.
Illi enim qui non habent lucem gratie ⁊ ſa
pientie/dicunt diuitias et delicias ⁊ hono
res eſſe vera bona. D

¶ Sed ꝙ iſti errent patet: diuitie enim tem
porales non ſunt vere diuitie/quod patet in
morte et poſt mortem. Nam in morte dedu
cunt hominem ad denudationem ⁊ ſummã
paupertatem. Job.i. Nudus egreſſus ſum
de vtero matris mee/nudus reuertar illuc.
Idem.xvi. Saccum conſui ſuper cutem
meam: et operui cilicio carnem meã. Mor
tui enim ſacco et cilicio inuoluuntur. Poſt
mortem vero deducunt ad extremam penu
riam. ſicut patet Luce.xvi. de illo diuite qui
ad tantam deuenit penuriam/ꝙ nõ potuit
hẽre guttã aq. Sic et delicie carnales nõ ſunt
vere diuicie: qđ pꝫ in morte ⁊ poſt mortẽ.
Nã in morte corpus/in delicijs nutrimẽtũ
deducunt ad vermium comeſtionẽ. Job.xxi
In puluere dormient/et vermes operient
eos. Poſt mortem deducunt animam ad ti
nearum et vermium corroſionem. Eſa.xiiij.
Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua. Con
cidit cadauer tuum ſubter te ſternetur tinea
et operimentum tuum erunt vermes. Simi



liter honores mundani non ſunt veri hono
res: quod patet in morte et poſt mortem.
Nam in morte deducunt ad ſuppeditationẽ
quia illi qui alios ſuppeditabant: tandem
in morte ab alijs ſuppeditabuntur: quando
ſcꝫ tranſeuntes homines/et beſtie/⁊ ſerpen
tes ⁊ vermes ſuper eorum foueam gradien
tur. Eccli.x. Cum enim morietur homo here
ditabit ſerpentes et ſimes ⁊ beſtias. Poſt
mortem vero deducunt ad laſcum infernã
lis ꝓfunditatem. Eſa.xiiij. Qui dicebas in
corde tuo in celũ ꝯſcendã ⁊c. Ideo ſequitur
Ueruntamen ad infernũ detraheris in pro
fundum laci. Chriſtus autem qui lucem di
uine ſapientie habet/dat iudicium verum/
et indicat iſta falſa eſſe. Unde poſtq̃ dixit.
Uos ſm carnem iudicatis/ſubdit. Ego nõ
iudico quemq̃. ſcilicet ſm carnem. et ſi iu
dico ego: iudicium meum verum eſt. Ponit
autem verum iudicium de ſupradictis. ſ. de
diuitijs et delicijs et honoribus: cum di
cit Matthei.vi. Nolite theſaurizare vobis
theſauros i terra/vbi erugo et tinea demo
litur/⁊ vbi fures effodiunt. Nõ ſunt enim ve
re diuitie que ab erugine conſumuntur. Nõ
ſunt vere delicie: quia corpora delicate nu
trita a tineis et vermibus comeduntur. Nõ
ſunt veri honores: quia homines exaltati
in terra effodiũtur: et fures. i. demones om
nem gloriam ipſorum furantur. Circa quin
tum notandum ꝙ lux manifeſtat ſe et omnia
alia. Sic et chriſtus manifeſtauit ſeipſum
et patrem ſuum. Unde ſubdit. Ego ſum qui
teſtimonium perhibeo de meipſo: et teſtimo
nium perhibet de me qui miſit me pater.
Et cum iudei interrogaſſent/vbi eſt pater
tuus: reſpondit. Neq; me ſcitis neq; patrem
meum ſcitis. Que verba exponit Auguſti
nus dicens. Quando video aliquem alicui
ſimilem/quotidiana locutio eſt/ſi hunc vi
diſti/illum etiam vidiſti. ꝓpter ſuam ſimili
tudinem. Sic et ipſe chriſtus dicit. Si me
ſciretis et patrem meum ſciretis: non ꝙ pa
ter ſit filius/ſed quia patri eſt ſimilis filius
Deinde Auguſtinus ſubdit. Hoc autem ver
bum forſitan videtur eſſe verbum dubitatio
nis. Homines vero de rebus quas certas
habent. Aliquando verbum dubitationis
ponunt/velut ſi indigneris ſeruo tuo/et di
cas; contemnis me conſidera: forſitan domi
nus tuus ſum. Sic et dominus non dubitã
do increpat infideles/cum dicit. Forſitan
et patrem meum ſciretis. E

¶ Notandum autem ꝙ de patre nobis tria
incognita erant. ſ. gloria eius: quia nullum
ad ſuam gloriam recipiebat. Gratia eius/q̃
nullum ſibi reconciliabat. Ueritas ⁊ ſapien
tia eius: q: nulli viã eundi ad celũ demon
ſtrabat. Sed iſta tria chriſtus nobis mani
feſtauit ⁊ ſecum portauit. De quibus dicit
Joannis p̃mo. Uidimus gloriã eius gloriã
quaſi vnigeniti a patre/iſtud refertur ad p̃
mum. Plenum gratie/iſtud refertur ad ſe
cundũ. Et veritatis/iſtud refertur ad tertiũ

¶ Eodem ſabbato quarte heb
domade quadrageſime.
Sermo ſecundus.

EGo ſum lux
mundi. Joannis
octauo. Secundũ
beatum Auguſti
num tanta eſt vni
tas capitis ad mẽ
bra et membrorũ
ad caput ꝙ aliq̃ñ
caput aſſumit per
ſonam membrorum.
Juxta illud Actuum.ix. Saule ſaule: quid
me perſequeris. Aliquando membra noſan
tur ex parte capitis. Juxta illud Ps. Nolite
tangere chriſtos meos. Multo fortius tan
ta eſt vnitas inter matrem: ſcꝫ beatam vir
ginem et eius filium ieſum chriſtum: ꝙ il
lud quod dicitur de filio poteſt matri cõue
nire. Unde verbum ꝓpoſitum. Ego ſum lux
mundi. licet dictum ſit de filio/tamen ⁊ ma
tri conuenire poteſt. B

¶ Eſt enim chriſtus lux mundi que illuminat
et non illuminatur. Eſt etiam mater lux mũ
di/quia eſt lux per quam mundus illumina
tur. Qualiter aũt ipſa ſit lux mũdi Salomõ
admirando oſtẽdit/dicens Can.vi. Que eſt
iſta q̃ aſcẽdit ſeu ꝓgredit quaſi aurora con
ſurgẽs/pulchra vt luna/electa vt ſol/terri
bilis vt caſtrorum acies ordinata: ecce qua
liter eſt lux mũdi. In mũdo enim ſunt quidã
tribulati: quidã tentati/quidam pctõres: ⁊ q
quidam iuſti. B

¶ Ipſa quidẽ eſt peccatorib⁹ ſicut aurora
q: eis dat radiũ ſue mĩe. Tribulatis eſt ſicut
luna: q: eis dat radiũ ſue ꝯſolationis. Ipſa
iuſtis eſt ſicut ſol/q: eis dat radiũ gr̃e. Ipſa
tentatis eſt ſicut acies terribilis: q: demo
nes expellit fulgore ſue maieſtatis. Pro ſig
tur eſt pctõrib⁹ ſicut aurora: q: dat eis ra
diũ mie ſue. Sicut enim aurora tenebras ex
pellit ⁊ lucẽ adducit: ſic ei⁹ mĩa a pctõrib⁹
expellit noctẽ culpe/et dat eis lucẽ gr̃e. Jo
uocat mr̃ mĩe/q: deus in ꝑtãte ſua tradidit
facere oẽs mias. Ipſa aũt in ſuis miſericor
dijs non eſt auara/ſed multũ liberalis ⁊ lar
ga/iuxta illud qđ dicit puerb.xxi. Manum
ſuã aperuit inopi ⁊ palmas ſuas extẽdit ad
pauperẽ. Si eſſet aliq̃ dña q̃ ſemp brachiũ
ſuũ extenderet ad paupes/⁊ man⁹ apertas
teneret ⁊ ipſas plenas manus hẽret: multum
liberalis eſſet. Per iſtũ modũ loquitur Sa
lomon de muliere forti. i. de beata virgine/
q̃ ſic fuit fortis ꝙ deum de celo traxit/⁊ dia

Universidad de Deusto
Biblioteca



volum dicit. Iſta igitur mulier fortis ver
ſus peccatores tenet brachium extenſum:
quia eius mīa ad oīa extēditur vniuerſali
ter. Tenet manum apertā nō clauſam. quia
ſuas mias non dat difficulter ſ; valde fa
ciliter. quia non multum nec diu facit ſero
gare. Habet manus plenas elemoſynis q̄
ſuas miſericordias largiter dat ⁊ abundan
ter. Si quis ergo eius miſericordiam non
habet beate marie nō ſputet poſtq̄ ipſa bra
chiū extendit dando vniuerſaliter. poſtq̄
manū plenā h; dando abūdāter: poſtq̄ ma
nū õ; dādo faciliter. Illud igitur officium
dandi ⁊ faciendi miſericordias de⁹ ſibi cō
miſit. Sicut eñ in curia pape quedā cōce
dunt littere ſimplicis iuſticie. quedā pure
gratie. quedā mixte. ſ. q̄ videntur iuſticiā
et gratiam continere. ſic deus in ſua curia
tres h; cancellarios. C

¶ Unū cui cōmiſit dare līas ſimplicis iu
ſticie. Iſte eſt michael q̄ alas ponderat ſm
menſurā bonorū vel malorum operū. Dat
menſurā ſupplicij vel celeſtiū premiorum.
Alius cācellarius eſt cui cōmiſit deus da
re litteras mixtas. ſ. iuſticie et gratie. Iſte
eſt beatus petrus qui eſt ianitor celi. vbi
ſunt due porte. ſ. iuſticie ⁊ per quam ingre
diuntur qui ſaluantur ex operib⁹ iuſticie.
Quā poſtā pphēta ſibi aperiri petit dicēs
aperite mihi portas iuſtī. ⁊c. Alia eſt porta
gratie per quā ingrediuntur illi qui ſaluan
tur ex ſola gr̄a dei ſicut ſunt pueri baptiza
ti. Beata autem virgo eſt cancellaria dei
cui cōmiſit deus dare miam ⁊ gr̄am. Ideo
talem cancellariam debemus ſepe inuocā
re ⁊ dicere. Eya ergo aduocata noſtra illos
tuos miſericordes oculos ad nos cō. Secūdo
tribulatis eſt ſicut luna. q̄ eis dat radium
conſolationis ſue. Luna enim habet virtu
tem ſupra mare ſic ⁊ ipſa ſuper tribulatos
et amaricatos. Et ſicut luna lucet in nocte
ſic ⁊ ipſa ſubuenit in tribulatione. D

¶ Dicitur autem pulchra vt luna. Luna
enim tunc eſt pulchra quando eſt plena: et
tunc tota nocte lucet. Quando autem luna
non eſt plena modo lucet in principio no
ctis. modo in medio modo in fine. ſic etiā
ſunt quidam ſancti qui adiuuant tribula
tos aliquando in principio tribulationis
conſtantiam in tribulatione tribuendo. Ali
quando vero permittunt eos tribulari et
temptari in principio. ſed tamen iuuant in
medio perſeuerantiam dando. Aliquando
dimittunt eos tribulari in principio et in
medio ⁊ adiuuant in fine. ne ſc; per impa
tientiam cadant victoriam eis conferendo.
Uirgo autem mariā eſt ſicut luna plena
que adiuuat in principio temptationis et
tribulationis dando conſtantiam. Adiu
uat in medio. dando perſeuerantiam. Adiu

uat in fine. dando coronam ſeu victoriam.
Nec mirum ſi iſta luna lucet tribulatis et
obſcuratis: quia etiam fuit tribulata et ob
ſcurata. et ideo ſcit melius tribulatis com
pati et miſereri. E

¶ Secundū Augu. luna tripliciter obfuſca
tur. aut quando eſt vacua: aut quando eſt
nube tecta aut quando eſt eclipſata. F

¶ Beata virgo in hac vita habuit tres
tribulationes. Una fuit quando herodes
puerum interficere voluit ⁊ ipſa in egyp
tum fugit. tunc enim iſta luna omnino con
ſolatione fuit vacua. quomodo enim con
ſolatio ſibi eſſe poterat quando ipſa puel
la delicata de partu paulo ante ſurrexerat
et in terram longinquam per vias aſperas
cogebatur fugere. et quando inter idolola
tras compellebantur manere. et quando
puerum ſic tenerum cogebatur circumfer
re. Secundam triſticiam habuit quando
filium ſuum amiſiſſe credidit timens ne
in manus hoſtium deueniſſet. vel ad lon
ginquas partes gentes cōuertendas acceſ
ſiſſet vel ad patrem celeſtem ſine redem
ptione humani generis rediuiſſet et tunc
fuit nube tecta quia nubes obſcura dolo
ris et triſticie eius animam occupauit. Un
de ipſa dicit. pater tuus et ego dolētes que
rebamus te ⁊c. Tertiam tribulationem ha
buit in filij paſſione. ⁊ tunc luna fuit eclip
ſata. Luna autem quando eclipſatur tota
ſanguinea videtur. et ipſa in filij paſſione
fuit gladio doloris vulnerata. iuxta illud
Luce. ij. Et tuam ipſius animam pertranſi
bit gladius. Item Iohel. ij. Sol. i. chriſtus
conuertetur in tenebras ſc; per mortem. et
luna. id eſt beata. Maria in ſanguinem per
dolorem. G

¶ Tertio iuſtis eſt ſicut ſol quibus mittit
radium gratie ſue. Illuminat enim eos per
exemplum ⁊ beneficium. Per exemplum
quidem quia eſt ſpeculum diuinum in quo
nos debemus ſpeculari. Sap. vij. Candor
eſt enim lucis eterne ⁊ ſpeculum ſine ma
cula. Speculum enim fit de vitro ⁊ plum
bo. Per vitrum quod eſt lucidum intelli
gitur virginitas eius per plumbum quod
eſt humilius ⁊ habet colorem cinereum in
telligitur eius humilitas: et ſicut vitrum
per ſe vel plumbum per ſe non facit ſpecu
lum niſi coniungantur nec reſultat in ago
ſic nec Marie humilitas ſine virginitate
nec virginitas ſine humilitate feciſſet eam
ſpeculum dei vt in ea reſultaſſet chriſtus
qui eſt imago dei niſi adinuicem iuncta
fuiſſent. ſcilicet humilitas cum virginita
te. et virginitas cum humilitate: et ſicut
ſpeculum recepit illum qui fecit. ſic et
ipſa in ſuo vtero habuit illum qui ſe crea
uit. Eccleſiaſtici. xxiiij. Qui creauit me re



quieuit in tabernaculo meo. ⁊c. In iſto igi
tur ſpeculo omnes debent proſpicere et
maculas ſuas videre. nam ſuperbi cogno
ſcent ibi ſuperbiam ſuam et maculam re
ſpiciendo ad ſuam humilitatem. luxurioſi
ad ſuam virginitatem. auari ad ſuam pau
pertatem quam ſancta fuit ei⁹ vita ad quā
ſpeculari debemus: oſtendit. Hiero. in epi
ſtola ad cromacium et eliodorum. Dicit
enim quod ipſa a mane vſq; ad tertiam o
rationi inſtabat poſtmodū ab oratione ſur
gens a tertia vſq; ad nonam operi manuū
vacabat. poſt modum intermittens ope
ra manuum iterum ad orationes redibat ⁊
inde non recedebat donec angelus venie
bat qui ſibi cibum miniſtrabat cum quo
conſolationem ſuam habebat. Et hoc ſibi
exēplum habemus vt inſiſtemus orationi
et operationi. et quod libentius conuerſe
mur cum viris angelicis quam cum viris
diabolicis. Secundo lucet omnibus per
beneficium et dat beneficia illa de quibus
dicitur Eccleſiaſtici. xxiiij. Ego mater pul
chre dilectionis et timoris ⁊ agnit. ⁊ ſcē
ſpei. Dat eis dilectionem per quam inflam
mantur. Dat eis timorem per quam hu
miliantur. Dat eis agnitionem per quam
illuminantur. Dat eis ſanctam ſpem per
quam ad ſperandū celeſtia animantur. H

¶ Quarto temptatis eſt ſicut acies ordi
nata. quibus dat radium ſue defenſionis.
Eſt enim demonibus terribilis denomina
tio eius. ſalutatio eius et laudatio eius.
Quandocunq; enim ipſam nominamus vt
ſalutamus vel laudamus protinus demo
nes territi fugiunt. Quando enim diabo
lus audit nomen eius. ita eſt ac ſi ſentiret
baculum vel clauum cum quo perculere
tur Numeri. xxiiij. Conſurget virga de iſ
rael et percutiet duces moab. Quando au
dit eius ſalutationē. ita eſt ac ſi audiret to
nitruum quo terreat. Io. Uox tonitrui tui
in rota. Tunc eſt diabolus tanquam infir
mus terretur. Quando vero audit eius lau
dationem. ita eſt ac ſi audiret ſeu ſentiret
gladium quo iugularetur. Hoc figuratum
eſt Iudith. xvi. vbi dicitur q̄ ipſa pugione
amputauit caput holofernis. Si igitur gra
uemur a diabolo ſiue a tyranno ſiue a cor
pore noſtro ad ipſam curramus. ad ipſam
appellemus. ipſa enim eſt domina et augu
ſta ſiue imperatrix. ⁊ intermiſſis omnibus
intermedijs ſanctis ad ipſam appellare li
cet. ſiue quis grauetur a diabolo ſicut pa
tet in theophilo qui a diabolo deceptus
⁊ anguſtiam appellauit ⁊ ſtatim liberatus
fuit. Siue quis grauetur a tyranno hoc ſi
gnatū eſt in mardocheo qui ab aman gra
uabatur ⁊ ad heſter auguſtam appellauit ⁊
aman condemnatus. et mardocheus libe

ratus fuit. Siue quis grauetur a carne ſua
ſicut patet in maria egyptiaca que cum
eſſet voluptati dedita ad auguſtam appel
lauit et mox ſibi caſtitatem conceſſit. Siue
quis grauetur a iuſticia dei. Unde legitur
in vita beati dominici quod cum chriſtus
contra mūdum multum eſſet iratus virgo
ei dixit. bone fili non debes cum eis agere
ſecundum iuſticiam tuam ſed ſecundum
miſericordiam tuam ⁊ ſic ille ſententiam
reuocauit. Et ita in omni tribulatione ad
eam appellare propter quod licet dicit
Ber. Sileat miſericordiam tuam virgo bea
ta quicunq; te inuocatam in ſuis neceſſita
tibus meminerit defuiſſe.

¶ Dominica in paſſione Sermo
primus

Quis ex vo-
bis arguet me de pe
cato ſi veritatē dico
quare non creditis
michi? Io. viij. Una
magna cā quare iu
dei chriſtum perſe
quebantur erat ex eo
quod veritatem pre
dicabat quam ipſi recipere nolebant. ideo
dicit: ſi veritatem dico quare non creditis
michi. B

¶ Ille enim qui predicat veritatem doctri
ne d; habere ſanctitatem vite. ideo premit
tit quis ex vobis arguet me de pctō? Non
enim potuit argui de pctō cordis quia ſēp
hūit cogitationes ſanctas. nec de peccato
oris quia ſemp hūit locutiones diſcretas.
nec de pctō operis: q: ſēper habuit opera
tiones iuſtas. nec de pctō omiſſionis: quia
nullū bonū qđ facere debuit omiſit. nō de
pctō originis q: nullū pctm̄ originale cō
traxit ſed fuit ſanctus conceptus ⁊ ſctūs in
partu. Talis igitur qui habet talem ſancti
tatem vite ſecure poteſt predicare verita
tem doctrine. B

¶ Ponit autem dominus in iſto euangelio
quattuor veritates quibus tamen iudei cō
tradixerunt quarum due veritates ſpe
ctant ad nos alie due ad ipſum. Prima ve
ritas eſt per quam oſtendit cām quare quī
dam audiunt verbum dei. et quidam non
audiunt. cum dicit. qui ex deo eſt non natu
ra ſed fide. timore. et amore. verba dei au
dit. Ille vero qui veraciter in deum cre
dit. et veraciter deum timet et diligit vera
citer verba dei audit. Qui vero non ha
bet fidem nec amorem nec timorem dei. ſi
cut erant iudei audire non h; id ſubdit.
ideo vos non auditis q: ex deo non eſtis.
Illi veritati iudei i neſcierunt ; cōtradice
re verbis iō cōtradixerūt iniurioſis dictis

bonne bene diximus nos quia ſamaritanus es ⁊ tu demonium habes. Unum iſtorum negauit, ſcilicet demonium ſe habere. aliud conceſſit. ſcilicet ſamaritanum ſe eſſe. Samaritanus enim interpretatur cuſtos. Iſte autem bene dici cuſtos de quo dicitur ps. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra ⁊c. Negauit autem aliud ſcilicet quod demonium haberet: quia continebat infamiam. ſcilicet quod demonium haberet quia talem infamiam non poterat ſuſtinere, non negauit illud in quo nulla erat infamia: ⁊ poterat ſuſtinere ſcilicet quod eſſet ſamaritanus. In hoc enim dat nobis exemplum ne ad omnia que de nobis dicuntur riſdeamus ſed ſi talia ſint que poſſint tolerari debemus diſſimulare. Si vero infamiam imponant poſſumus nos humiliter excuſare. Secunda veritas fuit per quam chriſtus oſtendit virtutem ⁊ efficaciam quam habent verba dei cum dicit. amen amen dico vobis. ſi quis ſermonem meum ſeruauerit mortem non videbit. i. non experietur in eternum. Per hoc autem quod dicit in eternum. oſtendit ſe non intelligere de morte corporis ſed alia. In hoc oſtenditur magna chriſti benignitas quia illos quibus tunc receperat conuicium non negauit ſue doctrine beneficium. Iſti veritati iudei contradixerunt inferendo iniuriam cum dicunt nunc cognouimus quia demonium habes allegando rationem falſam: cum dicunt abraham mortuus eſt ⁊ prophete. ⁊c. Fundabant enim ſuam rationem ſuper falſum. ſcilicet quod chriſtus dixiſſet de morte corporali quod tamen intellexerat de morte eterna. Due autem veritates ſunt ad ipſum pertinentes. Una eſt per quam oſtendit ſuam natiuitatem eternalem: qua eternaliter natus eſt de patre ſine matre, ⁊ ſuam natiuitatem corporalem qua temporaliter natus eſt de matre ſine patre cum dicit abraham pater veſter exultauit ut videret diem meum vidit ⁊ gauiſus eſt. ſecundum enim glo. poteſt intelligi de diem ſue eternitatis. vel de die ſue equalitatis: qua in carnem venit: ⁊ utrumque deus abrahe reuelauit vnde immenſum gaudium habuit. dixerunt iudei ſuperius quod chriſtus non erat maior abraham qui tamen mortuus eſt. ⁊ chriſtus oſtendit ſe eſſe maiorem inquantum eternaliter natus de patre. ⁊ inquantum natus temporaliter de matre. quia utrunque diem abraham tanquam fidelis ſeruus dei ſiderauit videre. Iſti veritati iudei contradixerunt reſpondentes cum ira ⁊ cum ſuppoſitione falſa dicentes. quinquaginta annos nondum habes ⁊ abraham vidiſti: ſupponebant enim falſum. ſcilicet quod chriſtus dixiſſet ſe vidiſſe abraham in preſenti vita oculo corporali quod tamen non dixerat. C

¶ Sed cum chriſtus tunc haberet. xxxiij. annos quomodo iudei dixerunt eum eſſe quinquagenarium. Una cauſa eſt quia iudei erant irati: ⁊ ira impedit animum ut non poſſit cernere verum. Alia cauſa eſt: quod chriſtus licet iuuenis eſſet tamen videbatur quodammodo antiquus. tum propter nimiam morum grauitatem. tum propter nimiam corporis laſſitudinem ⁊ aſperitatem quas ſepe in corpore fuerat expertus. Alia cauſa poteſt eſſe: quia ſi homo iuuenis appellatur ſenex iniuriam ſibi reputat fieri. Iudei ergo iniuriam chriſto credebant facere ⁊ dicere. quia ipſum ſenem vocabant. Secunda veritas pertinens ad ipſum fuit per quam oſtendit ſuam cum patre eternitatem. cum dicit. Amen amen dico vobis antequam abraham fieret ego ſum non dixit antequam abraham eſſet: quia abraham a deo fuit factus non dixit etiam ego ſum factus quia chriſtus inquantum deus non fuit factus ſed ab eterno patre genitus. Huic veritati iudei non contradixerunt verbis contumelioſis vel ratione ſuppoſitionibus falſis quemadmodum contradixerunt tribus veritatibus ſupradictis: ſed contradixerunt huic veritati iniurioſo facto volentes eum lapidare tanquam blaſphemum ſed chriſtus abſcondit ſe et exiuit de templo, ideo exiuit ab eis ut auferret ab eis cauſam ſcelendi. Uel ideo exiuit quia noluit mori lapidibus ſed crucifixus Uel ideo exiuit: quia adhuc non venerat hora patiendi. D

¶ Ex ſupradictis patet quod iudeis odioſa erat veritas ⁊ quod chriſtus furentibus cedebat. Ueritas enim multis eſt odioſa. Ita enim eſt de veritate ſicut de luce, odore, ⁊ ſapore Lux enim eſt amabilis oculis ſanis. ſed odioſa egris. Odor hominem recreat ſed ſerpentem fugat. Panis palato ſano eſt ſapidus. ſed infirmo eſt penoſus Ueritas igitur eſt odioſa ſuperbis: ſicut lux oculis lippis. Si enim predicatur ſuperbo de humilitate: talis veritas eſt ſibi odioſa. Et cauſa eſt quia lippitudo ſuperbie facit hanc lucem diſplicere. Eccl. xiij. Abhominatio eſt ſuperbo humilitas. Secundo veritas eſt odioſa luxurioſis: ſicut odor ſerpenti. Si enim predicatur eis de odore puritatis talis odor diſplicet ſibi. Et cauſa eſt: quia conſueuerunt ſtare in fetore luxurie. Eccl. xxi. Audiet luxurioſus et diſplicebit ei. Tertio veritas eſt odioſa auaris: ſicut panis palato corrupto. Si enim predicatur eis contemptus terrenorum talis panis doctrine/licet in ſe ſit ſuauis eis tamen videtur execrabilis. Eccl. xiij. Execratio diuitum pauper. Cauſa eſt quia habent palatum anime corruptum. ideo non poſſunt ſentire ſaporem celeſtium. i. Cor. ij. Animalis homo non percipit ea que ſunt ſpiritus dei. Secundo chriſtus a iudeis furentibus recedebat per quod datur nobis exemplum ut a furentibus nos



ſubtrahamus ne ipſorum iram amplius inflammemus. E

¶ Habuit autem chriſtus contra furorem iudeorum quinque remedia. ſicut patet in hoc euangelio. Primum eſt patientiam ſeruare. Unde cum plures iniurias audiuerit ſcilicet quod demonium habebat Ipſe tamen patientiam in omnibus ſeruabat. Nec habuit aliquem motum in animo. nec aliquem motum oſtendit in ſigno. nec in verbo. nec in facto. Unde dicitur. Ysa. xlij. Non erit triſtis in animo nec turbulentus in exteriori ſigno. nec clamabit verbo. Calamum quaſſatum non conteret in facto aliquo iniurioſo. Secundum remedium fuit tacere. Ubi cum iudei dixiſſent quod haberet demonium ⁊ quod eſſet ſamaritanus ipſe omnino tacuit. Sciebat enim quod illud dediſſet iudeis occaſionem litigandi ⁊ materiam. quia ſi dixiſſet non ſum ſamaritanus forte iudei ſibi reſpondiſſent immo es ſamaritanus quia ſamariam iuiſti. ⁊ cum eis bibiſti comediſti cum eis commoratus eſt eis. ⁊ eis predicaſti. Et iſte eſt etiam conueniens modus extinguendi ignem furentis ſcilicet tacere ⁊ cum talibus non litigare. Sicut enim ignis extinguitur quando ligna ſubtrahuntur ſeu non apponuntur: ſic ira furentis annichilatur quando nichil reſpondetur, prouer. xxvi. Cum defecerint ligna extinguetur ignis: ⁊ ſuſurrone ſubtracto iurgia quieſcunt. Quando vero quis litigat ligna parat. Eccl. viij. Non litiges cum homine linguato: ⁊ non ſtrues in ignem illius ligna. Greg. Imitationem gloriſius eſt iram tacendo fugere quam reſpondendo ſuperare. Tertium remedium quod habuit chriſtus fuit pacifica verba reſpondere. Cum enim iudei verbum tam iniurioſum ſibi dixiſſent. ſcilicet quod demonium haberet ille patienter reſpondit eis dicens. Ego demonium non habeo. Et iſte eſt conueniens modus extinguendi iram furentis ſcilicet pacifica reſpondere. Cor enim iracundum eſt ſicut olla bulliens prouer. xv. Os ſtulti ebullit ſtulticiam. Sicut igitur ceſſat ebullitio olle quando aqua frigida apponitur: ſic ceſſat ebullitio ire quando pacifica verba que ſunt refrigerativa reſpondentur. prouer. xv. Reſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem. Quartum remedium quod habuit chriſtus contra iudeos furentes quod voluit ſe ab eis abſentare. Et hoc fuit quando ſe abſcondit et ab eis exiuit. Grego. Exemplo domini nos nobis loquitur ut cum etiam reſiſtere non poſſumus: iram ſuperbientium declinemus. Et iſte eſt ſimiliter conueniens modus extinguendi iram furentis: ab eius ſcilicet facie recedere Sicut enim olla que fortiter bullit ſi ab igne elevatur ceſſat eius ebullitio. Sic quando ille contra quem furitur ab eo ſubtrahitur ceſſat ebullitio ſcilicet ire inflamatio. Prouer. xx. Honor eſt homini qui ſeparat ſe a contentionibus omnes autem ſtulti miſcentur contumelijs. Quintum remedium quod habuit chriſtus contra iudeos furentes fuit beneficia impendere. Unde poſtquam iudei dixerunt eum demonium habere. Ipſe tamen propter tantam proteruiam non ceſſauit eis impendere ſalutaria documenta dicens. Si quis ſermonem meum ſeruauerit. ⁊c. Ubi dicit Gloſa. hic diſcat homo ieſus non malum reddere ſed bonum. Et ille eſt conueniens modus extinguendi iram furentis. ſcilicet beneficia exibere. Rom. xij. ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum ſi ſitit potum da illi hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius. Iſti carbones ignis ſecundum Glo. ſunt vel fervores charitatis ad quam amplius incitatur. Uel amor ſpiritusſancti ad quam inflammatur. Uel ardor penitentie: ad quam prouocantur.

¶ Eadem dominica in paſſione Sermo ſecundus.

TUlerunt lapides iudei ut iacerent in eum ieſus autem abſcondit ſe ⁊ exiuit de templo, Omnia que chriſtus dicebat et faciebat ad noſtram vtilitatem conuertebat. ⁊ ad noſtram inſtructionem. Si enim dicebat verba conuertebat ea ad noſtram inſtructionem. Si faciebat miracula conuertebat illa ad noſtre fidei confirmationem. Si prebebat exempla conuertebat illa ad noſtram informationem: ſicut patet hic quando chriſtus a iudeis furentibus ſe abſentauit dans nobis exemplum quod et nos ſimiliter faciamus. In verbo ergo premiſſo duo tanguntur Primum eſt iudeorum magna malicia qui chriſtum voluerunt lapidare. Secundum eſt magna chriſti patientia qui eis voluit cedere. A

¶ Circa primum ſciendum quod iudei quatuor mortes chriſti pati voluerunt Primo enim cum voluerunt occidere cum adhuc eſſet paruulus ſcilicet tempore herodis. Secundo voluerunt eum de quodam montis ſupercilio precipitare, ut ſic confracto cerebro et capitis colliſione moreret ſicut habetur Luce quarto. Tertio voluerunt ipſum lapidare ſicut patet hic. Quarto voluerunt

Universidad de Deusto Biblioteca



ipſum crucifigere et crucifixerunt. Multi autem ſunt qui hodie iſtis quatuor modis chriſtum occidunt. Primo cum eſt adhuc paruulus. Chriſtus enim paruulus eſt in illis qui de nouo ad penitentiam conuertuntur. De quibus dicit Galat. iiij. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur chriſtus in vobis. Ille igitur qui de nouo ad penitentiã conuerſos ſcandalizant vel ab ipſa penitentia reuocant: chriſtum paruulum in eorum cordibus occidunt. Contra quos dicitur Math. xviij. Qui ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis qui in me credunt expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius et demergatur in profundũ maris. Alij ſunt ſcilicet qui chriſtum precipitant et caput ei diffrangunt. Iſti ſunt heretici. Nam ſicut dicitur. i. Cor. xi. Caput chriſti eſt deus. Heretici igitur qui chriſtum deum eſſe non credunt caput ſibi auferunt. Alij ipſum lapidant. Iſti ſunt qui malas cogitationes et voluntates habere nõ ceſſant. Quelibet enim mala cogitatio et mala voluntas eſt vnus lapis quem in chriſtũ mittunt. Beda. Quot quot malas cogitationes quis aſſumit quaſi tot lapides chriſto immittit. Alij ſunt qui chriſtum crucifigunt: iſti ſunt qui iterum ad peccatum redeunt. De quibus dicitur Heb. vi. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium dei. Ambro. Quid eſt ieſus niſi veritas pax et iuſtitia. Qui igitur pro falſitate relinquit veritatem: et pro cupiditate virtutẽ et odit pacem: et pro aliquo premio occultat iuſtitiam nihil aliud dicitur facere quam lapidare et crucifigere et occidere chriſtum. In hoc autem quod iudei in chriſtum lapides voluerunt immittere: videntur pilam pontis ſi incepiſſe. Nam chriſtus dicitur pontifex/id eſt pontem faciens. In epiſtola autem agitur de ponte cum dicitur. Chriſtus aſſiſtens pontifex/id eſt faciens pontem. In euangelio autem agitur de pila. Tunc enim iudei pilam fecerunt quãdo lapides in chriſtum miſerũt. Sed in paſſione crux poſita eſt ſuper pilã: et ſic nobis pons factus eſt. Mundus enim iſte erat tanquam flumine rapidus et tanquam mare periculoſum in quo omnes periclitabantur. B

¶ Sed contra iſtud naufragium dedit nobis chriſtus triplex adiutorium ſcilicet nauem tabulam et pontem. Nauis enim innocentia eſt/in qua poſitus fuit adã. Sed iſta nauis fracta fuit quando ipſe peccauit. In hac naui fuit beata virgo: que naui integra et ſaluis mercibus ad portum paradiſi peruenit. In hac naui ſunt omnes pueri baptizati: q̃diu ſeruant innocentiam baptiſmalem. Sed quia fere omnes frangũt nauem baptiſmalis innocentie: ideo deus parauit tabulam penitentie. Nam ſcdm Hieron. penitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragiũ. In hac tabula penitentie fuit maria magdalena: que cum iſta tabula ad portum paradiſi peruenit. Immo et multas virgines que erant in naui innocentie tranſcendit et quantum ad meritum et quantum ad premium. Bern. Sicut deus non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: ſic non priuabit bonis eos qui ambulant in penitentia. Quia vero ſunt multi qui frangunt nauem innocentie et qui perdunt tabulã penitentie. ideo deus tertium adiutorium preparauit: ſcilicet põtem paſſionis ſue. Iſte pons hodie initiatus eſt in pile fundatiõe: ſed in paraſceue conſummatus eſt in trabium et tabularum ſuppoſitione. C

¶ Tunc igitur quatuor trabes ſuper inductæ ſunt. Quarum prima fuit de palma. Secunda de oliua. Tertia de cedro. Quarta de cypreſſo. De his enim lignis crux facta fuit. Deinde ſuper has trabes poſita eſt tabula/id eſt caro chriſti puriſſima: que quatuor clauis fuit confixa: et ſic factus eſt pons. Ideo chriſtus bene dicitur pontifex/id eſt pontem faciens. D

¶ Nihilominus dicitur põtifex triplici de cauſa. Primo propter habitum. Habuit enim amictum quando fuit velatus. Habuit albam veſtẽ: quando ad herodẽ fuit ductus: et ab eodem alba veſte fuit indutus. Habuit planetam: quãdo purpura a militibus fuit circundatus. Habuit cingulum et ſtolã: quando ad columnam fuit ligatus. Habuit manipulum/quãdo in manibus fuit clauis confixus. Habuit mitram/quando ſpinis fuit coronatus. Habuit baculum paſtoralem/quando arundo fuit ſibi data in manibus. Habuit ſandalia/quando habuit clauos in pedibus. Secundo dicitur pontifex/propter vnctionis myſteriũ: ipſe enim fuit vnctus. iuxta illud pſal. Vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre conſortibus tuis. Olim quidem deus erat homini durus: ſed chriſtus eſt vnctus. Ideo factus eſt manſuetus. ideo dicitur. Vnxit te deus. &c. Olim erat iratus ſed factus eſt letus. Ideo dicitur. Oleo letitie. Olim de gratia ſua erat auarus: ſed in chriſto factus eſt largus. Ideo dicitur pre conſortibus tuis dedit enim ſibi ſpiritum ſine menſura: de cuius plenitudine omnes accepimus. E

¶ Tertio dicitur pontifex propter officium quod quidẽ officium triplex eſt. Primum eſt pro populo orare: et chriſtus pro nobis orauit multipliciter. nã orauit verbis. Io. xvij. Non pro eis rogo tantũ: ſed pro illis qui credituri ſunt per verba illorũ in me. Orauit lachrymis. Heb. v. Cum clamore valido et lachrymis offerẽs exauditus eſt pro ſua reuerentia. Orauit ſanguine. Hebr. xij.



Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem melius loquentem quam abel. Orat etiam quotidie cicatricũ repreſentatione quia eas quotidie patri repreſentat. Hebreorum. ix. Intrauit ieſus in ipſum celum vt appareat vultui dei pro nobis. Secundum officium pontificis eſt ſacrificium offerre: et illud chriſtus habuit qui ſeipſum pro nobis in ſacrificium obtulit. Hebreorum. ix. Per ſpiritũ ſanctum ſeipſum obtulit immaculatum deo: quãdo autẽ ſacrificiũ offerebatur igne accendebatur et ipſe fuit accenſus igne amoris quo ad aĩam. De quo igne dicitur Luc. xij. Ignem veni mittere in terrã &c. Iſto igne fuit totus accenſus. Ioan. xv. Maiorẽ hac dilectionem nemo habet vt animã ſuã ponat quis pro amicis ſuis. Fuit accenſus igne doloris quo ad corpus et animam. Treñ. i. O vos omnes qui tranſitis per viam. &c. Fuit accenſus igne paſſionis quo ad carnem ſuam. Pſ. Igne me examinaſti et non eſt inuenta in me iniquitas. Tertium officium pontificis eſt prebendas diſtribuere: et ipſe prebendas diſtribuit ſicut Amb. dicit in hec verba. Actor humani generis in cruce extenſus pietatis officia diuidebat: perſecutionem apoſtolis: pacem diſcipulis: corpus iudeis: patri ſpiritũ: virgini paranymphum: latroni paradiſum: peccatoribus infernũ: chriſtianis penitentibus crucem penitentie delegauit. F

¶ Secundo in chriſto fuit magna patientia in hoc quod a iudeis furentibus ſe abſentauit. In hoc dat nobis exemplum ne inimaſceamus nos rixis ſed homines rixoſos et contentioſos declinem9 maxime quãdo ex noſtris correctionibus peiores fieri videntur. Sunt enim lapides. Alij quidã ſicut cera mollis. Alij ſicut ſpine pungentes. Cera mollis ſi tangitur ſtatim cedit et ſe duci permittit: ſic etiã ſunt multi qui ita manſueti ſunt et quando tanguntur id eſt reprehenduntur ſtatim obediunt et ad omne opus bonũ ſe duci permittunt in quorum perſona propheta dicit. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens/tales ſunt ſepe admonendi: quia ſicut dicit Chriſo. Iuſtus ſi admonitus nõ fuerit per negligentiam euaneſcit. Alij ſunt ſicut lapides: lapis enim ſi tangitur non cedit: tamen non ledit: ſic ſunt multi qui quando reprehendũtur non obediunt ſed in ſua duritia perſiſtunt. Iob. xli. Cor eius indurabitur quaſi lapis. eiuam tamen bonam habent quia contra ſe reprehendentes nõ mouentur nec verba iniurioſa eis dicunt: tales ſepe admonendi ſunt et reprehendendi quia ſepe molleſcunt cum reprehenduntur et corriguntur. quia dicitur Iob. xiiij. Lapides excauant aque. ſicut enim lapides ex frequentatione aque excauantur: ſic multotiens homines duri ex frequenti reprehenſione corriguntur. G

¶ Alij ſunt ſicut ſpine: nam ſi ſpine tanguntur non cedunt et inſuper pungunt: ſic ſunt multi qui quando reprehenduntur nõ ſe corrigunt: et inſuper ſe reprehendentib9 verba contumelioſa inferunt: et ideo oportet qui volunt tales homines ſpinoſos reprehendere: primo ſe arment forti patientia id eſt dñice paſſionis memoria et charitate ſuccenſa. De iſta triplici armatura dicit ii. Regũ. xxiij. Preuaricatores quaſi ſpine euellentur vniuerſi que non tolluntur manibus: et ſi quis ea tangere voluerit armabitur ferro et ligno lanceato: igneque ſuccenſe comburentur vſque ad nihilum. Si quis igitur tales reprehendere voluerit debet ſe armare lorica ferrea/id eſt impenetrabili patientia. ideo dicitur/armabitur ferro. debet ſe armare dominice paſſionis memoria: ideo dicitur ligno lanceato. Chriſtus enim fuit lignum de quo dicitur in pſal. Erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus. &c. Illud lignum fuit lanceatum: quia in cruce lancea perforatum: debet ſe armare ſuccenſa charitate vt ſic omnia verba maledicta ab illis ſpinoſis prolata igne charitatis cõburentur et ad nihilum redigantur ſicut videmus in ſpinis que igni impoſite cõburuntur et adnihilantur. ideo dicitur. Igneque ſuccenſe comburentur vſque ad nihilum.

¶ Fer. ij. p. hebdo. el. Sermo. ij.

Miſerũt principes et phariſei miniſtros vt apprehenderent ieſum. Ioan. vij. Sicut dicit Ioannes ſuper immediate: multi de turba crediderunt in chriſtum et dicebãt: chriſtus cum venerit nunquid plura ſigna faciet quam hic facit: et ideo cõtra phariſeos qui chriſtum perſequebant murmurabãt: quod audientes phariſei inuidia cõmoti nõ ſunt auſi vt perſonaliter ad chriſtum accederẽt timore turbarũ ad ipſum capiendũ: ſed miſerũt miniſtros: qui tales pleno p̃ leui p̃cio periculo ſe exponũt. In iſto ergo euangelio quatuor deſcribuntur. Primo maligna iudeorum peruerſio cum dicitur Miſerunt principes. Secũdo ſapiens chriſti reſponſio cũ dicit/ adhuc modicũ tẽpus vobiſcum ſum. Tertio ſtulta iudeorum interrogatio cum dicit: Quo hic iturus eſt: quia nõ inueniemus eum. Quarto benigna chriſti inuitatio: cum ait. Si quis ſitit veniat ad me et bibat. A

¶ Circa primum notandum quod iudei ſe ve chriſtum multipliciter comprehendere voluerunt. aliquando in perſona ſua ſicut hic. aliquando in ſermone ſuo. Mat. xxij. Abeuntes phariſei conſilium inierūt vt caperent ieſum in ſermone. aliquādo in opere ſuo Mat. iij. Erat homo habens manum aridam et obſeruabant eum ſi ſabbato curaret vt accuſarent illum. aliquando in iudicio ſuo. Joan. viij. Adducunt iudei ꝛ phariſei mulierem in adulterio deprehēſam. Et ſequitur. hoc autem dicebant temptantes eum vt poſſent eum accuſare: aut de immiſericordia ſi iudicaret ipſam lapidandā: aut de iniuſticia. ſi diceret eam lapidandam non eſſe: quia tunc contra legem iudicaret. Sed chriſtus contra illud quod volebāt eum capere in perſona: oſtēdit magnam potentiam. Unde dicit. Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum Chry. quaſi dicat quid feſtinatis me interficere. parum expectate tempus quod mihi vultis facere facturi eſtis ſed non modo: quia nolo. Contra illud quod volebant eum capere in ſermone. oſtendit magnam ſapientiam dicens. Reddite que ſunt ceſaris ceſari. Cōtra illud quod volebant eum capere in opere. ponit increpationem verum dicens. ſi licet ſabbatis benefacere an male. animam ſaluam facere an perdere. Contra illud qđ volebant eum capere in iudicio oſtendit ſimul in iudicio ꝛ iuſtitiam. cum dicit. Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat ꝛ ſuā miſericordiā ſubdit cū dicit. Nec ego te condemnabo. vade ꝛ amplius noli peccare. Circa ſecundum notandum quod phariſei faciebant chriſtum ſe vere ꝛ volebant ipſum apprehendere. ꝛ ad vtrunq; reſpondit chriſtus. nam ad illud quod ipſum faciebant querere dicit. queretis me ꝛ non inuenietis me. hoc fuit ſecūdum Aug. poſt chriſti aſcenſionem quādo multi iudei compuncti ad predicationem apoſtolorum crediderūt Unde dicit Aug. Uiderunt chriſtum ſuo ſcelere morientem ꝛ crediderūt in chriſto ſuis ſceleribꝰ ignoſcentem. Et quouſq; biberunt ſanguinem, quem fuderunt de ſua ſalute deſperauerūt Secundum autem Chryſ. hoc fuit quādo ciuitas corripiebatur. probabile eſt enim vt dicit tunc eos meminiſſe chriſti ꝛ miraculorū eius et eius preſentiā quererent. ꝛ id dicit queretis me ꝛ non inuenietis. B

¶ Illud autem quotidie accidit. quia multi chriſtum querunt et non inueniunt et eo quod non querunt vbi eſt. ſed vbi non eſt. chriſtus enim non eſt in delicijs. nec in diuitijs. nec in honoribus et ideo ibi non inuenitur. Job. xxviij. Non inuenitur in terra ſuauiter viuentiū. hoc eſt quātum ad delicioſos. Abyſſus dicit. non eſt in me. hoc eſt quantum ad auaros quorū cupiditas non habet fundum. et mare loquitur. non eſt mecum hoc eſt quantum ad ſuperbos qui ſemper ſunt tumidi et inflati. Inuenitur autem in humilitate. paupertate. et aſperitate. quia ibi eſt. Iſta enim tria chriſtus in hunc mundum veniens ſecum portauit. et cum illis naſci voluit. Luc. ſecūdo. Inuenietis infantem: ecce quanta humilitas. pannis inuolutum. ecce quāta paupertas. et poſitum in preſepio. ecce quāta aſperitas. Ad illud autē qđ iudei volebāt eū apprehendere et capere. xp̄s reſpondit vbi ſum ego. vos non poteſtis venire. Interl. vbi ſum ego immutabilis cum patre. non autem ſecundum gloſ. dixit non poteritis. ſed non poteſtis. Tales enim erant tunc quī non poſſent. ſicut ꝛ alibi dixit petro nō poteſ me ſequi modo. ſequeris autē poſtea. quamuis autem chriſtus dicat. vbi ſum ego vos non poteſtis venire. tamē de miniſtris ſuis dicit. Joh. xij. vbi ſum ego illic et miniſter meus erit. C

¶ Chriſtus autem eſt in dextera dei ſedēs. Marc. vltimo. Et dominus quidem ieſus poſtq̄ locutus eſt eis: aſſumptus eſt in celum ꝛ ſedet a dextris dei. Eſt in gloria dei. Philippen. ij. Omnis lingua confiteatur. q2 dominꝰ ieſus chriſtus in gloria eſt dei patris. id eſt lumine dei. i. Thimo. vi. Lucē habitat inacceſſibilem. Miniſtri ergo chriſti erunt in dextera ſue potentie eos in eternitate conſeruabit. erunt in lumine dei. q2 illius lumine ſapientie ſue eos illuminabit. erunt in gloria dei quia ſpiritusſanctꝰ dulcedine ſue ſuauitatis glorificabit eos. Peccatores autem non erunt in dextera dei. ſed ſub pedibꝰ dei. Tres enim tenebūt pedes ſuos ad gulā damnatorum ſcilicet deus ps. Ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. mors perpetua. Job. xviij. Calcet ſuper eū quaſi rex interitus. ꝛ tota congregatio ſanctorū. Mal. iiij. Calcabitis impios cum fuerunt cinis ſub planta pedū veſtrorum. non erunt etiam in lumine dei: ſed in tenebris inferni. Math. xxij. Ligatis manibus ꝛ pedibus mit. in tenebras exteriores. nec erunt in gloria dei. ſed in pena eterna. Math. xxv. Ibunt hi in ſupplicium eternum. Circa tertium notandum quod iudei prophetauerunt ignoranter quando dixerunt quo hic iturus eſt quia non inueniemus eum. nunquid in diſperſionem gētium iturus eſt ꝛ docturus gentes? verum quidē dixerūt ſed ignorāter: quia xp̄s p. apoſtolos gētes docuit ꝛ ad fidē perduxit. D

¶ Totum quidem genus humanum erat in tenebris ignorantiarum ꝛ in profundis lacu viciorum. Deus enim tenebat in celo



veritatem ſuam ꝛ miſericordiā ſuam. iuxta illud ps. Deus miſericordia tua in celo et veritas tua vſq; ad nubes. Tandem deus veritatem id eſt veri ſui cognitionē in terram miſit. ꝛ eam in quodam angulo: id eſt in iudeorum populo occultauit. iuxta illud ps. Notus in iudea deus. in iſrael magnum nomen eius gratiam tamen ſue miſericordie per quā omnes reconciliaret ꝛ in gloriam eos reciperet eis non dedit. Chriſtus autem vtrūq; ſecum portauit: ſcilicet gratiam et veritatem: ita q; per veritatem veram cognitionem de deo gentibus dedit. ꝛ per gratiam eos reconciliauit ſibi. De hiis duobus dicitur Joannis. i. Lex per moyſen data eſt: id eſt cognitio vnius dei data eſt per moyſen: ſcilꝫ populo iudeorū: ſcilicet gratia et veritas p̄ ieſum chriſtū facta eſt. quia xp̄s dedit gratiam reconciliantem et veritatem illuminantem. E

¶ Circa quartum notādum q; chriſtus ad aquā gratie ſue nos inuitauit dicēs. ſi quis ſitit veniat ꝛ bibat. Auguſtinꝰ. Si ſitimus veniamus non pedibus ſed affectibus. nec migrando: ſed amando. Ad iſtas aquas nos vocat deus per Yſaiam dicens: Yſaie lv. Omnes ſitientes venite ad aquas ꝛ qui non habetis argentum properate emite et comedite. venite emite abſq; argento abſq; vlla cōmutatione vinum ꝛ lac. quare appenditis argentum non in panibus: et laborem veſtrū non in ſaturitate. Dominus vocat ſitientes illos qui ſunt vacui ab amore mundi. et aquas vocat amorē dei. tales enim debent venire ad aquas gratiarū. ideo dicit. Omnes ſitientes venite ad aquas. Auguſtinus. Si habitat in te amor mundi. nō eſt quo intret in te amor dei vas eſ. ſi plenus es funde quod habes vt recipias qđ nō habes. funde amorem ſeculi vt impleaſ ris amore dei. Sequitur. Et qui non habetis argentū properate emite et comedite. Per argentum intelligitur terrena ſubſtantia: vel eloquentia ſiue ſubtilis intelligentia. ſi ergo ſunt aliqui qui non habent argentum temporalis ſubſtantie nec humane facundie nec profunde intelligentie. ſaltem properent. emant et comedant. properent per deſiderium et voluntatem. emant per feruentem orationem. ꝛ comedant per deuotam meditationē. Sequitur Uenite emite abſq; argento: ſcilicet mundane eloquentie vel profunde intelligentie et abſq; vlla commutatione temporalis ſubſtantie vinum et lac. F

¶ Per vinum intelligitur iocunditas mentis. per lac puritas corporis: emite ergo vobis per orationes et deſideria ſpiritualem iocunditatem in mente. et puritatem in carne: vel per vinum et lac intelliguntur due nature in chriſto. nam per vinum intelligitur eius diuinitas iocundiſſima. ps. Uinum letificat cor hominis. per lac intelligitur eius humanitas puriſſima. Debemus ergo emere per deſideria et orationes vinum et lac id eſt vt nos poſſimus in celeſti gloria contemplari eius diuinitatē et videre eius humanitatem. quia in iſta contēplatione et viſione conſiſtit tota beatitudo ſanctorum. ꝛ tunc verificatur illud quod dicit ſponſa. Canticorū. v. Bibi vinum cum lacte meo. Sequitur Quare appenditis argentum non in panibus et laborem veſtrum non in ſaturitate. multi ſunt qui argentum: id eſt eloquentiā vel ingenium appendunt ꝛ ponunt non in panibus id eſt non in vera ſcientia que habet animā reficere. iuxta illud. Matthei. iiij. Non in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo q; procedit ex ore dei. et laborem ſuum et ſtudium ſuum nō ponunt in ſaturitate quia diſcunt ſcientias lucratiuas que animam non ſaciant ſed euacuant. non adducunt ſaturitatem ſed vanitatem.

¶ Eadē ſecunda feria quinte hebdomade. xl. Sermo ſecūdus.

SI quis ſitit veniat ad me et bibat. qui credit in me ſicut dicit ſcriptura: flumina de ventre eius fluent aque viue. Iſta aqua viua quā chriſtꝰ vult dare ſitientibus non eſt materialis ſed ſpiritualis ſicut immediate ſubditur hoc autē dicebat de ſpiritu quē accepturi erant credentes in eum. Magnum eſt habere potentiam receptiuam gratie. maius eſt habere aliquem guſtum gratie. maximū eſt habere plenitudinē gratie. ꝛ per maximū eſt habere perſeuerantiā gratie. Iſtas quatuor differentias ponit dñs in verbis premiſſis. Primo enī oſtenditur q; quilibet habet potentiam receptiuā gratie: quia in poteſtate cuiuſlibet eſt venire ad fontem gratie. ideo dicit. ſi quis ſitit veniat ad me. Secūdo promittit dare guſtū gratie cū ſubdit. ꝛ bibat. Tertio promittit dare plenitudinem gratie cum dicit. Flumina de ventre eius fluent: id eſt de corde eius. Quarto promittit dare confirmationem et perſeuerantiā gratie cum ſubdit. fluent aque viue. A

¶ Circa primū notandum q; homines tam boni q̄ mali habent potentiā receptiuam gratie: ſoli autē dānati iſta potentia carēt. Non enim ad illum fontem poſſunt venire

Universidad de Deusto Biblioteca



nec de ipſo fonte etiã minimã guttã haurire, ad fontẽ quidẽ venire nõ poſſunt. qꝛ habent ligatas manus ⁊ pedes ⁊ ſunt in tenebris. Matth. xxij. Ligatis manibus ⁊ pedibus mit. eũ in tenebras exteriores. Nõ igitur poſſunt venire qꝛ habẽt ligatos pedes. Nec etiã poſſunt ſe diſſoluere quia habent ligatas manus. nec etiã ſcirẽt venire. quia ſunt in tenebris dãnati habent ligatas manus: quia nullũ bonum velle: vel deſiderare poſſunt vel facere. ſunt in tenebris quia nullum bonum poſſunt intelligere. ſunt in tenebris exterioribus quia nullum bonum poſſunt ſperare: ſed ſunt extra ſpem omnẽ ſalutis. habo etiam qꝫ ad fontem poſſent venire. tamen de illo fonte nec modicam guttam gratie poſſent haurire. ſicut patet in illo diuite qui modicã guttam aque: id eſt gratie refrigerantis petijt ⁊ tamen obtinere nõ potuit. Si ergo demones vel dãnati haberent illam potentiam receptiuã gratie ad momentũ omnes horrita ſe diſponerent qꝫ ad illum fontem venirent ⁊ aquam gratie obtinerent. Miſeri autẽ peccatores quandocũqꝫ voluerint venire poſſunt ⁊ tamen venire contẽnunt. B

¶ Iſte enim fons omnibus patet tam bonis quã malis de quo fonte dicitur zachar. xiij. Erit fons patens domui dauid et habitantibus hieruſalem in ablutionem peccatorum et menſtruate. Per dauid qui interpretatur manufortis intelliguntur actiui. Per hieruſalem qui interpretatur viſio pacis intelligitur contẽplatiui: nomine autẽ peccatoris intelligũtur illi qui habent peccata ſpiritualia. Per menſtruatam autem illi qui habẽt peccata carnalia: oẽs enim illi in iſto fonte bibere deberent: ſcilꝫ actiui vt amplius roborẽtur. Cõtemplatiui vt dulcius cõpleantur. ⁊ omnes peccatores vt a ſordibus mundentur. C

¶ Circa ſecundum notãdum qꝫ iſte fons ſuis dat guſtum gratie. ⁊ ille guſtus eſt tãte virtutis qꝫ extinguit ſitim omniũ mundanorum. eſt tante dulcedinis qꝫ in dulcedinem conuertit ſupplicia tormentorum. eſt tante ſuauitatis qꝫ animam excitat ad deſideria ſupernorum. qꝫ enim eius virtus extinguat ſitim mũdanorum. patet in magdalena quando extinxit in ea ſitim carnalis concupiſcentie. in Mattheo ſitim auaricie. in paulo ſitim ſuperbie et mundane glorie. in Jacobo et Joanne extinxit amorem domeſticum et amorem proprium. nam ſicut dicitur Matthei. iiij. Vidit fratres Jacobum et Joannem in naui cum zebedeo patre eorum et vocauit eos. illi autem mox vt ſenſerunt guſtum diuine gratie: reliquerunt amorem terrenum et patrem dimiſerunt in naui et ſic reliquerunt amorem domeſticum ⁊ ſecuti ſunt chriſtũ. non ſeipſos nec proprias voluntates et ſic reliquerunt amorem propriũ. Auguſtinus. Qui biberit de flumio paradiſi cuius gutta maior eſt occeano reſtat: vt in eo ſitis mundi penitus extincta ſit. D

¶ Quod autem dulcedo eius tormenta et ſupplicia vertat in dulcedinem: patet in Stephano qui lapides torrentis fecit dulces. iuxta illud. Lapides torrentis illi dulces fuerunt. In andrea crucis ſupplicium vertit in gaudium. Unde dixit alloquens ipſam crucem. ſecurus et gaudens venio ad te. In Laurentio ignis incendium vertit i refrigerium. Unde dixit Decio. diſce miſer: quia carbones tui preſtant mihi refrigerium. tibi autem parant eternum incendium. In pluribus omnes contumelias vertebat in gloriam. Actuum. v. Ibant apoſtoli gaudentes a cõſpectu conciliũ quoniã digni habiti ſunt pro nomine ieſu contumeliam pati. qꝫ vero eius ſuauitas faciat deſiderare celeſtia dicitur Matthei. xvij. Ubi Petrus aqua ſpiritusſancti potatus ⁊ quodam modo ebrius effectus dixit domine bonũ eſt nos hic eſſe: ſi vis faciamus hic tria tabernacula. E

¶ Dicitur autem tabernaculum a taberna. volebat enim Petrus qꝫ ibi eſſent tres taberne in quibus vinum ſpiritusſancti venderetur: ita qꝫ pater haberet ſuam tabernam filius ſuam et ſpiritusſanctus ſuam. In taberna autem patris venditur vinum forte: id eſt gratia corroborans que habet animam in bono confirmare. in taberna filij venditur vinum clarum: id eſt gratia illuminans que habet animã in agendis dirigere et illuminare. In taberna ſpiritusſancti venditur vinum dulce: id eſt gratia dulcorans que habet animã celeſti dulcedine adimplere. F

¶ Circa tertium notandum qꝫ chriſtus viris perfectis dat ſpiritumſanctum in magna plenitudine. ideo dicitur flumina de ventre eius fluent aque. Uocatur ſpiritusſanctus flumen ſecũdum Chryſoſto. quia ſicut flumen nec reuertitur. nec ſtat ſed ſemper currit. ſic et illi qui habent ſpiritum ſanctum non reuertuntur ad peccatũ nec ſunt per ocia ſed ſemper currunt ad fortia. De iſto flumine dicitur Ezechielis. xlvij. Menſus eſt mille cubitos et tranſduxit me per aquam vſqꝫ ad talos. Rurſum menſus eſt mille et perduxit me vſqꝫ ad genua. Rurſumqꝫ menſus eſt mille et perduxit me per aquam vſqꝫ ad renes. De hoc etiam flumine dr̄ Eſaie xxx. Spiritus eius velut torrens inundans vſqꝫ ad medium colli. Quidam ergo in hoc flumine introducuntur vſqꝫ ad talos. Quidam vſqꝫ ad genua: quidam



vſqꝫ ad renes: quidam vſqꝫ ad collum. In talibus autem eſt corporis ſupportatio in genibus deambulatio: in renibus viget cõcupiſcentia a collo procedunt verba. Illi ergo in flumine ſpiritusſancti introducuntur vſqꝫ ad talos qui fortes ſunt ad ſupportandum aduerſa. Ps. Spiritu oris eius oĩs virtus eorum. Illi introducuntur vſqꝫ ad genua qui ſunt magnanimes ad aggrediẽdũ opera virtuoſa. Ezechie. i. Ubi erat impetꝰ ſpiritus: illuc gradiebantur illi introducuntur vſqꝫ ad renes in quibus extinguntur oĩa deſideria carnalia. Bernar. Guſtato ſpũ deſipit oĩs caro. Illi introducuntur vſqꝫ ad collum qui habent vtilia verba. Matthei. Marci. xiij. Non enim vos eſtis qui loquimini ſed ſpiritusſanctus. Circa quartum notandum qꝫ ſpiritusſanctus dicitur aqua viua. quãdo ſcilꝫ habet gratie continuationẽ et perſeuerantiam. Sine hac enim nihil valerẽt precedentia. Bernardus in epiſtola ad eugeniũ papam. Tolle perſeuerantiã nec obſequiũ mercedẽ habet: nec beneficiũ gratiã nec laudem fortitudo. Iſte autẽ fluuius aque viue ſpecialiter fuit in celo. De quo dicitur. Apoc. vltio. Oſtendit mihi fluuium aque viue ſplendidum tanqꝫ cryſtallum procedentem de ſede dei ⁊ agni et in medio platee hieruſalẽ. Ex quibꝰ verbis habetur qꝫ iſte fluuius ſpiritusſancti habet ſatietatem reficientem: ideo vocatur flumen. H

¶ In preſenti enim vita ſancti viri bibunt aquã ſpiritusſancti ad menſurã. Ezech. iiij. Aquã in menſuram bibes. In futuro autẽ ſmiſſo flumine erunt et ſine menſura bibere poterũt. Cant. v. Bibite amici mei ⁊ inebriamini chariſſimi. Serui dei in preſenti ſunt amici dei: in futuro erunt chariſſimi. Amici ergo bibunt quia ſpiritũ ſanctum habent ad menſuram. Sed chariſſimi erunt ebrij quia ipſum habebũt ſine menſura. Secundo iſte fluuius habet emanationem/ ideo dicitur aque viue. Fluuius aque mundi deficit: ſed fluuius ſpiritusſancti deficere non habebit. Hieremi. ij. Me dereliquerũt fontem aque viue/ ⁊ foderunt ſibi ciſternas diſſipatas que continere non valent aquas. Mundus eſt ſicut ciſterna perforata: quia amor eius deficit cito. Spiritus autem ſanctꝰ eſt aqua viua: qꝛ amor eius nunqꝫ deficit. Qꝫ enim amor mundi cito deficiat dicitur Joannis. ij. Mundus tranſit ⁊ concupiſcentia eiꝰ. qꝫ autem amor ſpiritusſancti non deficiat dicitur. i. Cor. xiij. Charitas nunqꝫ excidit. Tertio habet claritatem refulgentem id eſt. Splendidum tanqꝫ criſtallũ. Fluuius amoris mũdi eſt turbidꝰ: et id facit aĩam turbidã ⁊ fedam. Jere. ij. Quid tibi in via egypti vt bibas aquã turbidas. Fluuiꝰ vo amoris dei eſt clarꝰ: et ideo facit aĩam clarã ⁊ pulchrã Sapie. vi. Clara eſt et quenunqꝫ marceſcit ſapientia. Eſa. lviij. Implebit aĩam tuã ſplendoribus. Quarto habet ſuauitatem afficientem id eſt dicitur. Procedentem de ſede dei et agni hoc eſt de contẽplatione dei et eius diuinitatis et viſione humanitatis/ ex qua viſiõe et contẽplatione cauſatur tota dulcedo et ſuauitas ſanctorum. Fluuius autem mundi habet aquas amaras. Eſa. xxiiij. Amara erit potio bibentibus illam. Exo. xv. Dr̄ qꝫ populꝰ nõ poterat bibere de aquis marath. Marath interpretatur amaritudo peccati: et ſignat mundum in quo ſunt multe amaritudines peccatorum. Fluuius autem ſpiritusſancti habet aquas dulces. Eccleſiaſtici. xxiiij. Spiritus meus ſuper mel dulcis: et hereditas mea ſuper mel et fauum/ qui edunt me adhuc eſurient/ et qui bibunt me adhuc ſitient. Quinto habet penitentiam aſſiſtentem: qꝛ fluit in medio platee hieruſalem. Mundus dat ſuas conſolationes cũ magno labore/ qꝛ oportet qꝫ homo vltra mare vadat ⁊ labores multos ſuſtineat vt diuitias ⁊ conſolationes mundanas acquirat. Sed fluuius ſpiritusſancti ⁊ in preſenti vita fluit ad hoſtiũ voluntatis. ⁊ in futuro fluit in medio ciuitatis celeſtis. Et quilibet ſine labore poteſt inde haurire. Deute. xxx. Mandatũ qđ ego precipio tibi nõ ſupra te eſt. neqꝫ procul poſitum neqꝫ trans mare: vt cauſeris dicẽs. Quis ex nobis tranſfretare poterit mare: ⁊ illud ad nos vſqꝫ deferre. ſed iuxta te eſt valde in ore tuo ⁊ in corde tuo vt facias illud. Fluit etiã ad oſtiũ noſtre voluntatis. Apoca. iij. Ego ſto ad hoſtium et pulſo.

¶ Feria. iij. hebdo. v. xl. Sermo primus.

Ambulabat ieſus in galileã. Joã. vij. Sicut patet ex iſto euangelio inter iudeos quidã erant malicioſi. qui ſcilꝫ chriſtum occidere volebant. De quibꝰ dicitur in principio euangelij. Ambulabat ieſus in galileã. Nõ enim volebat ambulare in iudeam quia querebant iudei eum interficere. A

¶ Secũdo erant quidam vane glorioſi qui mundi gloriam querebant: ſicut erant quidam ꝓpinqui chriſti qui dixerũt ei. tranſi hinc et vade in iudeã. Tertio erant quidam formidoloſi. qui ſcilꝫ in chriſtũ credebant. ſed ꝓpter metũ iudeorũ eũ confiteri nõ audebant. De quibus dicitur. Quidam enim dicebant quia bonus eſt: alij autem dicebant non: ſed ſeducit turbas. Nemo tamen: ſcilꝫ illorum qui in ipſum credebãt palã loquebatur

at ur de illo ꝓpter metum iudeorum. Inter iſtos ſcilꝫ malitioſos vani glorioſos et formidoloſos erat xp̄s in medio cōſtitut⁹.
Circa primū duo dicūtur ſcꝫ ꝙ xp̄s in galileam ambulabat et ꝙ in iudeam ire nolebat. Galilea autē interpretatur transmigratio ſiue volubilis. Et ſignat preſentē vitam que eſt volubilis et tranſitoria. In qua volubilitate chriſtus nobiſcum fuit; et ideo in galileā cum diſcipulis ſuis ambulauit. Poſt reſurrectionē autem diſcipulos ſuos in galileam preceſſit. Mathei vltimo. Precedam vos in galileā quia iam cum eis in vite mutabilitate non fuit. Poſtq̄ enim in baculo crucis flumen noſtre mortalitatis tranſiuit omnem mutabilitatē abiecit. Geneſis.xxxij. In baculo meo tranſiui iordanem iſtum. B

C Iſte autem fluuius mutabilitatis humane triplicem habuit ſtatum. In primo quidem ſtabat et paratus erat ſtare et fluere. Et hoc fuit in prima hoīs conditione; quādo homo habuit in poteſtate mori et nō mori. In ſecundo autem ſtatu non ſtat nec reuertitur ſed ſemper fluit. Iuxta illud .ij. Regū .xiiij. Omnes morimur et quaſi aque dilabimur in terram que non reuertuntur. In tertio autem ſtatu iſte fluuius reuertetur; quia omnes qui fluxerunt per mortē reuertunt per reſurrectionem. Et tūc iſte fluuius ſemper ſtabit quia nullus de cetero morietur. C

C Poſſumus igit dicere ꝙ chriſtus in iſto triplici ſtatu fuit. Nam virtute diuinitatis potuit mori et non mori. Iuxta illud Ioan. x. Poteſtatem habeo ponēdi animā meam et iterum ſumendi eam. Inquātum autem homo mortalis fuit in ſecundo ſtatu fuit; quia ideo naſci voluit vt moreretur. Ideo in ſua natiuitate magi ſibi myrrham obtulerunt; ad innuendum ꝙ homo mortal⁹ erat/quia tunc corpora mortuorum condiebātur cum myrrha. Inquātum autē a mortuis reſurrexit fuit in tertio ſtatu. Roma.vi. Chriſtus reſurgens a mortuis/iam nō moritur. D

C Secundo dicitur ꝙ nolebat in iudeam ire. Et ſubditur cauſa; quia querebāt eum iudei interficere. Subtrahebat ergo ſuam preſentiā ab eis triplici de cauſa ſcilꝫ rōne ſui/nr̄i et iudeoꝝ. Primo ratione ſui; quia nolebat adhuc a iudeis occidi ex eo ꝙ nondū venerat tēpus paſſionis ſue ab ipſo electū. Unū reſpōdit illis q̄ ſuadebāt vt in iudeam iret. Tēpus meū nondū aduenit tēpus autē &c. Secūdo ratione nr̄i vt nobis exemplū daret ꝙ aliquā perſecutores poſſumus declinare. Iſtā ratione ponit btūs Aug. dicens poterat dn̄s inter iudeos ambulare et non occidi ab eis. Hanc enī potentiā qū voluit demōſtrauit; ſed in infirmitati noſtre pre-

bebat exemplū. Non enim ipſe perdiderat poteſtatē/ſed noſtrā conſolabatur fragilitatem. Futurū enim erat vt aliquis fidelis abſcōderet ſe ne a perſecutoribus inueniretur; et ne illi pro crimine latibulū obijceretur preceſſit in capite vt in membris cōfirmaretur. Tertio ratione iudeorum. Hāc rationem aſſignat Theophilus dicens. Nolebat in iudeam ambulare. Uanum enim eſſe putabat in medio inimicoꝝ manere et magis ipſos ad odium incitare. Circa ſcḋm notandum ꝙ chriſtus quoſdā habebat cognatos ſcḋm carnem qui more iudeoꝝ fratres dicebantur; qui tamē de numero apoſtolorum non erāt nec adhuc in chriſtum credebant. Iſti enim erant cupidi mundane glorie. Erat autem tūc in proximo dies feſtus iudeorum ſcenophegia. Et dicit ſcenophegia a ſcenos quod eſt vmbra quia tunc filij dei in vmbraculis ſalicium habitant in memoriam ꝙ patres eorum per quadraginta annos in tabernaculis habitauerant. E

C Iſti igitur cognati xp̄i volebant ꝙ chriſtus ad illum feſtum aſcenderet et ibi gloriam ſuā manifeſtaret. Et imponebant xp̄o tria ſm Chryſo. ſcꝫ formidinē/amorē glorie; et quia non erant vera multa miracula que de ipſo dicebantur. Nam in hoc ꝙ dicunt ꝙ nemo quidem in occulto aliquid facit. notabant eum de formidine. In hoc ꝙ ſubdunt et querit ipſe in palam eſſe notant eum de amore glorie. Et in hoc ꝙ ſubiungitur ſi hoc facis manifeſta teipſum mundo. notabant eum ꝙ non faciebat multa que dicebantur. F

C Chriſtus autem reſpondit eis/oſtendēs ꝙ inter ipſum et ipſos tres erant differentie. Una eſt q̄ tēpus ſuum nō dum aduenerat. tēpus autē ipſoꝝ ſemper paratum erat. Et poteſt intelligi de tempore glorificationis ſue quaſi dicat. Uos vultis ꝙ ego oſtendam gloriā meam/ſed tempus glorie mee manifeſtande/quale erit tēpus mee reſurrectionis et aſcēſionis nondū aduenit. Tempus autē veſtrū/id eſt glīe mūdi ſemp eſt paratū. Uel pōt intelligi de tpe paſſionis. Dicit enī Chryſo. q̄ iſti fratres q̄ in eū non credebāt ideo forte cōſulebant vt in iudeā aſcenderet et vt ipm iudeis traderent. Et ideo dicit. Tēpus meū ſcꝫ me tradendi iudeis et ab eis occidendi nondū aduenit. Tēpus autē veſtrum ſcilicet ſtandi cum iudeis ſemper eſt paratum. G

C Habuit autē xp̄s triplex tēpus ſcꝫ preteritū/p̄ſens et futurū. Tēpus p̄teritū fuit ipſa natiuitatis ſcilꝫ de qua Gal.iiij. Ubi venit plenitudo tpīs miſit deus filiū ſuū &c. Et illud xp̄o fuit ad gloriā dei et ad pacē mundi. Un̄ tūc angeli gloriā cantauerūt dicentes. Glia in excelſis deo; et in terra pax hōibus



bone voluntatis. Tēpus preſens fuit tēpus vite ſue et illud expendit in vtilitatē nr̄am totū enim tēpus vite ſue expendit et cōſumpſit ad noſtrā eruditionē et inſtructionem. Tēpus futurū erat tēpus ſue paſſionis et illud expendit ad redēptionē generis humani. Ecce q̄ vtiliter chriſtus totū tēpus ſuū expendit. Sed multi ſunt qui tēpus ſuū preteritū in vanitatibus cōſumunt/tēpus preſens ſimiliter in vanitatibus expēdunt/tempus vero futurū deo dare nolūt dicētes adhuc ero bonus homo; adhuc penitentiā faciā. Sed ſicut dicit Aug. Qui p̄miſit veniā penitenti nō p̄miſit diē craſtinū differenti. Dicit tamē Bern. ꝙ vere penitēs de tempore re nihil perdit/et preteritū reſtaurat ꝑ contritionem et cōfeſſionē/preſens per bonam operationē et futurum tenet per boni propoſiti conſtantiam et firmitatem. Secunda differentia inter chriſtum et illos erat quia chriſtus mundū/id eſt mūdanos reprehendebat. Et ideo mūdus ipſum odiebat/chriſti autem mundū diligebant. et ideo mundus eis fauebat. Unde ſubdit. non poteſt mundus odiſſe vos. H

C Ita eſt enim de mundo et mundi cōtemptoribus et amatorib⁹ ſicut de duobus hominibus cōmorantibus ſimul. Si enim duo homines ſimul ſunt/ambo mutuo ſe poſſunt videre et diligere. Si vo ambo ſunt mortui/neuter poteſt alterū videre nec diligere. Si autem vnus eſt mortuus et alter viuus. Uiuus mortuum videt/mortuus autē viuū videre non poteſt. Homo igitur et mūdus ſunt quaſi duo hoīes tunc autē ambo ſunt viui q̄n homo mundum diligit et mūdus ſibi proſpera tribuit. De his duobus .i. Ioan.iiij. dicitur. Ipſi de mundo ſunt. et ideo de mūdo loquūtur et mundus eos audit/tales erant iſti fratres xp̄i. Ideo dicit eis. nō poteſt mundus odiſſe vos. vbi dicit Chryſo. qualiter eos mūdus odit qui eadē cum mūdo volunt et ꝓ eo ſtudent. Tūc ambo ſunt mortui quādo hō mundū nō amat et mundus de ipſo nō curat talis erat apl̄s qui dicebat. Gal.vi. Mihi mūdus crucifixus eſt et ego mūdo. talis erat xp̄s q̄ mūdū reprehendebat. et ideo mūdus ipſum odiebat. Unde ait. me autē odit q̄ teſtimonium perhibeo de illo q̄ opera illius mala ſunt. Tunc autē vnus eſt mortuus et alter viuus; q̄n mūdus de hoīe nō curat et ſi hō mūdū amare non ceſſat/vel q̄n hō mundū amare contēnit/et tñ mundus occupationibus eū abſtringit. Tertia differētia erat inter chriſtum et illos q̄ illi gloriā mundi amabant/chriſtus autē gloriā mūdi contēnebat. Unde ait. Uos aſcendite ad diem feſtum hūc. ego nō aſcendam ſcilꝫ vobiſcum; vel non aſcendā eo modo quo vultis ſcilicet vt laudem et fauorem humanum habeam et acquiram. I

C Iſti volebāt ſemper in feſto eſſe licet nō in vigilia q̄ ſemp volebant habere gloriā mūdi et nullā ferre mūdi moleſtiā. Alios iſti ſunt multi in p̄ſenti vita q̄ volunt ſemp̄ feſte feſtū/et ideo in futuro facient vigiliam. Uolūt enī modo eſſe in cōmeſſationibus et ebrietatibus et vanitatibus. Ideo erunt ſemper in eſurie et in fletu et in tribulatiōe/et ideo nō faciunt feſtū q̄ modo ſunt in humana conſolatione de q̄bus Luce.vi. Ue vobis qui nunc ridetis; ecce feſtū q̄ lugebitis et flebitis; ecce vigilia. Ponit exemplū de lazaro et diuite/lazarus quidē fuit in vigilia id eſt in paupertate et eſurie et tribulatione. ideo nō eſt in feſto q̄ eſt in abūdantia/in ſatietate/et cōſolatione/diues autē fuit ſemp in feſto ſcꝫ in epulatiōe in pōpa et letitia. ideo modo facit vigilias q̄ modo eſt in tormētis in ſiti ne eſurie ita ꝙ nec guttā aque poſſuit habere. K

C Circa tertium notandū eſt ꝙ erant quidam formidoloſi et timidi q̄ chriſtū credebant ſed veritatē dicere nō audebant. ideo in veritatē peccabāt. Tribus enim modis vt dicit Chryſo. in veritatē q̄s peccare pōt alij veritatē tacendo; alij veritatem ipſam in mendaciū cōmutando; alij ipſam veritatē non defendēdo; erāt eodē modo quidā hic qui veritatē p̄e timore tacebāt. Un̄ in euāgelio dr̄. alij dicebant q̄ bonus eſt. et ſubditur. nemo tamen palā loquebat de illo propter metum iudeorū. Aug. Uerū q̄ reus eſt apud deum et qui veritatē tacet et q̄ mendaciū dicit/ille q̄ ꝓdeſſe nō vult/iſte q̄ nocere deſiderat. Alij erant qui ipſam veritatē mendacium cōmutabant. de quib⁹ ſubdit. alij autē dicebāt nō/ſed ſeducit turbas. de q̄bus dī Roma.i. Cōmutauerunt veritatē dei in mendaciū. alij erant q̄ ipſam veritatem nō defendebant. de quibus dicit. Murmur multus de eo erat in turba; murmurabant quidā de eis ꝙ phariſei xp̄m perſequebantur; ſed tamen eū non defendebant nec aperte reſiſtere audebant cum tamen dicatur. Eccli.iiij. Pro iuſtitia agoniʒare ꝓ anima tua vſq̄ ad mortem.

C Eadē.iij. fer.v. hebdo.xl. Sermo ſecūdus.

Uos aſcendite ad diē feſtum hūc. ego autem nō aſcēdā ad diē feſtū iſtū. A

C Beat⁹ ioānes euāgeliſta deſcribit nobis tria feſta. Unū eſt ꝙ nōdū eſt celebratū q̄ xp̄s illud feſtū

Universidad de Deusto
Biblioteca



Niſi celebrare: et hoc oſtendit chriſtus cum
dicit. Uos aſcendite ad diem feſtum hunc.
Secundum eſt qđ eſt celebrandū quaſi oc
culte nō vane/ neqȝ pompatice/ de quo ſub
ditur. Ut aūt aſcenderunt fratres eius ⁊c.
Tunc et ipſe aſcendit ad diem feſtum: non
manifeſte/ ſed quaſi in occulto. Tertium eſt
quod eſt celebrandum manifeſte et cū ma
gna ſolennitate: ſicut feſtum qđ fiet in tem
plo celeſti. Iſtud ſignatur per illud qđ Jo
hannes immediate ſubdit dicens/ Jam autē
die feſto mediante aſcendit Jeſus in tēplum
Circa primum notandum eſt ꝙ feſtum ho
minum vanorum non eſt celebrandum: qa
totum tempus ſuum ponunt in comeſſatio
nibus delectationibus ⁊ vanitatibus. De q
feſto dicitur Exodi. xxxij. Cras ſolēnitas do
mini eſt: et ſubditur. Et ſedit populus man
ducare ⁊ bibere ⁊ ſurrexerunt ludere. B.
¶ Iſtud eſt feſtum diabolicum ⁊ non eſt fi
endum triplici de cauſa. Prima quia hec vi
ta tota eſt vigilia. Jđ debemus ieiunare/ et
peccata noſtra/ plangere non poſſumus ad
feſtum celeſte peruenire. Johel. ij. Conuerti
mini ad me in toto corde veſtro/ in ieiunio
et fletu ⁊ planctu ⁊c. Matthei quinto. Bea
ti qui lugent: ecce vigilia: quoniam ipſi cō
ſolabuntur: ecce feſtum: ſed homines vani
volunt hic facere feſtum: ideo venient ad vi
giliam. Luce. vi. Ue vobis qui ſaturati eſtis
ecce feſtum: quia eſurietis: ecce vigilia. Se
cundo iſtud feſtum non eſt celebrandum: qꝛ
iſta vita tota eſt exilium. Stultus enī eſſet
ille peregrinus ꝗ in exilio poſitus vellet fa
cere feſtum: ſed dȝ expectare quouſqȝ ad ſuā
patriam reuertatur. Iſta igitur vita eſt qđ
dam exilium. Ps. Aduena ego ſum apud te/
et peregrinus. Patria autem noſtra eſt re
gio celeſtis. Heb. xiij. Nō enim habem⁹ hic
manentem ciuitatem: ſed futuram inqui
rimus. quia ergo hic peccatores faciunt pa
triam: ideo a patria celeſti ſemper erūt exu
lati et banniti. Apoca. xxij. Foris canes et
venefici et impudici. Tertio iſtud feſtū non
eſt fiendum: qꝛ iſta vita eſt locus laboris. ⁊
Job. v. Homo naſcitur ad laborē/ ⁊ auis ad
volandum: ideo ſerui dei ſunt in continuo
labore. Gal. vi. Dum tempus habemus ope
remur bonum ad omēs/ ⁊ ideo de labore ve
nient ad quietem. Apoca. xiiij. Amodo iam
dicit ſpūs vt requieſcant a laborib⁹ ſuis. Uani
autem homines volunt eſſe in ocio: et ideo
de ocio venient ad laborē. Ps. Laborabit in
eternū ⁊ l. in penis/ et viuet adhuc in finē.
Secundo eſt quoddam feſtum (vt dictū eſt)
quod eſt celebrandum: ſed quaſi occulte: et
iterum quod eſt celebrandum ſolenniter et
manifeſte. C
¶ Et ad iſta intelligenda notandum ꝙ ani
me ſanctorū virorum tres habent ſtatus.
Primus ſtatus eſt in quo ipſe anime in p
ſenti vita cum ſuo corpore ſunt coniuncte:
et tali modo ſunt in manu dei. Sapien. iij.
Juſtorū anime in manu dei ſunt ⁊c. Secun
dus ſtatus eſt in quo ipſe anime a ſuis cor
poribus ſunt exute: et quantum ad hoc ſūt
in ſinu dei. Eſa. xl. In brachio ſuo congrega
bit agnos/ et in ſinu ſuo leuabit feras ipſe
portabit: congregabit agnos. i. innocentes/
ne ab innocentia cadant. Leuat et portat fe
tas. i. penitentes in ſinu/ vt ſemper in ope
ribus penitentie fecundi permaneant. Terti⁹
eſt in quo aīe ad ſua corpora reuertentur et
in ſuis corporibus beatificabuntur: et ꝙtū
ad hoc ſunt in thalamo dei. Deut. xxxiij. A
mantiſſimus domini habitabit confidēter
in eo quaſi in thalamo tota die morabitur/
et in humeris illius requieſcet. D
¶ Inquantum igitur ſunt anime adhuc in
preſenti vita cum ipſo ſuo corpore coniunc
te/ et ſunt in manu dei: non debet eis fieri
aliquod feſtum triplici de cauſa. Primo p
pter periculum: quia ille qui eſt homo ſan
ctus/ cras poteſt eſſe mal⁹. i. Cor. x. Qui ſtat
videat ne cadat. Secūdo ꝓpter dubium: qa
neſcim⁹ qui ſunt in dextera dei vel ſiniſtra.
Multi enim videntur eſſe boni/ et in eius
dextera/ qui tamen ſunt mali et in ſiniſtra/
et econuerſo. Judas enī qñ erat bonus vide
batur eſſe in dextera dei: et tamen ꝗtū ad
dei preſcientiam erat in ſiniſtra. Latro quā
do erat in cruce videbat eſſe in ſiniſtra dei:
et tamen in dei predeſtinatiōe erat in dexte
ra. Tertio ꝓpter ſtatum/ quia ſancti viri in
mundo iſto multis tribulationibus ſūt ex
poſiti. Homo autem qui eſt in tribulatione/
non indiget celebratione feſti: ſed compaſ
ſione animi ꝓpter iſtam cām/ nec de chriſto
nec de beata virgine ſiēdi fuerunt in hac vi
ta facta fuit aliquod feſtum/ quia tota vi
ta ſua fuit in labore et afflictiōe: et ideo nō
erat eis neceſſaria celebratio feſti/ ſed com
paſſio. Secūdo anime conſiderantur/ put
ſunt exute a corpore: et ꝙtū ad hoc ſunt in
ſinu dei/ ſicut enī illud quod eſt in ſinu/ eſt
ſecurum/ eſt homini carum/ eſt homini quo
dammō coniunctum: ſic et aīe ſanctorum
dicuntur omnes in ſinu dei: qꝛ ſunt valde ſe
cure. Joan. x. Non rapiet eos quiſꝗ̄ de ma
nu mea: ſunt deo valde care. i. Cor. vi. Em
pti eſtis precio magno: ſunt deo coniuncte
et vnite. Joan. x. Omnes vnum ſint ſicut tu
pater in me: et ego in te. Sicut enī filius eſt
vnum cum patre per naturam: ſic et ſancti
vnum erunt per gratiam. E
¶ Quantum ad iſtum ſtatum de ſanctis in
preſenti vita facimus feſtum tribus de cau
ſis: vt dicit Auguſtinus contra Fauſtum.
Primo propter imitationem: vt ſcilicet vt
hoc exempla ſanctorum imitemur. Jacobi



quinto. Exemplū accipite fratres mali exi
tus longanimitatis ⁊ patientie ⁊ laboris ꝓ
phetis qui locuti ſunt in nomine domini.
Secundo propter meritorum aſſociationē
vt ſcilicet eorū meritis aſſociemur et parti
cipes ſimus. Sancti enim merita ſua parti
cipant his qui illos honorant. Tertio pro
pter orationem eorum: vt ſcȝ ipſi apud deū
pro nobis intercedant. Ideo dicitur Job. v.
Ad aliquem ſanctorum conuertere. Iſtud
autem feſtum dȝ fieri quaſi occulte: id eſt nō
pompatice: nec cum aliqua vanitate: et in
hoc maxime peccant mulieres: contra q̄s
dicitur Amos octauo. Conuertam feſtiuita
tes veſtras in luctum/ et omnia cantica ve
ſtra in planctum/ et inducam ſuper omnem
dorſum ſaccum/ et ſuper omne caput calui
cium. Mulieres enī in feſtiuitatibus con
ſueuerunt ducere choreas: et vanas dicere
cantilenas. Sed iſta cantica cōuertentur in
luctum infernalem. Et ideo dicit. Conuer
tam feſtiuitates veſtras in luctum. Conſue
uerunt etiā ſatus vana ornamenta deferre
Sed iſta ornamenta in ſaccū mutabūtur: qꝛ
cum ſacco et cinere ſepelientur. Et ideo di
cit. Inducam ſuper omnem dorſum ſaccū.
Conſueuerunt capillos alienos deferre ⁊ ca
put ſuum vane ornare: ſed ille ornat⁹ in cal
uitium conuertetur: quia ſicut patet/ capita
earū in momento totaliter decaluata ſunt:
et ideo ſubditur. Super omne caput caluitiū
Tertius ſtatus eſt/ quando poſt beatam re
ſurrectionem anime ad ſua corpora reuertē
tur: et tunc facient feſtum non ſemel in an
no/ vel menſe/ vel hebdomada: quia ibi nō
erit annus/ nec menſis/ nec hebdomada/ ſed
tantum vna dies. Unde Auguſtinus expo
nens illud verbum Chriſti. Nondum venit
tempus meū: exponit de tempore glorie in
perſona Chriſti/ dicens. Iſte eſt dies feſtus
meus/ non diebus iſtis percurrens ⁊ trāſi
ens: ſed permanens in eternum. Ipſa feſtiui
tas eſt gaudium ſine fine, eternitas ſine la
bore/ ſerenitas ſine nube. Iſtud feſtum fiet
non occulte/ ſed cum magna celebritate: qꝛ
omnes angeli et omnes beati/ ſimul deū
laudabunt. Augu. in lib. de ciui. dei. Uacabi
mus/ et amabim⁹ ⁊ videbimus/ et laudabi
mus. Ecce quid erit in fine ſine fine. Ad va
care igitur ſequitur videre/ quia niſi homo
vacet nihil videt. Iuxta illud Ps. Uacate ⁊
videte: ideo dicit. Uacabimus et videbim⁹
Ad videre ſequitur amare: quia nulla res
poteſt amari niſi videatur: vel niſi aliquo
modo cognoſcatur: ideo dicit. Uidebimus
et amabimus. Ad amare ſequitur laudare ⁊
commendare. Illam enim rem quam odio
habeo: ſemper vitupero: illam autē quam
diligo/ ſemper commendo et extollo. Et iđ
dicit. Amabimus et laudabimus. Sancti igi
tur in patria vacabunt: vacando videbunt:
et videndo amabunt/ et amando laudabunt
et hoc erit in fine ſine fine.

¶ Feria quarta quinte heb
domade quadrageſime.

Sermo primus.

FActa ſunt
encenia hieroſoly
mis ⁊ hyems erat
Joannis. x. Ence
nia erat feſtum de
dicationis tēpli.
Et dicitur encenia
enceniorum in plu
rali: quia illud fe
ſtū ꝑ plures dies
agebatur. Et dicitur ab en/ quod eſt in. ⁊ ce
nos quod eſt nouū/ vnde encenio as. id eſt
initio/ vel aliquid de nouo facio. Unde ve
ſtem nouam encenjat qui primo eā portat.
Et epūs eccleſiam encenjat qñ eam dedicat.
Agebatur tunc feſtum dedicationis tēpli.
B ¶ Nam ſm Hieronymum tres fuerūt de
dicationes templi. Prima facta fuit a ſalo
mone in autumno menſe ſeptembri. Secun
da facta fuit a redeuntibus de captiuitate
babylonica in vere menſe martij. Tertia fa
cta fuit a juda machabeo qui templum pro
phanatum a gentibus mundauit: et in hye
me menſis ſeptembris: de qua hic dicitur.
Chriſtus ergo ad illud feſtum dedicationis
aſcēdit et ambulabat in portico ſalomonis
Fecerat quidem ſalomon quādā porticum
vbi populus ſtabat ad orandum/ ⁊ quāuis
illa porticus fuerit poſtmodum deſtructa:
tamen credendum eſt ꝙ tunc fuerit repara
ta. Tunc igitur iudei Chriſtum circundede
runt dicentes. Quouſqȝ animam noſtram
tollis: ſi tu es Chriſtus/ dic nobis palam.
In hoc ſicut dicit Chriſoſtomus: oſtēditur
peruerſitas iudeorum: qui quando Chriſt⁹
eos erudiebat per verba/ petebant ſigna di
centes illud Joannis ſecundo. Quod ſignū
oſtendis nobis quia hec facis? Cum autem
faciebat ſigna petebant verba ſicut hic pa
tet cum dicunt. Si tu es Chriſtus dic no
bis palam. B ¶ Notandum eſt aūt ꝙ
iudei intendebant tria: decipere/ vel ei detra
here vel ipm conturbare/ ſed chriſtus con
tra hoc ꝙ voluerūt eū decipere ſe habuit
ſapiēter. Cōtra hoc ꝙ voluerūt eū detrahe
re ſe habuit conſtāter: cōtra hoc ꝙ voluerūt
eū cōturbare ſe habuit patienter: ꝗ̄ ſibi rō
nabiliter. Primo quādo voluerunt eū decipere
⁊ premittunt verbum adulationis/ vt eis
tius eum decipere poſſent dicentes, Magiſ

Universidad de Deusto Biblioteca

quo ad animā no.tol.xc. Cogitabant eū taliter decipere quia aut reſpondebit ſe non eſſe chriſtum/et ſic habebimus propoſitū noſtrum. Aut ſe eſſe chriſtū et regem:et tūc ſibi duo imponemus: ſcilicet ambitionem. Unde dicit auguſtinus. Si diceret/ego ſum chriſtus qui de ſemine dauid eſt oriundus: calumniabuntur ꝙ ſibi arrogaret regiā poteſtatem. Iterum uſurpationem regni. Et hoc cogitabant eum tradere poteſtati preſidis puniendum quaſi quiſiba auguſtus imperium uſurparet. Si autem reſpōdebit dubie:dicemus ꝙ ipſe eſt homo duplex: quia aliud habet in corde:et aliud dicit in ore. Sed ad iſta omnia domin⁹ ſe habuit ſapienter. Non enī dicit ſe non eſſe xp̄m:quia dixiſſet contra fidem. et veritatem:et ipſe eſt veritas. ipſa que mentiri non poteſt. Reſpōdit autem ad alia duo dicens/loquor vobis/et non creditis opera que ego facio in nomine patris mei teſtimoniū perhibent de me: quaſi di.chriſtus. Uultis me audire ſi ego ſū chriſtus et ego reſpondeo vobis: quia non oportet ꝙ ego dicam: quia opera que ego facio teſtimonium perhibent de me. C

¶ Faciebat enī chriſtus quedā opera que indicabant ſuam humanitatem ſicut eſurire/flere:et conturbationem oſtendere:laſſitudines ſuſtinere. Quedam que ſuam potētiam oſtendebant diuinitatem: ſicut ſpiritū ſanctum dare. Joan.xx. Accipite ſpūſanctū ⁊c. Sicut peccā remittere. Luce.v. Hō remittūtur tibi peccata tua. Unde dixerūt ſcribe et phariſei. Quis poteſt dimittere peccata/niſi ſolus deus. Sicut infirmos ⁊ mortuos ſolo imperio ſuſcitare ⁊ ſanare. Mar.v. Puella tibi dico ſurge. Iſta opera prebebant teſtimonium de eo quod ipſe erat verus homo et verus deus. Aliud teſtimonium ꝙ ſit verus deus et verus homo ponit Joan.dicens.i.Joānis.v. Tres ſunt qui teſtimoniū dant in celo/ pater / verbum ⁊ ſpūſſanctus et hi tres unum ſunt. Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra.ſ.ſpiritus/ aqua et ſanguis. D

¶ Quod enī xp̄s fuerit verus de⁹ dedit teſtimoniū pater/qū dixit Matthei iij. Hic eſt filius meus dilectus. Teſtimoniū dedit ſanctus/quando ſpiritus in ſpecie columbe ſuper ipſum baptizatum deſcendit. Teſtimonium dedit ipſe filius/quando dixit. Ego et pater unum ſumus. quod autem fuerit terreſtris verus homo/tres ſunt teſtes. ſcilicet ſpiritus.id eſt anima quā in cruce emiſit. Aqua que de eius latere manauit. Et ſanguis qui de ei⁹ venis fluxit. Sic ergo chriſtus ad illud quod querebant:ſcilicet ſi ipſe erat chriſtus reſpondit:quia opera ſua indicabant ꝙ ipſe eſſet. Ad illud ꝙ ſcire volebant ſi reſpondiſſet dubie:ait. Pater quod dedit mihi maius omnibus eſt. Auguſtin⁹ dedit mihi ut ſim verbum eius:ut ſim unigenitus filius eius: ut ſim ſplendor lucis eius:et ſubdit dicens. Ego et pater unū ſumus:quaſi dicat. Uos vultis ſcire ſi ego locutus fuero dubie:et ego dico vobis manifeſte:qꝛ ego et pater unum ſumus. Auguſtinus. Utrūqꝫ audi et unū ⁊ ſum⁹ et a caribdi et ſcilla liberaberis. ꝙ dicit unum/ liberat te ab arrio: ꝙ dicit ſumus / liberat ſe a ſabellio. Si ergo unum:nō diuerſi. ſi ſum⁹: ergo pater et filius. Secundo iudei voluerunt chriſtum deterrere:quod notatur per hoc quod dicitur. Suſtulerunt lapides iudei ut lapidarent eum. Audientes enī hoc iudei ꝙ dixit. Ego et pater unū ſumus intellexerunt ꝙ diceret ſe equalem deo:et idō manus ad lapides poſuerunt et ſic eum deterrerent ne talia ulterius dicere auderet. Sed chriſtus ad eorum terrorem ſe habuit conſtanter dicens. Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo:propter quod eorū op⁹ vultis lapidare. quaſi dicat xp̄s. Nullus debet lapidari propter bona opera:ſed ꝓpter mala. Ego autem inter vos mala non feci: ſed multa bona opera operatus ſum/qꝛ leproſos mūdaui/cecos illuminaui/mortuos ſuſcitaui. E

¶ Sunt quidam qui reddunt mala pro bonis/et illud eſt prohibitum: quia deus ſibi hoc retinuit. Ro.xij. Mihi vindictā ⁊ ego retribuam. Alij ſunt qui retribuunt bona ꝓ bonis:et illud eſt quoddam naturale debitum. Matthei quinto. Si diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis: nonne et publicani hoc faciunt? Alij ſunt ꝗ retribuunt bona pro malis et illud eſt perfecte charitatis indicium. Talis erat chriſtus:quia a iudeis multa recipiebat conuicia:et tamē nō ceſſabat eis dare beneficia. Iſtam doctrinā docet chriſtus ſuis dicēs Matthei quīto. Benefacite his qui oderūt vos. Alij ſunt qui retribuunt mala pro bonis:et illud eſt valde iniquum. Tales erant iudei:quia a chriſto multa recipiebant beneficia/et tamen multa inferebant opprobria ſibi. Retribuunt mala pro bonis:et odium pro dilectione mea:et ideo chriſtus charitatiue redarguit dicens. Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo / propter qđ eorum opus me lapidatis. Tertio iudei voluerunt chriſtum conturbare in hoc ꝙ blaſphemiam ſibi imponentes dixerunt. De bono opere non lapidamus te:ſed de blaſphemia. Nō eſt aliquis ita patiens/qui nō moueretur ad conturbationem/ſi ſibi diceret ꝙ eſſet blaſphemus. Chriſtus autem reſpōdit patienter et rationabiliter/dicens. Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra:quia ego dixi dij eſtis:quaſi dicat. Me non debetis lapidare



dare ſi deū me vocaui: quia ſcriptura vos vocat deos homines puros. Multo fortius poteſt vocari deus ille quem pater ſanctificauit:id eſt quem ſanctum genuit in mūdū miſit. F

¶ Dicit autem gloſſa ꝙ deus dicitur tribus modis:ſcilicet natura:et hoc mō chriſtus erat deus. Adoptiōe et gratia / et hoc modo ſancti dicuntur dij:et falſa nūcupatione:et hoc modo idola et demones dij appellantur. Sancti ergo viri dicuntur dij nō per naturam/ſed per gratiam. Auguſtinus. Talis eſt unuſquiſqꝫ qualis eſt dilectio ſua ſcilicet ſi deum diligis/deus es. Si terram diligis/terra es. Diligamus ergo deum ut dij appellemur. contemnemus terrena ne terra vocemur. Sed poſſet aliquis dicere. Uolo utrūqꝫ facere et deum diligere: ⁊ ſic ero deus et terram amare / et ſic ero terra: ſed hoc fieri non poteſt / quia ſicut dicitur Matthei ſexto. Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. deo et mundo. G

¶ Et illud poteſt oſtendi per tria exempla/ ſcilicet vaſis/manus et oculorum. Auguſtinus in libro homel. hoc oſtendit exemplo vaſis/qꝛ ſi vas aliquod debet impleri melle et eſt plenum aceto:oportet ꝙ acetum effundatur et ſic mel infundatur. Unde dicit. Eſt amor vtilis/et eſt amor nocius. Amor amore impenditur/amor nocius recedat:et amor vtilis ſuccedat. Pleni ſunt homines amore huius ſeculi:fundant ⁊ capiant:vos ut inter mel:unde acetum non fudiſti. Secundo hoc idem oſtendit Auguſtinus ſup Joannem exemplo manus dicens. Amorem hominis ſic putate quaſi manum anime: ſi aliquid tenet aliud tenere non poteſt. Ut autem poſſit tenere quod datur : dimittat qđ tenetur. Qui enī amat ſeculum/deum amare non poteſt/occupatā habet manū. Dicit illi deus. Tene quod do. Non vult dimittere quod tenebat:nec poteſt accipere quod offertur. Tertio hoc oſtēdit Cyprianus in tractatu de.xij. abuſiōibus ſeculi exemplo oculorum dicens. Mūdi amor/⁊ dei/pariter in uno corde habitare non poſſunt: quēadmodum oculi celum pariter et terram nō quaqꝫ conſpiciunt. Dicit Ariſtoteles in libro de animalibus ꝙ aues claudunt oculos cū palpebra inferiori. Alia vō ſenſibilia cū palpebra ſuperiori. Per aues intelliguntur ſancti viri qui ad inferiora et terrena oculos claudunt/et celeſtibus et ſuperioribus intendunt. Per animalia intelligunt mundani ꝗ habent oculos clauſos ad celeſtia:⁊ apertos ad terrena.

¶ Eadem feria quarta quinte hebdomade quadrageſime. Sermo ſecundus.

Operaque ego facio in nomine patris mei/hec teſtimonium perhibent de me: ſed vos non creditis quia non eſtis ex ouibus meis. Oues mee vocē meam audiūt et ego cognoſco eas et ſequuntur me. A

¶ Dominus noſter qui eſt verus paſtor pouit hic duas differentias ouium. Sunt enī quedam oues que nō ſunt ſue:ſed oues diaboli. De quibus dicit:ſed vos non creditis quia non eſtis ex ouibus meis. Alie ſunt oues ſue/de quibus dī. Oues mee vocē meā audiūt ⁊c. Prime oues.ſ.oues diaboli faciunt duos greges. Prim⁹ grex eſt in hoc mūdo. Oues igit diaboli que ſunt in hoc mūdo ſunt ipſi hypocrite. De quibus dicitur Matthei.vij. Attendite a falſis ꝓphetis ꝗ veniunt ad vos in veſtimentis ouiū ⁊c. B

¶ Dicit iō Chriſoſto. ſuper Mattheum ꝙ lupus ſi tegatur pelle ouina poteſt tamen cognoſci quod ſit lupus per tria. Primo per actum:quia lupus dentibus mordet/ouis autem non habz dentes unde mordeat. Secundo per ululatum:quia lupus verſus celum ululat/ouis autem verſus terrā et ſeipſam balat. Tertium per cibum:quia lupus cibatur carnibus/ouis vero herbis virentibus paſcitur. Eodem modo hypocrite cognoſcuntur. Primo per actum/qui ſerui dei non mordent nec detrahunt nec de aliquo obloquunt. Hipocrite autem mordent et detrahunt. De quibus dicitur Gal.quinto. Si inuicem mordetis et comeditis vide ne ab inuicem conſummamini. C

¶ Ex hoc hꝫ ꝙ aliqui mordent/ quidā comedunt:⁊ quidā cōſumūt. Ille ꝗ mordet partē accipit et partem relinquit. Sic detractor ſepe in parte laudat/ ⁊ in parte vituperat. Ille vō ꝗ comedit cibum maſticat ⁊ ſibi incorporat. Sic etiā multi ꝯtra vitā aliorum murmurant:et tū eadem faciēdo ſibi incorporant. Ille aūt ꝗ cōſumit/nec de pelle/nec de carne/nec de oſſe aliqđ dimittit. Sic etiam multi ꝯdēnāt vitā/vituperāt famā/⁊ ſuadicant pſcientiā. Secūdo cognoſcunt ꝑ vocē. Serui enī dei balāt aduerſus terram ad ſeipſos:qꝛ recognoſcunt ſe terrā eē: ⁊ mala ſua deflectūt hic. Hipocrite vō verſus celū ululāt:qꝛ ꝯtra boſos celeſtes ſepe loquūt et ipſos infamāt. Ps. Poſuerūt i celū os ſuū.i.in celeſtes. Iniquitatē in excelſo locuti ſunt.i.ꝯtra viros excelſos. Tertio cognoſcitur ꝑ cibū:qꝛ oues.i.boni paſcunt herbis virētib⁹.i.celeſtib⁹ amenitatib⁹. Eze.xxxiiij.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Requieſcent inherbis virentibus. Mali autem paſcuntur carnibus.i.carnalib⁹ voluptatibus. Ro.viij. Qui enim ſm̄ carnē ſunt: ea que carnis ſunt ſapiunt. Qui vero ſunt ſecundum ſpiritum. ea que ſunt ſpiritus ſapiunt et ſequuntur. D

¶ Secundus grex diaboli ouium eſt in inferno. De quibus di. in. ps. Sicut oues in inferno poſiti ſunt mors depaſcet eos. Q̄d ydem verbū quattuor modis exponit. Primo ſic. q̄ ſi oues ſunt in ſimul cōſueuerunt ſtare cōpreſſe ꝛ vna ſup aliā iacere. ſic etiā dānati adinuicē in inferno ſic erūt cōpreſſi ꝙ vn⁹ ſup aliū iacebit. Et hoc innuit. Math.xiij. vbi dicitur. Primum colligite zizania ꝛ alligate faſciculos ad comburendum. Sicut ligna in faſciculis ſunt cōpreſſa. ſic etiā dānati adinuicem cōprimūtur. Notandum eſt tamen ꝙ oues in magno calore ſtant cōpreſſe. in magno autē frigore ſtant ſeparate. Sic dannati quando ſtant in igne ſunt compreſſi vt adinuicem ſe magis cōburant. Et quando ſtant in frigore ſunt ſeparatim. vt quilibet per ſe tremat et ſtrideat dentibus. E

¶ Secundo intelligitur ſic. Greges conſueuerunt adinuicem ſeparari. ſic et in inferno erunt diuerſi greges.i. diuerſi dannatorum ordines. Nam erit ibi grex ſuperborum: grex auarorum et grex luxurioſorum et hoc innuitur zacha.xij. Planget terra. ſcʒ infernalis familie. ꝛ familie ſeorſum. Quia per ſe plangent familie ſuperborum per ſe plangent familie auarorum. et per ſe familie luxurioſorum. Tertio modo ſic poteſt intelligi. Conſueuit paſtor oues tondere et lanam ab eis auferre: et ſic attonſas ad paſcuas eas tranſmittere. Sic etiam omnes diaboli dimittunt hic lanam id eſt res temporales: ꝛ ſic attonſe ad paſcua infernalia diriguntur. et de bonis ſuis nichil portant ſecum. Job.xxvij. Diues cum dormierit nihil ſecum afferet. F

¶ Quarto modo ſic poteſt intelligi. Conſueuerunt oues poſtquam in vno prato pauerunt ire ad paſcendum in aliud pratum. In inferno ſunt duo prata. Unum eſt pratum caloris aliud eſt pratū frigoris. Poſtquam igitur oues diaboli in prato caloris ſunt adulte tranſibunt ad pratum frigoris Poſtquam in prato frigoris ſunt congelate tranſibunt ad pratum caloris. Job.xxiij Ad nimium calorem tranſibunt ab aquis niuium. G

¶ Secundo ſunt oues dei. et ille cognoſcuntur per quattuor ſigna. Primo per opera que faciunt. Illud ſignum dominus etiam ponit de ſe qui eſt paſtor omnium ꝛ cū dicit. Opera que ego facio teſtimonium perhibent de me. Eodem modo fideles ſui ab operibus cognoſcuntur. H

¶ Hic notandum eſt tamen quod ſunt quedam opera que hominem ſanctum oſtendunt. ſed non faciunt. Sicut ſunt⁹ opera miraculorum que etiam aliquando mali virtute fidei faciunt. Unde dicent in iudicio illud. Matthei.vij. Domine domine: nonne in nomine tuo prophetauimus ꝛ virtutes multas fecimus in nomine tuo? Alia ſunt opera que faciunt hominem ſanctum ſed non oſtendunt. ſicut eſt ſimplicitas et humilitas ſanctorum virorum. et cetere virtutes que faciunt hominem ſanctum coram deo. ſed ſ pe reddunt eum deſpicabilem coram mundo. De quibus dicitur. Job.xij. Deridetur iuſti ſimplicitas. lampas contempta apud cogitationes diuitū. Ubi dicit Greg. quod ſancti viri ſunt lampas que lucet interius. ſed contempta quia exterius non lucet. Lampas ſunt quia interius virtutibus ſplendent. ſed contempta quia exterius irriſionibus patent. Alia opera ſunt que hominem faciunt ſanctum. quia peccata omnia dimittunt. Eccli.iij. Ignem ardentem extinguit aqua et eleemoſyna reſiſtit peccatis. Hoc enim etiam coram hominibus ſanctum oſtēdit. Eccli. xxxi. Eleemoſynas illius enarrabit omnis eccleſia ſanctorum. Secundum ſignum eſt quod ſunt oues chriſti quando vocē eius audiunt. Unde ſubditur. Oues mee vocem meam audiunt. I

¶ Quatuor enim voces iſte paſtor dat ouib⁹ ſuis. Prima eſt exterior exhortatio. De qua dicitur. Prouer.i. Sapia foris p̄dicat in plateis dat vocem ſuam. Secunda eſt interior inſpiratio. de qua dicitur. ps. Audiā quid loquatur in me dominus meus. Job. xxxij. Inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Tertia eſt beneficiorum largitio Ia.i. Si volueritis ꝛ audieritis me bona terre comedetis. Quarta eſt corporalis flagellatio. per quam homines ſepe ad deum recurūt. ps. Multiplicate ſunt infirmitates eorum. poſtea accelerauerūt. Sed q̄m multi ſunt qui iſtas voces non audiunt. ideo dominus conqueritur. Prouer.i. dicens. Uocaui.ſ. per exteriorem exhortationem et renuiſtis. Extendi manū meam.ſ. beneficia largiendo ꝛ non fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum quo vobis propoſita bona inſpirabā ꝛ increpationes meas neglexiſtis. per quas aliquando vos arguebam ꝛ flagellabam. iō ſubditur magna comminatio. Ego quoqꝫ in interitu veſtro ridebo. ꝛc. K

¶ Tertium ſignum eſt ꝙ aliqui ſunt oues chriſti quando ipſe chriſtus qui eſt paſtor eas cognoſcit. Unde ſubditur. Et ego cognoſco eas. Cognoſcit autem fideles ſuos



per imaginem ſuam quam eis impreſſit. Iux. illud. ps. Signatū eſt ſuper nos lumē vult⁹ tui domine. Per arma virtutū q̄bus eos armauit. Romanos.xiij. Abijciamus ergo opera tenebrarum: et induamur arma lucis. ſic vt in die honeſte ambulemus ꝛc. Per ſigna bonorū operū quibus eos decorauit. Cant. viij. Pone me vt ſignaculū ſuper cor tuū. et ſuper brachiū tuum. Per doctrinam charitatis. qua eos inſtruxit. Joh.xiij. In hoc cognoſcent omnes q̄ discipuli mei diſcipuli ſi habueritis dilectionē adinuicem. Quia vero reprobi iſta non habent. ideo a chriſto in iudicio non cognoſcent. Sʒ dicet eis illud Mat.xxv. Amen dico vobis neſcio vos. Quod verbum exponens Chryſ. dicit. Pater cognoſcit filios ſuos per imaginem ꝛ ſimilitudinem ſuam. Rex cognoſcit milites ſuos per arma ꝛ vexilla ſua. Paſtor cognoſcit oues ſuas per ſigna ſua. Magiſter cognoſcit diſcipulos ſuos per doctrinam ſuam. Ego autem non cognoſco vos tanquam pater filios ſuos: quia meam imaginem non habetis. Nec tanquam rex milites ſuos quia mea⁹ arma non habetis nec vexilla portaſtis. Nec tanquam paſtor oues quia mea ſigna abſceſſiſtis⁹. Nec tanquam magiſter diſcipulos quia meam doctrinam non ſeruaſtis. Quartum ſignum eſt quod ſint oues chriſti quando chriſtum verum paſtorem ſequuntur. Unde ſubditur. ꝛ ſequuntur me. Mali nolunt chriſtum ſequi ſed eum fugiunt et ab eo ſe auertunt. Unde de talibus dominus conqueritur dicens Mat.xxiij. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alis et noluiſtis. Legitur de proprietatibus auium ꝙ aliquando gallina ſimul et ſemel fouet oua propria: et oua anatum: et oua pauonum. cum autem pulli creuerūt: veri pulli matrem ſequuntur. anates autē in aquam ſe immergunt pauones de ſua pulchritudine glorianter nutricem relinquunt. ſic ꝛ deus tanquam bonus paſtor et bona gallina congregat bonos ꝛ malos in vna fide ꝛ fouet eos in multis beneficiis que eis confert. ſed tandem quidam eorum ſequuntur eūm per imitationem bonorū operū ſicut ſunt humiles ꝛ manſueti. alij vero deſerunt ipſum et in aquas deliciarum ſe immergunt. ſicut ſunt voluptuoſi. alij de ſuis diuitijs et honoribus gloriantes chriſtum deſerunt. ſicut ſuperbi et auari. ſed qui vere chriſti oues ſunt et pulli ipſum ſequuntur. ideo dicit. Et ſequuntur me.

¶ Feria quinta hebdomade quinte. quadrageſime. Sermo.i.

R Ogabat Jeſum quidam phariſeus vt mā ducaret cum illo. et ingreſſus domum phariſei diſcubuit. et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix vt cognouit ꝙ Jeſus accubuiſſet i domo. ꝛc. Luc.vij. Eccleſia ſupponit vniuerſaliter quod iſta mulier peccatrix fuit Maria magdalena ſoror lazari que etiam in bethania vnxit pedes ieſu chriſti et caput. de qua dicitur. Math. xxvi. Cum eſſet in bethania in domo ſymonis lepreſi. acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti precioſi et effudit ſuper caput ipſius recumbentis. de qua etiā dicitur Joh.xij. Ante ſex dies paſche venit ieſus in bethaniam et infra. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici precioſi et vnxit pedes ieſu et extergit capillis ſuis pedes eius. Utrum autem iſta vnctio de qua facit mentionem Lucas et illa que facta fuit in bethania fuerit vna et eadem vel fuerint due dubitatur. Aug. autem dicit ꝙ fuerunt due. Unde ſicut dicit in libro de conſenſu euangeliſtarum eamdem mariam bis feciſſe intelligendum arbitror ſemel vt lucas narrat. Unde Joannes cum de lazaro reſuſcitando cepiſſet loqui antequam veniret in bethaniam dixit. Maria autem que vnxit dominum vnguento extergit capillis ſuis pedes eius cuius frater lazarus infirmabatur. itaqꝫ iam hoc maria fecerat. quod autē in bethania hoc fecerit rurſus. aliud eſt quod ad luce narrationem non pertinet. Siue autem fuerint due vnctiones ſiue vna manifeſtum eſt ꝙ illa talis vnctio ſepulturam chriſti repreſentabat. Unde dicitur. Math. xxvi. Mittens hec mulier in corpus meum hoc vnguentum ad ſepeliendum me fecit: et quoniam tempus illud vocatur tempus de paſſione. ideo legitur hoc euangelium in quo agitur de iſta vnctione. A

¶ In hoc igitur euangelio ponuntur varia genera egrotantium. quidam enim erant egrotantes. verum qui egritudinem ſuam bene cognoſcebant: et ideo medicum⁹ requirebant. de quorum numero erat iſta peccatrix que infirmam et immundā ſe cognoſcens ad medicū et ad fontem venit. Grego. quia humiliter turpitudinis ſue maculas aſpexit. lauanda ad fontem miſericordie cucurrit. alij erant qui nec egritudinem ſuam cognoſcebāt nec medicū vllo modo requirebāt. immo egros ꝛ medicos iudica

Universidad de Deusto
Biblioteca



bant de quorum numero erat phariſeus qui
dicebat intra ſe. hic ſi eſſet propheta ſciret
vtiqȝ ⁊c. Grego. Ecce phariſeus apud ſe
ſuperbus et fallaciter iuſtus, egrum repre-
hendit de egritudine, ⁊ medicum de ſub-
uentione. que profecto mulier ſi ad pedes
phariſei veniſſet calcibus depulſa diſceſ-
ſiſſet. inquinari ſe alieno peccato crederet.
Alij erant qui de aliorum ſanitate egrota-
bant. de quorum numero erant illi qui di-
cebant. quis eſt hic qui etiam peccata di-
mittit. vnde dicit Gregorius. Ecce que ad
medicum venerat egra ſanata eſt. Sed de
ſalute eius adhuc alij egrotant. In medio
igitur egrotantium erat iſtorum medicus
conſtitutus qui primum infirmum ſanauit
ſecundum rationabiliter confutauit. certū
in ipſa infirmitate dereliquit. B
Circa primum infirmum ſcȝ ipſam pecca-
tricem notandum quod ipſa per quattuor
deum offenderat. et ideo per quattuor deo
ſatiſfaciebat. vt verificetur quod dicitur.
Sapien. xi. Per que peccat quis per hec et
torquetur. Primo enim offenderat deum
per oculos ipſos ad vana iaciendo ſepius.
ideo de ſuis oculis deo ſatiſfaciebat ama-
ras de ipſis lachrymas emittendo. ideo di-
citur lachrymis cepit rigare pedes eius. C
¶ Inuenimus tamen qȝ ipſa quattuor la-
chrymarum genera habuit. Primo lachry-
mas compunctionis quas fudit ex conſi-
deratione peccatorum ſuorum, de quibus
dicitur hic quod lachryme fuerunt tante
virtutis et efficacie quod impetrauerunt
omnium peccatorum ſuorum abſolutio-
nem. vnde dixit ei chriſtus, Remittuntur
tibi peccata tua. Secundo habuit lachry-
mas compaſſionis et hoc in morte fratris
ſui que fuerunt tante efficacie quod indu-
xerunt chriſtum ad fletum qȝ fecerunt eū
reſuſcitare lazarum. Unde dicitur Johan.
xi. Uidens ieſus mariam plorantem lachry-
matus eſt. Poſtmodum ad monumentum
iuit. ⁊ lazarum reſuſcitauit. Tertio habuit
lachrymas doloris et hoc in morte chriſti.
Unde dicitur. Luc. xxiij. Sequebatur eum
multitudo populi et mulierum que plan-
gebant et lamentabantur eum. Certum eſt
autem quod inter illas mulieres iſta prin-
cipalior aderat ⁊ iſte lachryme fuerunt tā-
te virtutis qȝ induxerunt xp̄m ad cōpaſſio-
nem. Unde dixit eis. Filie hieruſalem nolite
flere ſuper me. ſed ſuper voſipſas flete ⁊ ſu-
per filios veſtros. qȝ venient dies ⁊c. quar-
to habuit lachrymas amoris: quas fudit
ex ſubtracta ⁊ deſiderata preſentia corpo-
ris chriſti. Unde di. Joh. xx. Maria ſtabat
ad monumentum foris plorans. et iſte la-
chryme fuerunt tante virtutis quod mere-
rent angelicam viſionem. Unde di. Dum
ergo fleret ad monumentum vidit duos an-
gelos in albis ſedentes. Meruerunt etiam
chriſti apparitionem. Unde di. conuerſa re-
troſum: vidit ieſum ſtantem. Secundo of-
fendit deum per capillos ipſos vane com-
ponendo. ideo ſatiſfecit chriſti pedes de ip-
ſis tergendo. In talibus enim vanitatibus
capillorum ſepe offendunt vane mulieres
deum. Unde dominus contra eas loquitur
dicens. Iſa. iij. Pro eo quod eleuate ſunt
filie ſyon et ambulauerunt extento collo et
nutibus oculorum ibant et plaudebant et
pedibus ſuis compoſito gradu incedebāt.
Nunc enim mulieres modo collum exten-
dunt: modo nutibus oculorum plaudunt.
modo compoſito gradu incedebant. Sed
contra tales ponit penas dicens. ⁊ erit pro
ſuaui odore fetor. et pro zona funiculus et
pro criſpanti crine caluicium. et pro faſcia
pectorali cilicium. q. d. que diuerſos ſibi ex-
hibebant odores intolerabiles in morte ha-
bebunt fetores. que cingebantur corrigijs
argenteis tunc ligabuntur pedes ⁊ manus
funiculis que ornabantur vanitatibus ca-
pillorum tunc habebunt caluicium capitis
que portabant faſciam ſericam tunc porta-
bunt faſciam cilicinam. Tertio offendit deū
ore ſuo. ſiue verba laſciuia dicendo ſiue la-
ſciuia oſcula dando. ſiue laſciue comeden-
do. id de ipſo ore ſatiſfaciebat ipſum in pe-
dibus chriſti deuote figendo et ipſos oſcu-
lando. Solent etiam homines inimici quā-
do ad pacem veniunt ſe inuicem oſculari.
Iſta peccatrix deo bellum fecerat ſed mo-
do reconciliationem accipiens erat. id ſibi
in pedibus oſcula dabat. De iſta reconci-
liatione peccatoris dicitur in pſo. Miſeri-
cordia ⁊ veritas obuiauerunt ſibi. iuſticia
⁊ pax oſculate ſunt. quando peccator ex par-
te ſua habet veritatem. quia de ſuis pecca-
tis veraciter ſe accuſat ſtatim ex parte dei
ipſi peccatori miſericordia obuiat. ideo
dicitur. Miſericordia et veritas obuiaue-
runt ſibi. D
¶ Quando etiam peccator habet iuſti-
tiam quia de ſeipſo iuſtitiam facit et ſe pu-
nit. ſtatim pax dei ſibi oſculum tribuit id
dicitur iuſticia et pax oſculate ſunt. Quar-
to offendit deum per vnguenta ea ſibi ip-
ſi vane exhibendo. ideo ſatiſfaciebat chri-
ſto pedes eius de ipſis deuote vngendo.
E ¶ Eſt autem triplex vnguentum
quod ipſa chriſto obtulit. Primum eſt
contritionis: quod ſignatur per illud vn-
guentum quo chriſti pedes inunxit et la-
chrymis rigauit. Species huius vnguenti
ex parte ſunt amare et ex parte dulces. quia
debet habere amaritudinem peccator de
peccatis ſuis ex ipſorum perpetratione. ſed
magnum gaudium de venie impetratione



Secundum vnguentum eſt deuotionis:
quod ſignatur per illam vnctionem qua
vnxit caput chriſti vt habetur. Matthei.
xxvi. Et pſo. Impinguaſti in oleo caput
meum. tunc caput oleo impinguatur quan-
do mens ſuaui deuotione repletur. Spe-
cies illius vnguenti ſunt omnes ſuaues,
que ſunt beneficia dei et dona gratiarum.
Tertium vnguentum eſt odorifere opinio-
nis, illud ſignatur per aromata quibus
corpus chriſti vngere voluit. Species hu-
ius vnguenti odorifere ſunt. que ſunt odo-
rifera conſcientia odorifera vita. Et odo-
rifera fama. Prouer. xxvij. Unguentis et
varijs odoribus delectatur cor. G
¶ Circa ſecundum infirmum notandum
quod chriſtus poſuit ſibi paradigma di-
cens, duo debitores erant. ⁊c. Phariſeus
autem reſpondit quod plus diligere de-
bebat cui plus dimiſſum fuerat. vbi dicit.
Greg. Dum ſua ſententia phariſeus con-
uincitur quaſi freneticus funem portat cū
quo ligatur. Iſti duo debitores erant.
Maria que erat debitrix deo quingento-
rum denariorum. Phariſeus autem quin-
quaginta quia minus credebant ſe peccaſ-
ſe. et ideo Magdalena plus diligere debe-
bat. Quia maiorem remiſſionem accepe-
rat: et quia plus diligebat. Ideo maiora
obſequia chriſto prebebat. ideo dixit chri-
ſtus intraui in domum tuam ⁊c. Olim
quando aliqui recipiebant aliquos hoſpi-
cio. Primo dabant oſculum in ſignum ſe-
curi hoſpitij deinde lauabant ſibi pedes.
propter laborem itineris. poſtea vnguen-
to refrigerationis eorum caput vnge-
bant: contra caloris eſtum. Sed dominus
Phariſeum reprehendit quia iſta ſibi non
exhibuerat et tamen iſta peccatrix iſta ſibi
dederat. Ideo dixit. Intraui in domum
tuam ⁊c. F
¶ Circa tertium infirmum notandum qȝ
illud qui de ſanitate peccatricis infirma-
bantur erant ſicut veſpertiliones que ad
lucem excecantur. Sapien. ij. Malicia eo-
rum excecauit eos. Erant ſicut ſerpentes
qui de bono odore moriuntur. ij. Corin-
thio. ij. Chriſti bonus odor ſumus. alijs
quidem mortis in mortem. alijs odor vite
in vitam. Erant ſicut palatum infectum ha-
bentes qui circa ſaporum naturam fallun-
tur. de quibus dicitur Eſaie. v. Ue qui di-
citis malum bonum et bonum malum. po-
nentes tenebras lucem: et lucem tenebras.
ponentes amarum in dulce: et dulce in a-
marum.

¶ Eadem feria quinta quinte
hebdomade. xl. ſermo
ſecundus.

Ecce mu-
lier que erat in
ciuitate pecca-
trix ⁊c. Status
huius mundi de-
ſcribitur quan-
tum ad tria Pri-
mo quātum ad
ſtatum culpe cū
dicitur. Mulier
que erat in ciuitate peccatrix. Secundo
quantum ad ſtatum penitentie. cum dici-
tur Lachrymis cepit rigare pedes eius.
Tertio quantum ad ſtatum perfectionis et
gratie. cum in fine concluditur. Fides tua
te ſaluam fecit. Circa primum ſtatum no-
tandum quod culpa illius mulieris fuit qȝ
peccatrix erat et carnalibus voluptatibus
ſe expoſuerat. Habuit enim tria que ſibi et
alijs mulieribus fuerunt et ſunt cauſa pec-
cati. Primo pulchritudinem corporis. qȝ
dicitur multum pulchra et formoſa fuiſſe.
Secundo opulentia rei temporalis. quia
fuit multum locupleta. Tertio habuit do-
minium ſuum et libertatem: quia fuit ſui
domina. quia cum lazaro fratre ſuo ⁊ mar-
tha ſorore ſua patrimonium diuiſit ⁊ mag-
dalum caſtrum in partem recepit. B
¶ Iſta tria vt dictum eſt fuerunt ſibi et
multis alijs mulieribus occaſio peccati.
Primum quod eſt occaſio peccati eſt pul-
chritudo corporis. Prouer. xi. Circulus au-
reus in naribus ſuis mulier pulchra et fa-
tua. Sicut enim ſus habens circulum au-
reum in lutum ſe immittit. ſic mulier ha-
bens pulchritudinem in voluptatem ſe im-
mergit. Quando autem mulier eſt pulchra
et ſapiens non eſt periculum: quia ſapiens
ipſa ſe conſeruat. Similiter quando eſt tur-
pis et fatua non eſt periculum. quia nemo
eam ſollicitat. Sed quando eſt pulchra et
fatua tunc eſt periculum. Nam quia eſt pul-
chra ſollicitatur a multis. Quia vero eſt
fatua: cuſtodire ſe neſcit. De tali pulchritu-
dine dicitur. prouer. xxxj. Fallax gratia et
vana eſt pulchritudo. C
¶ Eſt enim vana quia cito tranſit. ⁊ eſt fal-
lax. quia multos decipit. Pulchritudo enī
mulieris eſt ſicut carbo fulgidus. eſt ſicut
gladius ſplendidus. Eſt ſicut pomum pul-
chrum plenum vermibus. Pueri igitur vi-
dentes carbones fulgentes eos tangunt et
comburuntur. videntes gladios ſplenden-
tes: eos accipiunt et vulnerantur videntes
poma pulchra exterius et interius fe-
tida/eligunt ⁊ decipiuntur. Sapientes aūt
ab omnibus ſibi cauent. Sic etiam homines
iuueniliter viuentes aſſumunt ſibi carbones
in corde ſuo id eſt ignitas cogitationes et

Universidad de Deusto Biblioteca



ideo cóburuntur. Prouer. vi. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo vt veſtimenta illius non ardeant. Aſſumunt gladios fulgẽtes dum volunt habere familiaritatem cum mulieribus ⁊ ideo vulnerantur. Hieronỹ. Gladi⁹ igneus eſt ſpecies mulieris. Unde dicit de muliere. Prouer. v. Acuta eſt quaſi gladius biceps. Et dicitur mulier gladius biceps: quia occidit hominem in aĩa ⁊ corpore. Sunt etiã ſicut poma a foris pulchra ſed intus feda. Sepe enim que ſunt exterius pulchriores/ſunt int⁹ fetidiores. Eze. xvi. Abominabilem feciſti decorem tuum. Illa enim mulier abominabilem facit decorẽ ſuum q̃ eſt exterius decora ſed interius abominationib⁹ plena. Bernar. Filie babylonis quarum vere gloria in confuſione eſt induuntur purpura ⁊ biſſo/ et ſub pannoſa conſcientia iacent: fulgent monilibus ⁊ ſordent moribus. Secundum quod eſt in muliere occaſio peccati eſt opulentia rei temporalis. Ezechie. xvi. Hec fuit iniquitas ſodome ⁊ peccati cauſa ſaturitas panis ⁊ abundantia ⁊ ocium. Ps. Prodijt quaſi ex adipe frumenti iniquitas eorum. C

¶ Ita etiã eſt de corpore humano/ſicut de prato ⁊ inſtrumento ferreo. Quando enim pratũ non irrigatur herba areſcit: quando aquarũ inundatione repletur herba marceſcit: qñ vero debito modo adequat herba vireſcit. Similiter inſtrumẽtum ferreũ quando indebite exercet conſumit. Quando nullo modo exercetur rubigine corrũpitur. Quando vero debito modo exercetur fulgidus inuenitur. Sic etiam quando quis corpus ſuũ per abſtinentias ⁊ immoderatos labores affligit ipſum ad oẽ opus bonum debile reddit. Quando vero ipſum delicijs nutrit/hoſtem anime ipſum inuenit. Quãdo vero debito modo ipſum ſouerit tunc anima in adiutoriũ ipſum habet. Hugo de ſancto victore. Qui carnem ſuam ſupra modum affligit per abſtinentiam corpus ſuum occidit / qui plus q̃ expedit alimentis reficit/hoſtẽ nutrit. Sic igitur caro nutrienda eſt vt ſeruiat: et ſic domanda vt non ſuperbiat. Tertium quod in muliere eſt occaſio peccati eſt quando eſt ſui domina ⁊ libera. eſt enim mulier mollis multum ⁊ imbecillis ⁊ incauta: et ideo regenda et cuſtodienda eſt. Ideo dicitur Eccl. xxvi. In filia non auertente ſe firma cuſtodia ne inuenta occaſione abutatur ſe. Unde dicit de muliere. Eccli. xxv. Si non ambulauerit ad manum tuam: confundet te in conſpectu inimicorum tuorum. D

¶ Quia enim mulier magis fragilis eſt/⁊ homo magis virilis. ideo circa mulierem quatuor cuſtodie ſunt adhibende ſicut dicit Augu. in libro de decem chordis q̃ ſunt timor dei/diligens cuſtodia viri/ verecundia et confuſio mundi/et terror legum publicarum que propter fornicarias condemnant. Cuſtodia autem viri vt ibidem dicit Augu. debet eſſe timor dei ⁊ ipſa eius virilitas. Et ſubdit Augu. Ideo mulieri adhibenda eſt maior cuſtodia qr in ea eſt maior infirmitas. Illa erubeſcit virũ/tu nõ erubeſcis xp̃m: tu liberior: qr fortior. io tibi permiſſus es. Nõ igit erubeſcit fornicari qr illud facit multi. Tãta eſt peruerſitas generis humani vt aliq̃ metuendũ ſit ne caſtus erubeſcat apparere inter impudicos. E

¶ Secũdus ſtatus eius fuit ſtatus penitẽtie vbi tantã contritionẽ oſtendit ꝙ de lachrymis eius pedes xp̃i rigauit. Que quidem lachryme tres magnas efficacias habuerunt. Primo fecerunt ipſam totã mundam. Iuxta illud Ps. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Unde Greg. qr eſt mulier turpitudinis ſue maculas aſpexit lauãdo ad fontem miſe cucurrit. Scdo fecerunt ſibi ſerenã conſcientiã. Unde dicit Chryſo. ſuper hunc locũ. Sicut vbi vehemens imber producit ſit ſerenitas: ſic lachrymis effuſis apparet tranquillitas et perit caligo reatum. Et ſicut per aquã ⁊ ſpiritũ: ſic per lachrymas ⁊ cõfeſſionẽ denuo mundamur. Ter in ipſa aqua lachrymarum ſubmerſa ſunt omnia crimina eius. Ps. Contribuliſti capita draconum in aquis. Draco. i. diabolus habet ſeptẽ capita id eſt ſeptẽ mortalia peccata q̃ aliqñ fuerunt in peccatrice iſta: ſicut habetur Marci. xvi. Apparuit primo marie magdalene de qua eiecerat ſeptẽ demonia. Hec igitur xp̃s capita draconũ in aqua tribulauit ⁊ cõtriuit. qñ in lachrymis ſuis eã peccatã ſubmerſit. Nõ tñ omnia peccata grauia lauit ſed etiã oẽs cogitationes q̃ ſignificat per capillos quos in obſequiũ xp̃i adhibuit. Unde dicitur ꝙ capillis capitis ſui pedes terſit. De iſtis capillis cogitationum dicitur Ezechielis. v. Sume tibi gladium acutum radentem pilos: et duces per caput tuum et barbam tuam et aſſumes tibi ſtateram ponderis ⁊ diuides eos tertiam partem comburens igni: et tertiam partem concides gladio in circuitu eius: tertiã vero aliam diſperges in ventum et gladium nudabis poſt eos. F

¶ Cogitationes enim noſtre ſepe in tres partes diuiduntur: quia aut ſunt bone aut ſunt male aut ſunt indifferentes. Cogitationes igitur bone ſunt igne comburende/id eſt ſpiritui ſancto cõmittende ⁊ ab ipſo inflammande. Cogitationes indifferẽtes que aliquando eueniunt pro neceſſitatib⁹ temporalium ſunt circuncidende et moderande vt nõ ſit ſuperflue. Cogitationes autem noxie et male ſunt a nobis penitus expellẽde et diſpergende. Et ſi forte redire ſatagerent contra eas eſt diuine ſeueritatis gladius apponendus. Tertius eius ſtatus fuit perfectionis gratie quando dixit ei chriſtus. Uade in pace. Unde dicit Gregorius. Poſtq̃ dominus ei peccata dimiſit non ſiſtit in remiſſione peccati: ſed adiecit operationem boni. In hoc igitur ꝙ dicitur. Uade in pace. Notandum ꝙ illa habuit ſollicitationem per bona opera ⁊ ꝙ habuit pacẽ in ſua conſcientia. Ipſa quidem habuit pacem per opera interiora: quia fuit contemplatiua. Iuxta illud Luce. x. Maria optimã partem elegit. ⁊c. Per opera exteriora quia fuit actiua quia omnia opera miſericordie erga perſonam chriſti exercuit. G



¶ Ipſa enim ipſum pauit. Ioan. xij. Fecerunt ei cenã ibi ⁊ martha miniſtrabat: maria ergo accepit libram vnguenti. ⁊c. Luce viij. Cum illo erant alique mulieres curate: ſcz maria magdalena/et alie multe que miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Ipſa eum hoſpitio recepit. Luce. x. Intrauit ieſus in quoddã caſtellum ⁊ mulier quedam martha nomine excepit illum in domum ſuam: et huic erat ſoror nomine maria. ⁊c. Ipſa byſſo puritatis et purpura charitatis eum induit. Iuxta illud Prouer. vlti. Byſſus et purpura indumentum eius. Ipſa eum in tribulatione poſitum viſitauit ⁊ aſſociauit. Ioan. xviij. Stabant iuxta crucem ieſu mater eius ⁊ ſoror matris eius maria cleophe et maria magdalene. Ipſa eius ſepulture interfuit. Luce. xxiij. Ioſeph acceſſit ad pilatum et petijt corpus ieſu et depoſitum inuoluit in ſyndone ⁊ poſuit eum in monumento exciſo in quo nõdum quiſq̃ poſitus fuerat. Secute ſunt autem mulieres q̃ cum ipſo venerant de galilea et precipue maria magdalene: et in monumento ſtãs permanſit. Ioan. xx. Maria ſtabat ad monumentũ foris plorans. H

¶ Scdo habuit pacẽ in cõſcientia. Iſtã pacem cõſciẽtie nõ põt habere ſuperb⁹/⁊ ratio eſt: qr ipſe deo eſt ꝯtrari⁹. iuxta illud. Iob. xv. Cucurrit aduerſus deum erecto collo ⁊ pingui/ceruice armatus eſt: qr igit eſt deo cõtrarius nõ poteſt eſſe ſibi ipſi pacificus. Iob. ix. Quis reſtitit ei ⁊ pacem habuit? Iſtã etiã pacẽ conſciẽtie nõ poteſt habere auarus: et ratio eſt: qr h3 terrã/id eſt terrena deſideria in ſuperiori parte aĩe/et celeſtia in inferiori. terra autẽ cũ ſit grauis naturaliter appetit deorſum deſcẽdere: et celũ cũ ſit leue appetit aſcẽdere ſurſum. ideo dicit Prouer. xxv. Celũ ſurſum ⁊ terra deorſum. qr igit in tali aſcenſu ⁊ deſcẽſu eſt pugna. ideo nõ poteſt ibi eſſe pax aliqua. Eſa. lvij. Cor impij quaſi mare feruens qḋ quieſcere nõ põt. Impius eſt auarus qr eſt ſine pietate: cuius cor eſt ſicut mare: qr ſemper eſt in motu ⁊ ꝑturbatione. Luxurioſus etiã nõ põt habere illam pacẽ ꝯſcientie/⁊ ratio eſt qr anima cum ſit ad imaginẽ dei facta naturaliter appetit mundiciã ⁊ puritatem et ideo quãdo in animam intrat aliqḋ immundum naturaliter illud abhorret/deteſtat ⁊ fugit. et ideo quãdiu in aĩa aliqua eſt immũdicia nõ põt ibi eſſe pax vera. ideo dicitur Heb. xij. Pacem ſequimini et ſanctimoniã ſine qua nemo videbit deũ. volens apoſtolus nos ad pacem inducere cõſcientie conuenienter monuit nos ad ſanctimoniã mũdicie quaſi dicat ſi vultis habere pacẽ habeatis ſanctimoniã/id eſt mentis ⁊ corporis caſtitatẽ qr igit beata maria magdalena verã humilitatẽ ſeruauit oĩa terrena cõtempſit ⁊ ꝑpetuã mẽtis ⁊ corporis caſtitatem habuit. ideo in vera pace fuit ſicut eſt bona cõſcientia animã delectat. iuxta illud Prouer. xv. Secura mẽs quaſi iuge cõuiuium: ſic mala cõſcientia animam cruciat. Greg. Nazenus. Mala cõſcientia ſequit ſe. immo nõ recedit a ſe vix põt foris aliquod eſſe remediũ qñ intus eſt vuln⁹ incluſum.

¶ Feria. vi. hebdo. v. xl. Sermo primus.

COllegerũt põtifices ⁊ phariſei conciliũ ⁊ dicebant quid facimus qr hic homo multa ſigna facit: Ioan. xi. Quãdo aliquis rector ciuitatis audit negociũ graue ⁊ periculoſum conuocat conſiliũ ⁊ exponit negociũ ⁊ audit cõſiliatores ⁊ tandẽ facit partitũ ⁊ tũc illa ſentẽtia approbat in quã plures cõſentiunt. Eodẽ modo pontifices ⁊ phariſei fecerunt. audierũt enim de reſuſcitatione lazari ⁊ quõ oẽs in xp̃o credere videbantur. vnde credentes ex hoc eis imminere periculum collegerunt cõcilium. In illo igitur euangelio quatuor tanguntur. Primo conſiliũ congregatio. cum dicitur. Collegerũt pontifices ⁊ phariſei conſiliũ. Scdo negociũ diligens inquiſitio. cũ dicit. Quid facim⁹ qr hic homo multa ſigna facit. Tertio ponitur vnius cõſiliatoris prolocutio. Unde ſubditur. vnus autem ex ipſis caiphas nomine ⁊ cetera. Quarto ponitur ipſius ſententie ab omnibus confirmatio: cum ſubditur ab illo ergo die cogitauerunt eũ interficere. Non enim fecerũt partitum quia non diuiſerũt ſe in partes ſed oẽs pariter in

mortem chriſti conſenſerit. Primo igitur ponit concilij collectio: et illud cōſiliū fuit improvide congregatū: qꝛ cū feſtinatione / cum iniuria cū ira cū inuidia: et cū inſipiētia concongregauerunt. A

¶ In concilio autē nō debet eſſe feſtinatio nec ira nec inſipiētia. ideo dicit ſocrates ꝙ in cōcilio duo ſunt maxime contraria ſcilȝ feſtinatio: et ira nō dȝ etiā eſſe tertiū ſcilȝ inſipiētia: ſed potius magna ſapiētia. Prouer. viij. Ego ſapientia habito in concilijs. Pontifices igitur et phariſei illud cōciliū non fecerūt cum maturitate & deliberatione: ſed cū precipitatiōe & feſtinatione. mox enim cum audierūt ꝙ xp̄s ſuſcitauerat lazarum & ꝙ multi credebant post eum conciliū collegerunt. cū tamen debuiſſent cogitare / expectare et deliberare qd̄ magis expeditū eſſet. ideo dicit Prouer. xix. Qui feſtinus eſt pedibus offendit: qꝛ enim nimis feſtinauerunt. ideo offenderūt: qꝛ xp̄m occiderunt ſocrates concilii velox ſequit penitentia. Uarro philoſophus. Imperitie ſignum eſt exigere cito fieri qđ difficillimū eſt. ideo legitur de Auguſto ceſare ꝙ dixerit ꝙ feſtinatio et temeritas male in duce conueniunt dicens. ſatis enim celeriter fit quicqd bene fit. Secūdo illud conciliū cōgregauerunt cum ira & inuidia. audientes igit ꝙ populus poſt eū ibat in grauē iram et inuidiā exarſerunt: et in tali ira concilium collegerunt. De tali concilio dicit Gen. xlix. Simeon et leui vaſa iniquitatis bellātia in concilio eorum non veniat anima mea: qꝛ in furore ſuo occiderūt virū. id eſt chriſtū. Dicit eñ Hieronymus / ꝙ de ſimone phariſei. De leui autē pontifices exierūt. Illud enim ſit periculoſum concilium quod in furore et ira fuit celebratum. Gregorius. Si ira ſemel mētem poſſidere ceperit iuſtum eſſe putat quod etiam crudeliter fit. Chriſ. Non poteſt pacifice loqui qui cor habet turbatum. B

¶ Tertio illud concilium collegerunt cum inſipientia. Sapiens eñ in eo qđ habet facere attendit ad principium / ad mediū et ad finem: vt. ſ. negocium ſuum inchoet ſapienter / et proſequatur conſtanter / et finiat vtiliter. Iſti autem phariſei inchoauerunt cum fatuitate mandatum dantes vt chriſtus caperetur. Unde dicitur paruminfra. Dederant autem pontifices mandatum / vt ſi quis cognouerit vbi ſit indicet vt apprehendāt eum / et proſecuti ſunt eum cum crudelitate / quia mortem chriſti tacere firmauerunt. Unde dr̄. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum. Finierunt autem cum ſua deſtructione: quia illud quod timebant. ſ. qđ perderent locum et gentem euenit eis. Secundo ponitur negocium ſuper quo dȝ haberi concilium diligens expoſitio cum dixerunt quid facimus. ſ. cur tardamus / cur nobis non prouidemus: quia hic homo multa ſigna facit: ſi dimittimus eum ſic. ſ. viuentem et ſigna facientem: omnes credēt in eū venient romani & tollēt nr̄ȝ locū & gētē. Romani et et multi alij principes gētiū in magna reuerentia habebant dei templum. Unde etiam Alexander cum hieroſolymam feſtinaret et iudei impetum eius timerent: pontifex indutus pontificalibus & in capite ſuo habens cydarim in qua ſcriptū erat nomē dei tetragrammaton. ſ. quatuor ſyllabarū: quod dicitur. Ieue obuiam ſibi proceſſit. Statimqꝫ Alexander de equo deſcendēs nomē dei adorauit et pontificem veneratus eſt: et cum ſuper hoc a ſuis militibus argueretur, reſpondit. non illum ſed deum in ipſo adoraui. Deus eñ celi in viſio, habitu mihi apparuit et principatum mihi perſarum promiſit. Romani. igitur et principes gentiū in magna reuerentia habebant templum, chriſtus autem predicabat ſacramenta iudaica et cerimonialia eſſe abolenda: & ideo dixerunt. ſi romani iſta audierint templum contemnent, opes templi auferent, & nos et locum noſtrum tollent. Uel aliter iudei intendebant tunc romanis rebellare & tributa eis non ſoluere. Chriſtus autem predicabat non eſſe alicui reſiſtendum dicens Mat. v. Ego autem dico vobis non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in vnam maxillam prebe ei et aliam. et ideo q̄ vult in iudicio contendere tecum et tunicam tuam tollere. dimitte ei et pallium. iō timebant ne venientibus contra ſe romanis vnuſquiſqꝫ ſe defenderet. vel aliter romani ordinauerant vt nullus rex conſtitueretur niſi prout ipſi mandarent. Multa autem turba ſequebatur chriſtum que etiam ipſum regem et chriſtum confitebantur. et ideo timuerant ꝙ romani audirent ꝙ turba eum ſequeretur et crederent ꝙ vellent rebellare. et ſi audirent ꝙ eum regem confiterentur crederent ꝙ ipſum regem vellent facere: & ſic venirent & locum et gentem tollerent. Iſta autem ſicut Chry. dicit. phariſei quantum ad veritatem non credebant cum turba que ipſum ſequebatur non eſſent milites armati nec armigeri ſed inermes et ſimplices viri. ſed ideo dicebant vt contra chriſtum populum excitarent. Tertio ponitur vnius malicioſa prelocutio cum dic. Uos neſcitis quicquam nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo et non tota gens pereat. In hoc autem verbo aliam intentionem habuit cayphas et aliam ſpiritus ſanctus. Intendebat enim cayphas quod expediret vt chriſtus occideretur priuſquam a romanis captiuarentur. Spiritus



autem ſanctus qui per os ſuum prophetauit intellexit ꝙ expediebat vt chriſtus pro humano genere moreret. vbi dicit Augu. Hic docemur per homines malos ſpiritū ſanctū futura docere qđ tamen euangeliſta diuino tribuit ſacramento: qꝛ ipſe ſcilȝ cayphas erat pontifex. Quare autē prophetauit tamen propheta non fuit. C

¶ Nam ſicut dicit Auguſti. ſuper Gen. ad literam. Tria ſunt que faciunt hominē eſſe perfectum prophetam. Unum eſt ꝙ ipſe aliquas viſiones habeat. Secūdum eſt ꝙ ipſas viſiones intelligat et reuelationes. Tertium eſt ꝙ ipſas viſiones etiam alijs manifeſtare ſciat. primum habuit Nabuchodonoſor. quia ſtatuam vidit. duo vero ſequentia non habuit: quia nec ſignificationem intellexit. nec ipſam viſionem Danieli enarrare ſciuit. et ideo propheta non fuit duo autem ex hiis habuit pharao: quia et viſionem habuit quando ſeptem boues pingues et ſeptem macilentos vidit et ipſam viſionem ioſeph enarrauit ſed non habuit tertiam quia eius ſignificationem non intellexit. et ideo propheta non fuit: nullum tamē ex hiis habuit cayphas ipſe enim de morte chriſti nullam reuelationem habuit ipſe etiam intellectum quem habuit ſpiritusſanctus non intellexit, habuit tamen vnum quod mortem chriſti neceſſariam fore denunciauit. et ideo ſimiliter propheta non fuit. Sed ſpiritusſanctus qui os eius aperuit. per illum prophetiam predixit quando ait. Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo. &c. Quarto ponitur iſtius ſententie approbatio & confirmatio cum dicitur. ab illo ergo die cogitauerunt interficere eū. Prius quidem pluries ipſum interficere cupiebant ſed modo diffinitiuam dederunt ſententiam. D

¶ Iſta autem ſententia fuit iniqua et iniuſta ex animo ex cauſa et ex ordine. Tunc ſententia eſt iniuſta ex animo quando ex ira et inuidia profertur. tunc eſt iniuſta ex cauſa quando ſufficiens cauſa non ſubſtratur. tunc eſt iniuſta ex ordine quando ordo iuris omittitur. Sentētia igitur quā principes et phariſei ſuper mortem chriſti protulerunt fuit iniuſta ex animo, quia ex inuidia ipſum tradiderunt. Unde dicitur Matthei. xxvij. Sciebat enim ſcilicet pilatus ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum ſummi / ſacerdotes. &c. Secundo fuit iniuſta ex cauſa: quia nulla cauſa mortis ſuberat. vnde dicitur. Luce. xxiij. Nihil inuenio cauſe in hoc homine. et infra. Ecce coram vobis interrogans nullam cauſam inuenio in homine iſto. ex hiis in quibꝰ eum accuſatis. ſed nec herodes. ideo dicit Iob xxxvi. Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt: cauſam iudiciumqꝫ recipies. et poteſt eſſe verbum patris ad filium quia enim cauſa ſua impie iudicata fuit. ideo ipſe cauſam iudiciumqꝫ omnium a deo patre accepit. Ioannis. v. Neqꝫ pater iudicat quemq̄ ſed omne iudicium dedit filio. &c. Tertio fuit iniuſta ex ordine quia non fuit ſeruatus ordo iuris quia ipſum condemnauerunt nec ſponte confeſſum nec teſtibus conuictum. Unde dicitur Marci. xiiij. Multi enim falſum teſtimonium dicebant. et conuenientia teſtimonia non erant. Quia igitur ſententia chriſti qua iudicatus fuit ſic fuit iniuſta ex animo. ex cauſa. ex ordine. ideo ipſe feret ſententiam iuſtam cū dicet illud Matthei. xxv. Diſcedite a me maledicti in ignē eternum. &c. Illa enim ſententia erit iuſta ex animo quia non ex ira per vicium ſed ex ira per zelum profertur. Sapientie. v. Accipiet armaturam zelus illius erit iuſta ex cauſa: quia opera miſericordie non habuerunt. Unde dicet. Eſuriui et non dediſtis mihi manducare. erit iuſta ex iuris ordine: qꝛ non profertur niſi contra ſponte confeſſos et conuictos. ipſi enim peccata ſua ſponte confitebuntur. Sapientie. v. Ergo errauimus a via veritatis. &c. Conſcientia etiā contra ipſos teſtificabitur. Roma. ij. Teſtimonium illis reddente cōſcientia eorum.

¶ Eadē feria ſexta hebdomade quinte. xl. Sermo ſecundus.

Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo: & non tota gēs pereat. A

¶ Spiritusſanctꝰ in verbis prophetie tangit corda eorum reuelationes et inſpirationes aliquas immittendo. illuminat eorum mentes ipſarum reuelationū ſenſum et intelligentiam tribuēdo aperit eorum os ad proferendum illas reuelationes verba congrua miniſtrando. iſta tria tanguntur. ij. Petri. j. Omnis prophetia ſcripture propria interpretatione non fit. id eſt propria expoſitione ſed a deo cōceſſa: ecce quia ad ſpiritū ſanctū pertinet eorum que inſpirat intellectum dare. Et ſequitur. non enim voluntate humana allata eſt aliquādo prophetia ſed ſpiritusſancto inſpirante. ecce qꝛ ad ſpiritūſanctum pertinet diuinam inſpirationē immittere. Sequitur. locuti ſunt ſancti dei homines. ecce quia ad ſpiritū ſanctū pertinet verba cōuenientia miniſtrare. In

Universidad de Deusto
Biblioteca



eſt que a nullo illuminatur et cetera illumi-
nat, vt eſt claritas ſolis. Alia eſt claritas que
illuminatur et illuminat ſicut eſt claritas
lune que illuminatur a ſole et illuminat in
feriora. Et eſt quoddam corpus clarum quod
illuminatur a ſole et non illuminat inferiora
tamen aliquos fulgores emittit: ſicut vide
mus in quibuſdam metallis fulgidis/ vide
licet in auro et argento. Eſt aliud corpus opa
cum quod illuminatur/ ſed tamen nec illu
minat nec aliquos fulgores emittit: ſicut
eſt elementum terre. Eodem modo eſt in ſpiri
tualibus. Eſt enim quedam claritas ſuper
ſubſtantialis: ſcilicet claritas diuina que a
nullo lucem recipit et omnia illuminat. Joan.
i. Erat lux vera que illuminat omnem ho
minem venientem. etc. Alia eſt claritas que
illuminat et illuminatur: ſicut ſunt docto
res et prelati qui a diuina claritate recipiunt
influentiam ſapientie: et ſubditis dant lu
men doctrine. De quibus dicitur Philip.
ii. Inter quos lucetis ſicut luminaria in mun
do verbum vite continentes. Alii ſunt qui
illuminantur ſed non illuminant tamen ali
quos fulgores emittunt ſicut ſunt boni ſub
diti et auditores qui recipiunt a ſuperiori
bus lumen ſacre ſcripture: tamen ipſi non
illuminant aliquos per verba doctrine. Ve
runtamen emittunt aliquos fulgores et ſua
lucida conuerſatione. De quibus dicitur,
Mat. v. Sic luceat lux veſtra coram homi
nibus vt videant opera veſtra bona. Alii
ſunt tenebroſi ſicut ſunt mali ſubditi qui ſe
per illuminantur per ſacram ſcripturam: ſed
tamen nec ipſi illuminant nec aliquem ful
gorem emittunt per aliquam bonam vitam
ſed ſemper remanent in tenebris ignorantie
et male vite. De talibus dicitur Geneſis. i.
Terra autem erat inanis et vacua: et tenebre
erant ſuper faciem abyſſi. etc. Homines enim
terreni ſunt inanes: quia pleni vanitate/ et ſunt
vacui ab omni opere bono: et habent tene
bras ignorantie. Iſta quadruplex differen
tia tangitur hic. Nam claritas diuina que illu
minat et non illuminatur eſt pater et filius
et ſpiritusſanctus. De qua dicit. Pater clarifica fi
lium tuum vt filius tuus clarificet te. Clari
tas que illuminatur et illuminat fuerunt apoſtoli.
De quibus dicit. Pater manifeſtaui nomen
tuum hominibus quos dediſti mihi de mundo.
Deinde alii illuminantur qui et emittunt ful
gorem bonorum operum. ſunt boni auditores qui
ad predicationem apoſtolorum crediderunt de qui
bus infra dicit. Non pro his autem rogo tantum
ſed pro eis qui credituri ſunt in me. Alii qui
ſemper in tenebris ſunt et illuminari non poſ
ſunt/ ſunt homines terreni et mundani pro qui
bus chriſtus non rogat quia tales ſunt. Ideo di
cit. Non pro mundo rogo. Ceteris autem omiſ
ſis dicamus tantum de prima claritate ſcilicet diui-
na, de qua quatuor ſunt videnda. Primo qua
liter pater clarificat filium. Secundo qualiter fi
lius clarificat patrem. Tertio qualiter ipſe
filius clarificat ſuos filios. Quarto quali
ter ipſi fideles clarificant chriſtum. B

¶ Circa primum notandum quod pater eſt claritas:
filius eſt claritas: et ſpiritusſanctus eſt claritas: et
ſunt omnes vna veritas ſeu claritas. Pater quidem filium
clarificat: quia ipſum glorioſe reſurgere fecit.
Vnde Aug. dicit. Venit hora clarifica filium tuum
tanquam ſi diceret. Venit hora ſeminate huma
nitatis fructum non differas claritatis. C

¶ In chriſto quidem tres fuerunt ſubſtantie que
ante reſurrectionem videbantur obſcure ſcilicet ca
ro/ anima/ et diuinitas. Caro enim videbatur
obſcura propter mortalitatem. Anima propter
paſſibilitatem. Deitas videbatur obſcura:
propterea quia parum fuit manifeſtata. Sed
in reſurrectione clarificata eſt caro eius quia
induit immortalitatem. Anima eius induit impaſ
ſibilitatem et felicitatem: et diuinitas eius acce
pit manifeſtationem. Tunc enim deus mani
feſtatus eſt: ex eo quod per diuinitatis ſue po
tentiam reſurrexit. Secundo filius clarificauit
patrem inquantum ſcilicet quod in iudea ſolummodo no
tus erat: in toto mundo manifeſtum fecit. Vn
de ſuper illud. Vt filius tuus clarificet te. dicit
eſt Augu. acſi diceret chriſtus. Reſuſcita me vt
innoteſcas toti mundo per me. D

¶ Filius enim toti orbi de patre tria maxi
me manifeſtauit ſcilicet notitiam ſuam. Joh. i. Ne
mo deum vidit vnquam niſi vnigenitus qui eſt in
ſinu patris. Ipſe nobis enarrauit miſiam ſuam
Luc. vi. Nolite timere puſillus grex: quia com
placuit patri veſtro dare vobis regnum. Jam
igitur non poteſt ſe excuſare infidelis ſi in deo
non credit: quia toti mundo manifeſtata eſt
notitia ſua. Jam non poteſt deſperare aliquis
peccator de deo quia toti mundo manifeſtata
eſt miſia ſua. Jam nullus poteſt verecundari/
quia toti mundo manifeſtata eſt liberalitas
eius. Tertio ipſe claritas diuina fideles ſuos
clarificabit. quod notatur cum dicitur. Sicut
dediſti ei poteſtatem omnis carnis/ id eſt om
nium aperte totum vt omne quod dediſti ei
det eis vitam eternam. Hec eſt autem vita eter
na vt cognoſcant te ſolum verum deum et quem
miſiſti ieſum chriſtum. Tunc igitur fideles ſuos
clarificabit quando eos vita beata glorifi
cabit. E

¶ Vitam autem beatam ponit in dei cogni
tione. Sicut dicit. i. Corinth. xiii. Videmus
nunc per ſpeculum in enigmate/ tunc autem
facie ad faciem. De hac viſione dicit Ful
gentius ſic. Sicut per ſpeculum vitreum tri
na nobis viſio adminiſtratur: quia nos ipſos
et ipſum ſpeculum et quicquid preſens adeſt
videmus. ſic per ſpeculum diuine clarita
tis et ipſum deum quantum poſſibile erit
creature et nos ipſos et cetera omnia vera



certa ſcientia cognoſcemus. F

¶ Quarto nos deum clarificamus quando
ipſum laudamus. Nos igitur in preſenti et
in futuro deum debemus clarificare et lau
dare cum operibus noſtris/ cum ſenſibus no
ſtris/ et cum vocibus noſtris. De laude ope
rum ſic dicit Aug. in libro de catheziſandis
rudibus. Quicquid homo fecerit laudabi
lem in ſuis factis inuenit deum. Si bene ege
rit laudabilem inuenit per iuſtitiam premio
rum. Si peccauerit/ per iuſtitiam ſuppliciorum
laudabilem inuenit. Si peccata confeſſus
fuerit laudabilem inuenit/ per indulgentiam
delictorum. De laude ſenſuum dicit Chry
ſo. in quadam homelia ſuper pſal. Oculus
deo preſtat obſequium ſi turpia declinet aſpi
cere. Magna meretur premium ſi in dei lau
dibus occupatur. Auditus placebit deo/ ſi
ſe detractionibus non immiſcet. Pedes lau
dare deum poterunt ſi curſum ſuum ab om
ni malitia reuocare feſtinant. Manus bene
dicunt deum/ ſi rapinis renuncient et ad mi
ſericordiam properent. De laudibus cum vo
ce dicit propheta. Repleatur os meum lau
de vt cantem gloriam tuam. Et dicit reple
tur. Ceteros enim debemus laudare cum me
dio oris/ id eſt moderate et timentes ne aliquan
do inueniatur contrarium et ſic erubeſca
mus. In deo autem non ſic eſt Augu. ſuper
pſal. Quid debet homo magis laudare quam
illud quod ſic placet vt non poſſit diſplice
re? Securitas autem laudis in dei laude eſt
vbi laudatur: ſecurus eſt vbi non timet ne
de laude erubeſcat. De laude autem que erit
in patria dicit Aug. in libro de ciuitate dei.
Ipſe eſt finis deſideriorum noſtrorum: qui
ſine fine videbitur/ ſine faſtidio amabitur/
ſine fatigatione laudabitur. Primo dicit ſi
ne fine videbitur. Aliquibus ſicut damnatis
deus abſcondit faciem ſuam. Deut. xxxii.
Abſcondam faciem meam ab eis. Aliqui
bus oſtendit aliquem ſplendorem faciei ſue:
ſicut ſanctis viris in preſenti vita. vnde pro
pheta. Non fuit auſus petere viſionem fa
ciei: ſed ſplendorem. dicens. Illuſtra faciem tuam
ſuper ſeruum tuum. Beatis autem aperte oſten
dit faciem ſuam. i. Joa. iii. Videbimus eum
ſicuti eſt. G

¶ Sequitur ſine faſtidio amabitur: amor
carnalis aliquando habet faſtidium. Ezech.
xvi. Facta es quaſi meretrix faſtidioſa au
gens precium. Aliquando vertitur in odium
ſicut patet de Amon et Thamar. vt habetur
ii. Reg. xiii. Aliquando in abſinthium. Prouer.
v. Nouiſſima illius amara quaſi abſinthium.
Deus autem amabitur cum ſuauitate/ cum de
lectatione/ et cum dulcedine. Eccli. xxiiii. Qui
edunt me adhuc eſurient: et qui bibunt me
adhuc ſitient. Sequitur ſine fatigatione lau
dabitur: illa enim laus fatigationem dare
non poterit. tum quia laudanti erit iocunda
multum. Pſ. Deo noſtro iocunda ſit lauda
tio. tum quia illi cui fiet ſcilicet deo multum
erit grata. Unde deus reprobans ſacrificium
carnale approbat et acceptat ſacrificium ſpi
rituale dicens per prophetam. Nunquid man
ducabo carnes thaurorum etc. quaſi dicat
non. Et ſubdit: immola deo ſacrificium lau
dis. et iterum. ſacrificium laudis honorifi
cabit me. Ideo quilibet ſanctus alium pote
rit admonere vt frequenter cantet et ſibi di
cere illud Eſa. xxiii. Bene cane frequenter can
ticum vt memoria tui ſit. tum quia laus eſt ma
gno precio remuneranda. Eccli. xxiiii. Qui
elucidant me vitam eternam habebunt.

¶ Hodie ſabba. quinte hebd. xl. Sermo. ii.

Mea oia tua
ſunt/ et tua mea ſunt.
Joan. xvii. Quamuis
iſta verba dixerit chriſtus
ad patrem: poſſunt ta
men dici ad matrem,
nam omnia ſua offi
cia deus ſibi commiſit
et ipſa omnia que habuit
deo dedit. Si igitur omnia officia ſua dedit vir
gini commiſit/ deus non incongrue poteſt ſibi di
cere. omnia mea tua ſunt. Aliquidem pater fe
cit eam theſaurariam ſuam: filius fecit eam
camerariam ſuam: ſpiritusſanctus fecit eam cancella
riam ſuam: tota trinitas fecit eam eleemo
ſynariam ſuam. B

¶ Primo igitur pater fecit eam theſaurariam
ſuam. Commiſit enim pater ſibi theſaurum pote
ſtatis ſue. iuxta illud Eccli. xxiiii. In hieruſalem
poteſtas mea. Habet autem aliquis magnum poſſe
in curia alicuius regis/ aut propter parens
telam ſicut quando quis eſt frater vel filius regis
aut propter gratiam inuentam ſicut quando quis
propter ſuam ſapientiam et probitatem inuenit gratiam
apud regem: aut propter obſequia exhibita: ſicut
quando quis multa fecit in obſequium regis. D

¶ His tribus de cauſis debet maria virgo
habere magnum poſſe in curia celeſti. Primo pro
pter parentelam quia eſt mater regis: et ideo
rex nihil vult ſibi denegare. Vnde dicit Salo
mon Berſabee matri ſue. iii. Reg. ii. Pete
mater mea quod vis: neque enim fas eſt vt auer
tam faciem meam. Berſabee interpretatur puteus
ſatietatis. quidam ſunt qui habent puteum/ id
eſt animum ſuum gratia dei euacuatum: alii qui ha
bent ſemiplenum. ſed beata virgo habuit ple
num et ſuperplenum. et ideo fuit puteus ſatieta
tis. non debet igitur a filio auerti ſed ab eo in
omnibus ſuis petitionibus exaudiri. Secundo habet poſſe ra
tione gratie apud deum inuente. iuxta illud
Luce. i. Inueniſti gratiam apud deum. Ecce

Universidad de Deusto
Biblioteca



fuerint hodie exhibita. Quorum primum fuit exhibitum a diſcipulis. Secundum a iumentis. Tertium a turbis. Quartum a pueris.

A Primum igitur obſequium fuit exhibitum a diſcipulis. Sciens enim ieſus q appropinquaret tempus ſue paſſionis: appropinquare loco voluit paſſionis vt dicit Beda. Et cum veniſſet bethphage que erat vicus ſacerdotum in monte oliueti duos diſcipulos miſit in hieruſalem. B

¶ Iſti duo diſcipuli ſm quoſdam fuerunt petrus et Philippus quos miſit binos propter fraternam ſocietatem. Eccle. quarto. Melius eſt duos eſſe ſimul quam vnum. Tum propter verbi auctoritatem. Deuterono. xix. In ore duorum vel trium teſtium / ſtat omne verbum. Tum propter geminam charitatem dei et proximi. Tunc dixit eis. Ite in caſtellum quod contra vos eſt, ſupple poſitum Et non vocat hieruſalem ciuitatem quia nõ erat ibi ciuium vnitas: ſed multiplex diſcordia inter eos. Vocat autem eam caſtellum. quia munita erat armis malitie contra xpm Precepit autem eis vt adducerent aſinam et pullum: et ſi quis aliquid eis diceret / reſponderent ei: quia dominus his opus habet. Non dixit eis / dicite quia dominus noſter: ſed dominus vniuerſaliter: quia ſicut dicit Chriſoſtomus ibidem. Ego ſum dominus omnium / non ſolum illorum qui mihi ſubiecti ſunt: ſed etiam illorum qui mihi contraria ſunt. Boni enim mei ſunt conditione et voluntate / peccatores autem mei ſunt cõditione: voluntate autem diaboli. Ideo etiam Chriſoſtomus dicit q dominus iumentorum non permiſiſſet / vt perſone ignote ea accepiſſent / niſi ſpiritus chriſti preueniſſet qui corda ipſius domini preparaſſet: et ſic quandoque diſcipuli aſinam et pullum ad chriſtum adduxerunt. Secundum obſequium fuit ſibi exhibitum a iumentis. Volens igitur chriſtus implere prophetiam zacha. ix. dicentis. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. Fecit ſibi adduci aſinam et pullum. Dicitur enim q in hieruſalem quedam aſina communis ſeruabatur pro pauperibus ad portandam aquam cum ciuitas eſſet in alto et haberet aque penuriam et propter alia opera neceſſaria. Et erat ante domum alicuius ligata et qui indigebant tenebantur illo die ad locum eam reducere et pabulum ſibi dare. Pullus autem pro hoc ex ſem opere nutriebatur. Quidam autem dicunt q Chriſtus nõ ſedit ſuper vtrumque iumentum: ſed tantum ſuper pullũ. Unde et ceteri euangeliſte non faciunt mẽtionem niſi de pullo: et maxime quia brutis ſita erat et ideo ſeſſione vtriuſque iumenti non indigebat. Alii dicunt q primo ſedit ſuper pullũ: ſed quia laſciuus erat et viam rectam non tenebat: cum deſcenderet fecerunt et ſuper aſinam eum poſuerunt ... eſt iſta ſeſſio ſuper iumenta non fuit ... propter aliquam neceſſitatem: ſed tantum propter myſticam ſignificationem: non videtur aliquod inconueniens dicere: quia licet vtraque bruta eſſet / chriſtus tamen ſuper vtrumque ſedere potuit. Primo ſuper aſinam: poſtea ſuper pullum / vt ſignificaret q vtrumque populum ad fidem ſuam debebat adducere et vtrumque ad fidem coniungere. Quod impletum fuit in primitiua eccleſia: quando multitudo iudeorum ad fidem conuerſa eſt. Illud tamen maxime in vltimis fiet temporibus: quando plebs iudaica conuertetur. Per aſinam enim intelligitur plebs iudeorum: que fuit mater gẽtium et edomita multitudine preceptorum Per pullum vero intelligitur populus gentilium / liber et laſciuus: cui nullus ceterorum frenum impoſuit correctionis. Tertium obſequium / fuit ſibi exhibitum a turbis: quia quidam eorum ſternebant in via veſtimẽta ſua / quidam ramos palmarum: et illa faciebant. Tum / propter reuerentiam quam habebant ad ipſum. Tum propter miracula que faciebat: et maxime propter ſuſcitationem lazari ſicut dicitur Joannis. xi. Tum etiam vt iumenta lenius et ſine leſione incederẽt. Quartum obſequium fuit ſibi exhibitum a pueris qui clamabant. Oſanna filio dauid / benedictus etc. Unde dicitur infra. Uidentes autem principes ſacerdotum pueros clamãtes in templo. Oſanna filio dauid. Ipſi enim pueri et cetere turbe que antecedebant et que ſequebantur / cum laudibus et canticis eũ vſque in templum deduxerunt. Et cum quidam ex phariſeis dicerent chriſto ſicut habetur Luce xix. vt ipſos tacere faceret: reſpondit. Dico vobis q ſi tacuerint lapides clamabunt. C

¶ Supradicta quatuor obſequia / a nobis chriſto ſunt exhibenda. Primum pertinet ad predicatores. Secundum ad penitentes. Tertium ad actiuos. Quartum ad contemplatiuos. Primum enim obſequium exhibitum fuit a diſcipulis / qui aſinam et pullum adduxerunt. Iſti ſunt predicatores qui beſtias id eſt peccatores beſtiales / debent ſuis predicationibus conuertere ad dominum et ad chriſtum adducere: et ſic illi qui erant beſtiales fiunt rationales. Peccator enim vere beſtialis eſt. Nam beſtia ſuper terram reſpicit. Tales ſunt auari / qui ſuper terram reſpiciũt. Pſal. Oculos ſuos ſta. de. in terram. Beſtia vna femina nõ eſt contenta: ſed plures inuadit. Tales ſunt luxurioſi / qui propria vxore non ſunt contenti. Hieremi. v. Unuſquiſque ad vxorem proximi hinniebat. Et ibidem. Equi amatores in feminas et emiſſarii facti ſunt. Beſtia etiam non regitur ratione. Tales ſunt ſuperbi / qui non reguntur ratione / ſi propria



dolum ... illud Sapien. ſecundo. Opprimamus pauperem iuſtum etc. Sit autem fortitudo noſtra lex iniuſtitie. Quando autem peccator conuertitur ad deum: tunc ille qui erat beſtialis efficitur rationalis. De talibus dicitur prime Cor. vii. Qui habẽt vxores / tanquam non habentes ſint: et qui vtũtur hoc mundo tanquam non vtantur: et qui gaudent tanquam non gaudentes. Ille habet vxorem tanquam non habens: qui ea vtitur non ad voluptatis expletionem / ſed ad filiorum procreationem. Ille hoc mundo vtitur tanquam non vtatur / qui diuitias retinet: non ad vanitatem / ſed ad neceſſitatem et ad pauperum ſuſtentationem. Ille gaudet tanquam non gaudeat: qui inter proſpera nõ efferetur in elationem: ſed humiliter recognoſcit ſuam conditionem. D

¶ Secundum obſequium debuit exhibitum a iumentis que ipſum ſeſſorem habuerunt Iſti ſunt penitentes / qui ſi habuerint aliquẽ ſeſſorem diabolum: modo debent habere ſeſſorem chriſtum: ſcilicet vt ratio ſubiiciat deo / et caro ſubiiciatur rationi / et ratio dominetur carni: et tunc eſt pax in domo anime. Dicit enim Auguſtinus ſuper pſalmum q aliquando in domo maritus et vxor aduerſum ſe diſſentiunt et tunc eſt ibi pugna et labor moleſtus. Si autem maritus vincatur et vxor dominet tunc eſt ibi pax / ſed peruerſa. Si vero vxor ſubiicitur et maritus dominatur / tunc eſt ibi pax recta. Poteſt etiam addi quartum / Quando ſcilicet vir et mulier bene conueniunt / nec in aliquibus vxor honeſtis reſiſtit viro nec vir vxori: ſed mutua pace gaudent: tunc eſt pax optima et perfecta. Uxor ſicut ibidem Auguſtinus dicit. Caro eſt / vir autem ratio. In preſenti autem vita / iſte vir et vxor valde diſſentiunt. Iuxta illud Gala. v. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum et ſpiritus aduerſus carnem / hec enim ſibi inuicem aduerſant Et iſto modo in ſanctis viris eſt labor moleſtus. Quando autem caro dominatur et ratio ſubiicitur: tunc in domo anime eſt pax peruerſa: vnde dicit Bern. Dominam ancillari et ancillam dominari / magna abuſio eſt. Quando vero caro ſubiicitur rationi et ratio deo: tunc in domo anime pax eſt recta. Taliter carnem ſuam ſubiiciebat apoſto. i. Cor. ix. di. Caſtigo cor. me. et in ſer. re. Augu. vbi ſupra. Expedit inferius ſubiici ſuperiori. agnoſce ordinem: quere pacem: tu deo. tibi caro: tu maiori. minor tibi: ſeruias tu ei qui fecit te vt tibi ſeruiat quod factum eſt propter te. Perfectiſſima autem pax eſt / quando nec ſpiritus carni / nec caro ſpiritui reſiſtit / ſed quicquid vult ſpiritus / vult et caro et econuerſo / et illud eſt in patria. Iuxta illud Eſa. xxxii. Sedebit populus in pulchritudine pacis / in tabernaculis fiducie in requie opulenta E

¶ Tertium obſequium fuit chriſto exhibitum a turbis: quia in via ſtrauerunt veſtimenta ramos oliuarum et palmarum. Et illud pertinet ad actiuos. Quorum quidam ſunt incipientes / quidam proficientes: quidam perfecti / et quidam perſeuerantes. Ad incipientes pertinet gramia. Et iſti ſignificantur per illos qui ſternebant chriſto ramos oliuarum. Per oleum enim miſericordia intelligitur / quia oleum miſericordia interpretatur. Dicitur enim ibi gloſ. Oliua lucis miniſtra eſt: et laborum et dolorum ſolatium eſt: et eminet ceteris liquoribus. F

¶ Ex quibus nobis habetur q iſta elemoſyna vt domini in vita: que dolorum et vulnus peccati ſanat: ideo dicitur q eſt dolorum ſolamen. Ualet in morte / que ad inſtar lucerne viam ante demõſtrat / ne in tenebras mortis incidat: ideo dicitur q eſt lucis miniſtra. Ualet etiam poſt mortem: quia animam ſurſum leuat: ideo dicitur q excellit cunctos liquores. Iſta tria ponit raphael angelus. Thobie. xii. Elemoſyna a morte liberat / et ipſa eſt que purgat peccata / et facit inuenire vitam eternam. Ad proficientes. ſcilicet qui proficiunt de virtute in virtutem pertinet exhibere aliis exempla virtutum et bonorum operationum. Iſti ſignificantur per illos qui veſtimenta ſua in via ſternebant. Ueſtimenta autem diuerſorum colorum ſunt varietates diuerſarum virtutum. G

¶ Nam charitas ibi ponit colorem aureum: humilitas nigri / puritas albi / meditatio paſſionis chriſti rubeum / contemplatio reſurrectionis viridem. De iſtis varietatibus dicitur in pſalmo. Aſtitit regina a dextris tuis etc. Tunc igitur iſta veſtimenta virtutum in via ſternimus quã ea aliis in exemplum prebemus. Ceſarius. Benedicta deo anima illa: cuius humilitas alterius confundit ſuperbiam / cuius patientia primi extinguit iracundiam / cuius obedientia pigriciam alterius increpat / cuius feruor inertiam alienis corporis ſuſcitat / que proximi ſui turbatum pre iraſcolum cordis / gratia conſolationis atque edificationis illuminat. Ad perfectos et perſeuerantes pertinet ſemper in opere dei continuare. Iſti ſignificantur per illos qui ſternebant in via ramos palmarum. Palma enim ſemper viret in vere / in autumno / in eſtate et in hyeme. Tales in ſeruitio debent ſemper viuere et florere in vere iuuentutis / in autumno ſenectutis / in eſtate proſperitatis per temperantiam / in hyeme aduerſitatis per patientiam. Quartum obſequium fuit chriſto exhibitum a pueris et a turbis qui eum laudabant dicentes. Oſanna filio dauid. Oſanna idem eſt q ſalua obſecro. Et illud ſpectat ad contemplatiuos: qui debent inſiſtere laudibus diuinis et orationibus deuotis. H

¶ Tunc autem oratio eſt deuota et deo grata quando hy tria. Primo quando a feruore cordis eſt emiſſa. Et hoc notatur cum dicitur. Clamabant. Interius enim deſiderium animi eſt magnus clamor in auribus dei. De iſto clamore dicit Greg. xiij. Quid

Universidad de Deusto Biblioteca



ſentia. Et hoc notatur cū dixerūt. Filio
dauid. Magnā eſt fiducia et ſpē de noſtra
ſalute hře debem⁹ ꝛ poſſum⁹ qñ ipm̄ eſſet
fratrem noſtrū ꝛ de noſtra natura ꝓgenitū
cū conſideramus. Bern. Puto qꝫ me iam
ſpernere nō poterit os ex oſſib⁹ meis ꝛ ca
ro de carne mea. Tercio qꝫ petitur digna.
i. illa que ſunt ad ſalutē eternam qꝺ notatur
cū dr̄. Oſanna in excelſis. i. non petimus ſa
lutem in infimis ſed maxime ſalutem peti
mus in excelſis.

¶ Eadem die dominica in ramis.
Sermo ſecund⁹.

PLurima
autem turba ſtraue
runt veſtimenta ſua
in via. Hodie ſancta
mater eccleſia duas
proceſſiones recoꝛ
lit. Prima fuit que
iudei chriſtum a mō
te oliueti vſq͂ hieru
ſalem cum ramis oliuarum et palmarum
et magnis canticis aſſociauerunt. Et iſta
proceſſio fuit magne reuerentie ꝛ honoris
Et iſtam repreſentat eccleſia in euangelio
hodierno. Secunda fuit que idem iudei
chriſtum a hieruſalem vſq͂ ad mōtem cal
uarie cum magnis opprobriis ꝛ irriſioni
bus deduxerunt. Et iſta fuit proceſſio ma
gne ignominie et doloris. Et iſtam repre
ſentat in paſſione que recitatur hodie.
A ¶ Circa primam proceſſionē qua
tuor ſunt videnda. Primo a quibus iſta
proceſſio facta ſit. Quia non eſt facta a ma
gnis et diuitibus ſed a pueris et pauperi
bus. Unde dr̄. Plurima autem turba ſtra
uerunt veſtimenta ſua in via. Imo quando
pauperes et humiles hodie chriſtum ſuſce
perunt ꝛ proceſſionaliter deducebāt. Pha
riſei ꝛ principes ſacerdotū eius mortē tra
ctabant. Simplices enim ꝛ pauperes xp̄o
adherebant. diuites vero ꝛ potentes xp̄m
fugiebant. Unde xp̄s de oībus diuitib⁹ vnū
ſolū habuit amicū ſcʒ zacheū. De quo ha
betur Luce. xix. De oībus potētib⁹ vnū ſcʒ
centurionē de quo habet Math. viij. De oī
bus ſapientibus vnū ſcʒ. Nichodemū : de
quo dr̄ Johan. iij. Unde aplūs. i. Cor. i. Uide
te vocationem veſtrā fratres qꝛ nō multi
ſapientes ſm̄ carnē. nō multi potentes. non
multi nobiles. ſed q̄ ſtulta ſūt mūdi elegit
deus vt confundat ſapientes. ꝛc. B
¶ Scd̄o vidēdū eſt quare xp̄s vadens ad
mortē tātū honorē voluit accipere cū alias
honorē regni reſpuerit. ſicut ꝑʒ Jo. vi. Ad
quod dicendū qꝫ hoc. ideo fecit vt ille qui in
magnis honoribus cōſtitut⁹ eſt: vꝫ memo
riā mortis habere ſi nō vult ſuperbire. Si
enim quis magnas diuitias hꝫ cogitet qꝫ
vadit ad mortē: ꝛ qꝫ de oīb⁹ ſuis diuitijs ni
chil preter cilicium vel ſaccū portabit ſecum.
Unde dicebat Job qui fuerat rex magnus.
Job. xvi. Saccū cōſui ſup cutē meā ꝛ oper
rui cinere carnē meā. Item eiuſdem. i. Nu
dus egreſſus ſum de vtero matris mee. et
nud⁹ reuertar. ꝛc. Si quis etiā eſt in magnis
honorib⁹ cōſtitutus: cogitet ꝛ quia vadit ad
mortē. vbi ſi erat in gradu ſūmo: ponetur
in loco infimo. i. ſub terra. Si aſcēderat ſu
per alios eis ſperādo ſerpētes ꝛ beſtie ſup
fouē ei⁹ aſcendent eū calcando. Ecc. x. Cū
eñ morietur homo hereditabit ſerpentes
beſtias ꝛ vermes. Si aliquis vel aliqua te
net corpus ſuū in delicijs diuerſis, ipſum
delicate nutriendo. diuerſis coloribus fa
ciē depingēdo. Veſtibus ꝛ diuerſis mutatoꝛ
rijs ornādo: voluptates carnis exercendo:
cogitet qꝫ vadit ad mortē vbi vermes cor
pus ſuum tam delicate nutritū comedent ꝛ
lacerabūt. Job. xxi. viſcera ei⁹ plena ſūt adi
pe ꝛ medullis oſſa illi⁹ irrigantur. ꝛ tñ i pul
uerem dormient ꝛ vermes operiēt eos. C
¶ Tertio vidēdū eſt quare ꝑpetrato honore
ſibi exhibito lachrymas voluit immiſcere.
dicitur enim. Lu. xix. Qui cū duceret cū tanto
honore hieruſalem videns ciuitatē fleuit ſup
illam. Quod quidē xp̄s fecit vt oſtenderet
qꝫ omnia gaudia ꝛ honorabilia huius mūdi
lachrymis ꝛ doloribus ſunt ad mixta.
In celo quidem ſunt oīa pura. In mūdo o
mnia mixta. In inferno oīa feculenta. Au
guſt. in li. de ciui. dei. lib. xxij. capitu. xxx.
in pſona dei ponit celo puriſſima q̄ ſunt in
celo dicens. Quid eſt aliud ero illeꝗ dñs.
niſi ero eis oīa que ab eis deſiderātur: ſcʒ vi
ta ſalus victus. copia. gl'ia. honor ꝛ pax. ꝛ
oīa bona. Iſta oīa in celo pura ſunt in mū
do mixta in inferno feculenta. ꝛ vt oīa iſta
peſſimus melius videre ſingula ꝑcurram⁹.
Uita put eſt in mundo eſt mixta: quia ibi eſt
vita ꝛ mors. Prout eſt in inferno eſt feculē
ta. qꝛ nō eſt niſi ſola mors ſine vita. Salus
put eſt in celo pura eſt: qꝛ ibi eſt ſal⁹ ſine e
gritudine. Prout eſt in mundo eſt mixta qꝛ
eſt ſal⁹ ꝛ egritudo. put eſt in inferno eſt fe
culēta: qꝛ ibi eſt egritudo ſine ſanitate. Ui
ct⁹. i. ſatietas put eſt in celo eſt pura: quia
ibi eſt ſatietas ſine eſurie. Prout ē in mūdo
eſt mixta qꝛ ibi eſt eſuries ꝛ ſatietas: put ē
in īferno ē feculēta qꝛ ibi ē eſuries ſine ſa
tietate. Copia. i. diuitie put ſūt in celo ſunt
pure. qꝛ ibi ſ' diuitie ſine paupertate. Prout
ſunt mixte ſunt in mūdo: qꝛ ibi ſunt diuitie
ꝛ paupertas. Prout ſunt in inferno ſunt fecu
lente: qꝛ ibi eſt ſola paupertas ſine diuitiis.
Gloria. i. pulchritudo put eſt in celo eſt pu
clamas ad me Scd̄o quādo funditur cum



ra: qꝛ ibi eſt pulchritudo ſine deformitate.
put eſt in mūdo eſt mixta qꝛ ibi eſt pulchri
tudo ꝛ deformitas. put eſt in inferno eſt fe
culēta: quia ibi eſt deformitas ſine pulchri
tudine. Honor prout eſt in celo eſt purus
quia ibi eſt honor ſine indignitate. Prout
eſt in mundo eſt mixtus: quia eſt honor et
indignitas. Prout eſt in inferno eſt fecu
lentus: quia ibi eſt dedecus ſine honore.
Pax prout eſt pura eſt in celo. quia ibi eſt
pax ſine pugna. Prout eſt in mundo eſt mix
ta: quia eſt ibi pax et pugna. prout eſt in in
ferno eſt feculenta. quia ibi eſt pugna ſine
pace. Omnia bona prout ſunt pura ſunt in
celo: quia ibi ſunt omnia ſine aliquo malo.
Prout ſunt in mundo ſunt mixta. quia ibi
ſunt bona et mala. Prout ſunt in inferno
ſunt feculenta: quia ibi ſunt mala et nulla
bona. Propter illa ſignificanda dicit pro
pheta. Calix in manu. domini vini meri
plenus mixto. ꝛ inclinauit ex hoc in hoc: ve
runtamē fex eius nō eſt exinanita. D
¶ Ex quibus verbis habet quod domin⁹
habet tres calices. Unus eſt plenus vino
mero: iſte eſt celum. Iſte enim eſt calix ple
n⁹ vita. ſanitate. ſatietate. diuitijs. pulchri
tudine. honore. pace. ꝛ omnibus bonis. Al
ius calix eſt plenus mixto: et iſte eſt mun
dus. Iſte enim calix eſt plenus cum vita
cum morte. cum ſanitate cum egritudine.
ſatietate eſurie. diuitijs paupertate. cum
pulchritudine deformitate. honore ignomi
nia. pace pugna/ bonis et malis. Tertius
calix eſt infernus. et iſte eſt plenus fece. Eſt
enim plenus morte / egritudine / eſurie/
paupertate / deformitate/ dedecore/ igno
minia/ pugna, et omnibus malis. Quarto
videndum eſt quare chriſtus noluit ſuper
equum ſedere ſed ſuper aſinam. Quod ideo
fecit ad innuendum quod non ſedet in coꝛ
dibus ſuperborum: ſed humilium ꝛ manſu
etorum. Chry. Non ſedit chriſtus in cur
ru aureo precioſa purpura fulgens non aſ
cendit ſuper feruidum equum diſcordie ꝛ
amatorem ꝛ litis. ſed ſuper aſinam tran
quillitatis et pacis amicam. Per equum
ſignatur ſuperbus. per aſinam humilis deſi
gnatur. Equus enim ſi tangitur recalcitrat
aſinus ſi tangitur manſuete moratur. Sic
ſuperbi ſi reprehenduntur impatienter fe
runt manſueti patienter audiunt. Quedam
animalia ſunt que non permittunt ſe tangi,
ſiue quia arrogātia ſunt ſicut equus ꝛ leo,
Siue quia minus manſueta ſunt et domeſti
cari non poſſūt vt lupus. Siue quia pungitiua
ut ericius. E
¶ Tria gña hoīm ſunt q̄ nolunt reprehen
di. Primi ſunt ſuperbi. Iſti ſunt ſicut equ⁹
vel leo qui dedignantur tangi vel repre
hendi. Heb. xij. Beſtia que tetigerit montē
lapidabitur. Eccl. xiij. Diues iniuſte egit
ꝛ fremebit: pauper autē leſus tacebit. Alij
ſunt in malum indurati qui ſicut lupi
nō poſſunt domeſticari nec ad bonum in
duci. Eccl. i. Peruerſi difficile corriguntur.
tales nolunt corrigi. Eccl. xxxij. Pctōr ho
mo vitabit correctionem. Tertij ſunt ho
mines aſtuti qui ſi tanguntur. i. arguuntur
ſtatim ſicut ericius per excuſationes mul
tiplices ſe abſcondūt cū iſti dicat puerb.
xxviij. Qui abſcōdit ſcelera ſua nō dirigetur.
tales etiā pungūt qꝛ reprehēdētes odiūt.
Amos. v. Odio habuerunt corripientem.
F ¶ Circa ſecundam proceſſionem
duo ſunt conſideranda. vnum eſt quod in
magna illa proceſſione fuit magna perſo
narum varietas. Quidam fuerunt ibi boni
quidam mali. Bonorum autem fuerunt
tres dñe. Quidam enim fuerunt boni qui
poſtea fuerunt mali: ſed tamen poſtea recu
perauerunt bonitatem ſic. ſ. apli q̄ fidem ꝑ
diderunt ſed poſtea recuperauerunt. Alij
fuerūt boni q̄ facti fuerunt mali ꝛ nūꝗ re
cuperauerūt bonitatem ſic. iudas. Alij fue
runt boni q̄ ſemꝑ ſeruauerunt bonitatem
ſic. btā virgo. Malorū autē due fuerūt dñe
Quidā enī fuerūt mali q̄ poſtea facti ſunt
boni. ſicut latro a dextris ꝛ longinus. Alij
fuerūt mali q̄ ſemꝑ in ſua malicia ꝑſeue
rauerunt ſic. latro a ſiniſtris. ꝛ iudei q̄ xp̄m
crucifixerunt. G
¶ Ab illa proceſſione q̄dā fugerunt corde ꝛ
corpore: ſicut apli q̄ corpalr xp̄m reliqrunt
et fidē ꝑdiderūt. Alij fuger ſūt corde ſed nō
corpore vt Maria magdalena ꝛ cetere mu
lieres q̄ iuxta crucē corpalr ſteterūt: ſed tñ
fidem perdiderunt ꝛ amiſerūt. Alij fuge
rūt corpore ſꝫ nō corde: ſicut creditur d' ia
cobo fratre dñi. de quo dicit Hiero. in lib.
de viris illuſtribus qꝫ in paſſione dñi vo
tū vouit ſe non comeſturum donec videret
chriſtum reſurgentem. Uidetur ergo quod
ille fidē de reſurrectione habuit. ꝛ timore
mortis fugit corpore ſed corde ſtetit. Alij
ſūt q̄ nō fugerūt nec corde nec corpe. ſicut
virgo beata q̄ iuxta crucē ſtetit ꝛ fidē inte
graliter ſeruauit. H
¶ Secundū qꝺ in iſta proceſſione oſtēdit eſt
in iudeis magna voluntatis mutabilitas.
In prima proceſſione fecerūt iudei ſibi ſex
magnos honores. In ſecūda fecerunt ſibi
ſex magna vituperia ꝛ cōfuſiones. Nam i
prima cū magna reuerētia ꝛ deuotiōe ip
ſum ſuper aſellū poſuerunt. In ſecunda cū
magna ignominia in patibulo affixerūt. In
primo veſtimenta ſua in via ſtrauerūt. In
ſcd̄a ipm̄ veſtimentis proprijs expoliaue
runt. In prima cū ramis oliuarū ꝛ palma
rū ſibi obuiam proceſſerūt. In ſecūda ſpi
nas acutiſſimas eius capiti infixerūt. In

palma appellauerunt eum regem vt dr̄ Jo. xij. In ſecunda negauerunt eū eſſe regē dicentes, nō habemus regē niſi ceſarē. In prima appellauerunt eū ſaluatorem dicentes. Oſanna. i. ſalua obſecro. In ſecunda negauerunt eū eſſe ſaluatorem. qꝛ etiā ſeipſum ſaluare non poterat dicentes alios ſaluos fecit. ſeipſum ſaluare non poteſt. In prima dixerunt ipſum eſſe benedictū ⁊ in nomine patris veniſſe in mūdū dicētes. Benedict⁹ q̄ venit in nomine domini. In ſecūda dixerunt ipſum eſſe malefactorem ⁊ cruci per diabolo affigendū dicentes, ſi non eſſet hic malefactor nō tibi tradidiſſemus eum. tolle tolle crucifige eum. ecce quanta inſtabilitas fuit in iſtis. qꝛ quem tantum honorauerunt. poſtmodum ſtatim ignominioſe tractauerunt.

¶ Feria ſecunda ſexte hebdo. xl. Sermo. i.

Si exaltatus fuero a terra omnia trahā ad meipſum Jo. xij. Chriſtus vocat hic exaltatiōnem ſuam paſſionem ſicut euangeliſta exponit dicens. hoc autem dicebat ſignificans qua morte eſſet moriturus. Secundum enim Chry. dicēdo omnia traham, plus dicit quam ſi dixiſſet reſurgam. ſi enim dixiſſet tantū reſurgam ſignificaſſet reſurrectionem ſed non tractionem. dicendo vero traham, vtrunqꝫ innuit quia nō poſſet trahere niſi reſurgeret. hoc autem quod dicit omnia traham trib⁹ modis exponitur ſecundum Aug. primo vt hoc non intelligatur quantum ad vniuerſitatem omnium hominum. quia non omnes ſunt tracti. ſed quantum ad integritatem nature. ſcꝫ ſpiritum animam ⁊ corpus. Trahit enim ſpiritum ſibi dando vere fidei agnitionem. Trahit animam p̄ gratie infuſionem. trahit corpus per beatam reſurrectionem. Alr̄ hoc quod dicit omnia refertur ad omnia predeſtinata ad ſalutem vel refertur ad omnia genera hominum, quia de omnibus generibus hominum aliqui ſunt tracti. ſcꝫ de omnibus linguis, de oībus ritibus, de oībus gradibus. In verbis aūt premiſſis duo ponūtur. Primo igitur ponitur genus paſſionis. cū dr̄. ſi exaltatus fuero a terra. Scdō fructus paſſionis, cum dr̄ omnia trahā ad me ipſū. A

¶ Circa primum notandum qꝫ chriſtus noluit mori in aliqua domo, nec ſub aliquo tecto, ſꝫ in aere voluit exaltari triplici rōne. Primo quidem quia aer eſt elementū cōe. vt enī hō dr̄ ppriā terrā vel ppriā aquā vel ppriū ignē. Aerē vero propriū nēo h̄re pōt. Scdō qꝛ eſt elementū mediū inter celū ⁊ terrā. Tertio qꝛ eſt elementū immūdū ex fumo hoſtiarū ydolis immolatarū. Xp̄s ergo voluit primo in aerē exaltari ad innuēdū qꝫ ſicut aer ē oīb⁹ cōis ſic ⁊ paſſio xp̄i. nā ꝑ paſſione aliorū ſctōꝝ fuerūt ꝓprie qꝛ petr⁹ paſſus eſt. ꝓ ſe. paul⁹ ꝓpter ſe ⁊ ſic de alijs. Chriſtus autem non paſſus ꝓpter ſe ſed cōmuniter propter omnes. B

¶ Sua enim paſſio fuit cōis illis qui in celo ſunt. ſcꝫ āgelis q̄ ſunt reparati illis q̄ ſūt in mundo qꝛ p̄ ſuam paſſionē ſunt ſaluati. Col. i. Pacificans oīa p̄ ſanguinem crucis eī⁹ ſiue q̄ in terra. i. hoīes ſiue que in celis ſcꝫ angelos. fuit communis illis q̄ ſunt ſub terra. i. ſanctis patribus q̄ erāt in lymbo qꝛ inde ſunt liberati ⁊ illuminati. Eccl. xxiiij. Penetrabo inferiores partes terre et inſpiciam omnes dormientes ⁊ illuminabo oēs operantes in domino. Non fuit aūt cōis illis qui ſunt in profundo terre. i. demonib⁹ qꝛ ſunt in malicia indurati. ⁊ ideo manſerūt in ſupplicijs deſolati. Eſa. liiij. qui dicit profundo deſolare. C

¶ Secūdo xp̄us voluit in aerē exaltari ad innuendū qꝫ ſicut aer eſt mediū inter celū ⁊ terrā. ſic xp̄s fuit mediator inter deū ⁊ hoīem Gal. iij. Mediator non vnius eſt natura ſꝫ duplicis diuine. ſ. ⁊ humane. et ideo ſicut aer ex parte ſuperiori h̄ꝫ puritatē per quā conuenit cū celo. ⁊ ex parte inferiori h̄ꝫ quādam groſſiciem per quam conuenit cū terra. ſic ⁊ chriſtus eſt medi⁹ inter deū ⁊ hoīem: qꝛ cū deo cōuenit ipſe rōne nature diuine. cū hoīe vero rōne nature humane. Erat igitur diſcordia inter deum ⁊ hoīem. Nam de⁹ conquerebat̄ de homine. qꝛ eius mandata non ſeruauerat. hō conquerebat̄ de deo. qꝛ creaturā ſuā reliquerat ⁊ ideo venit xp̄us et mediatorem ſe fecit. D

¶ Mediator autem inter deū ⁊ hoīem tria debebat habere. Primo ſimilitudinem vt eſſet ſimilis homini in natura ⁊ in defectib⁹ naturalib⁹ vt ſic hoī compati ſciret. Scdō equalitatē ne hominem ꝑ potētiā grauaret et ſi grauaret poſſet corā iudicio dei ipſū conuenire. Tertio debebat habere ex vtraqꝫ parte auctoritatem arguendi ⁊ compellendi illam partem q̄ ſuam ſententiā nō ſeruaret. ⁊ qꝛ hō non poterat inuenire talē mediatorem q̄ iſta tria haberet ideo conquerebatur dicens. Job. ix. Neqꝫ enim viro q̄ ſimilis eſt mei rn̄debo. Illud refertur ad ſimilitudinem. nec q̄ mecū in iudicio ex eqo poſſit audiri. iſtō refert̄ ad equalitatem nō ē q̄ vtrūqꝫ valeat arguere ⁊ ponere manū ſuā in ambob⁹. illud refert̄ ad auctoritatem. xp̄s vero vt ver⁹ mediator eſſet. iſta tria h̄re voluit. Primo ſimilitudinē in natura ⁊ in defectibus naturalib⁹ vt ſic ſciret iudicare miſericorditer. Hebr. ij. Debuit per omnia fratribus aſſimilari vt miſericors fieret. Scdō h̄uit equalitatem cum vtraqꝫ parte: qꝛ equalis fuit deo inquantū de⁹: et equalis homini inquantum verus homo ⁊ ideo nulli parti potuit eſſe ſuſpect⁹. Unde dixit de⁹ hūano generi in ꝑſo. Ponam in ſalutari. et reſpondet homo. fiducialiter agā in eo. q. d. deus hoī. de queſtione nr̄a q̄ eſt inter me ⁊ vos. ponam in ſalutari meo qui eſt fili⁹ meus. rn̄det homo fiducialiter agā in eo qꝛ eſt frater meus. Tertio h̄uit auctoritatem arguendi ⁊ compeſcendi vtramqꝫ partem. arguiſſet enim ſi voluiſſet hoīem condignam ſatiſfactionem facere Eſay. xi. Arguet in equitate pro manſuetis terre. arguiſſet etiā dam deum ſi dato per impoſſibile qꝫ noluiſſet ſatiſfactionem condignā recipere. Un̄ ipſe de⁹ dr̄ dn̄o. Eſa. i. venite arguite me dr̄ dn̄s. Tertio voluit in aere exaltari vt ipſum immundū ſanctificaret et mundaret. Sanctificauerat quidem terram triginta tribus ānis ſuper eā ambulando. Sāctificauerat aquam in ipſa ſe baptizari faciendo. Sanctificatur⁹ erat in ignem. ap̄lis ſp̄ūſcm̄ in ſpecie ignis mittēdo. Non reſtabat igit̄ niſi vt aerem ſanctificaret non ſub tecto ſed in aere moriendo. Scdō ponitur fructus paſſionis cū dr̄ oīa traham ad meipſum. E

¶ Circa qꝫ notandū. qꝫ tria ſunt que naturaliter attrahunt. Primū eſt ſimile. iſtud videmus in animalibus. Eccl. xiij. Omne aīal diligit ſimile ſibi. ſic etiā videmus in hoīb⁹. Un̄ ſubditur omnis homo ſimili ſui ſociabitur. videmus in volatilibus. Eccl. xxvij. Volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt. Secūdū eſt vacuū ſicut patꝫ in ventoſa que quam cito ſtupa per ignem euacuat̄ ⁊ aere non implet̄ ſanguinem ad ſe trahit. Tertiū eſt calidū ſicut patꝫ in ſole q̄ virtute ſui caloris vapores ad ſe trahit. F

¶ Chriſtus igit̄ trahit nos ad ſeipſum triplici ſimilitudine. Prima ſimilitudo ē imaginis. qꝛ ad eius ſimilitudinē creati ſumus. Secūda ſimilitudo eſt aſſumpte hūanitatis. Philip. ij. In ſimilitudinem hoīm factus. Tertia eſt imitationis qꝛ ipſum tanquam boni filij imitari debemus. Ephe. v. Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi. Propter iſtam triplicem ſimilitudinem debemus ad chriſtum ire et ab ipſo trahi. mali aūt quia non habent iſtam triplicem ſimilitudinem ab ipſo non trahuntur. habent enī imaginem deturpatam. et ideo a deo non cognoſcuntur habent naturam maculatam. et iō fratres xp̄i non vocant̄. h̄nt vitā ſceleratam. et iō non chriſtum ſꝫ diabolum imitant̄. Ezech. xxiij. Omnia commixta ſunt animarum inquinatio. Iſtud refertur ad imaginis deturpationem. natiuitatis immutatio. iſtud refert̄ ad nature vilificationē. inordinatio mechie impudicitie. iſtud refertur ad vite deprauationem. G

¶ Secundo enim xp̄s nos attrahit per vacuum. fuit enim vacu⁹ in natiuitate in vita ⁊ in morte. In natiuitate fuit vacuus ab omnibus rebus neceſſarijs. Non enim habuit lectum vbi requieſceret. ſed in preſepio requieuit. Non habuit etiam pannos quibus mater eum inuolueret. niſi viles ⁊ pannoſos Non habuit ſeruientes qui aſſiſterent. niſi bouem ⁊ aſinum. Secundo fuit vacuus in vita quia nō habuit domum ad habitandum. Math. viij. Uulpes foueas habēt ⁊ volucres celi nidos: filius autem hominis ⁊c. Non habuit diuitias ad poſſidendum. ij. Cor. viij. Propter nos egenus factus eſt cum eſſet diues. Non habuit etiā cibos ad comedendum. quia ſepe eſuriuit Matthei. xxi. Mane reuertens ad ciuitatem eſuriuit.

¶ Tertio fuit vacuus in morte. Eius enim corpus fuit vacuum et euacuatum ſanguine. ita qꝫ remanſit in cruce aridum ſicut lignum. Pſ. Aruit tanquā teſta virt⁹ mea. Eius aīa fuit vacua omni conſolatione ⁊ impleta triſticia et dolore. Math. xxvi. Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem. Paſſio eius fuit vacua vtilitate et valore. quia illa die tantum vnum latronem eſt lucratus. Eſa. xlix. In vacuū laboraui ſine cauſa. et vane fortitudinem meam conſumpſi. Mater ei⁹ fuit vacuata omni gaudio et plena omni amaritudine. Luc. ij. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Ei⁹ familia fuit euacuata fide: quia omnes apoſtoli fidem perdiderunt. H

¶ Tertio trahit nos per calidum. Chriſtus enim in paſſione fuit totus calidus igne amoris. quod patꝫ per quattuor ſigna: que ſunt / ſudare / ſitire / rubere / ⁊ veſtimenta ferre non poſſe. Quando enim aliquis ſudat in facie in toto corpore: ſignum eſt intenſi caloris. Chriſtus igitur ſudorem emiſit q̄ tantus fuit qꝫ in terram decurrebat. Et tant⁹ fuit ardor qꝫ humorem flegmaticū in ſanguinē cōuertebat. Scdō ſitiuit: quod fuit ſignū magni caloris. Ber. Sitio ait xp̄s nō doleo. O domine quid ſitis: fidem veſtrā / ſalutem veſtram / gaudiū veſtrū / plus animarū veſtrarū q̄ corporis mei cruciatus me tenet. Et ſi non melius tem veſtri miſeremini. Tertio xp̄s in corde ⁊ facie totus rubuit: quia totus ſanguine cruentatus fuit. Eſaie. lxiij. Quare rubeū eſt veſtimentū tuū ⁊ indumenta tua ſicut calcantiū in torcu-

Universidad de Deusto Biblioteca

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



lari: chriſtus etiam in cruce veſtimēta ferre non potuit/ſed nudus aſcendit.ac ſi ipſo facto dicat. Tanto igne charitatis ardeo ꝙ veſtimenta ferre non valeo.

¶ Eadē feria.ij.ſexte hebdo.xl.Sermo.ij.

SI exaltatꝰ fuero a terra: omnia trahā ad meipſum. Chriſtus per ſuā paſſionē traxit ad ſe omnia ſcȝ terreſtria/celeſtia/⁊ īfernalia. A

¶ Traxit quidē celeſtia patrē reconciliando: traxit terreſtria gentilē ꝑpłm ad fidem ducendo. Traxit infernalia ſanctos patres qui erant in lymbo liberando. Ideo voluit chriſtus in cruce exaltari vt per caput ſurſum nos deo reconciliaret. Per pedes deorſum infernū conculcaret. Per manū dexteram ad aquilonem extenſam gentes in frigore infidelitatis poſitas attraheret. Per manū ſiniſtrā ad auſtrum expāſam iudeos in quibus aliqñ calor fidei viguerat cecitatis ſue merito reprobaret. Nihilominꝰ quotidie peccatores ad ſe trahit ad fiduciam ⁊ ſpem qñ conſiderāt corporis chriſti in cruce poſiti diſpoſitionē. De quo ſic dicit Bernar. Quis non rapiatur ad ſpem impetrandi fiduciam qñ eius cōſiderat corporis diſpoſitionē ſcȝ caput inclinatū ad oſculum: brachia extenſa ad amplexandū: manꝰ perforatas ad largiendum: latus apertū ad diligendū: pedum confixionē ad nobiſcū cōmanendum. corporis extenſionem ad ſe nobis totaliter impendendum. B

¶ Ex quibus verbis habetur ꝙ chriſtꝰ in cruce exiſtens per ſex modos pctōres ad ſe trahit. Primo per capitis inclinationem: ſic vt amicus nutu capitis amicum vocat vt det ſibi oſculum. Illud oſculuȝ petebat genus humanū dicēs. Cant.viij. Quis mihi det te fratrē meum ſugentē vbera matris mee vt inueniā te foris et deoſculer te? C

¶ Habet igit deus duo labia ſcilȝ gratiā ⁊ gloriā. Homo ſimiliter habet duo labia ſcȝ veritatē ⁊ pacem. De qbus dr Zacha.viij. Veritatē tantū ⁊ pacē diligite. Homo enim oſculari debet deū cū duobus labijs ſuis ſcȝ veritate ⁊ pace: vt ſcilȝ veritatē de ſe in cōfeſſione dicat: et cū deo ⁊ proximo pacē habeat: et tunc deus ipſum oſculabit cum duobꝰ labijs ſuis ſcȝ cū grā ⁊ gloria: quia dabit ſibi gratiā in pñti: et gloriā in futuro. Ps. Gratiam ⁊ gloriam dabit dñs. D

¶ Notandū eſt autē ꝙ xp̄s in cruce paſſionis ſue caput inclinatū habuit ad dexterā: ſiue vt per hoc ſignificaret ꝙ patiebat pro pter peccatū ꝙ fecerāt primi parētes cum dextera. Siue vt per hoc innueret ꝙ nō pocat hominem ad leuā/id eſt ad vitā temporalem: ſed ad dexterā id eſt ad vitā celeſtē. Siue vt per hoc oſtenderet ꝙ in his q̄ facimus non ſiniſtram ſed rectā intentionē habere debemus. iuxta illud Math.vj. Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. E

¶ Secundo trahit per brachiorū extenſionem ſicut mater trahit ad ſe puerū brachia aperiendo. Deus autem duo brachia extendit ſcȝ ſiniſtrum quo congregat ad fidem ⁊ ſui agnitionem. Et dextrum quo deportat ad beatitudinem eternam. Utrūqȝ aūt brachium olim deus clauſum tenebat: qȝ nulli veritatem ſue fidei dabat: et nullū ad ſuā beatitudinem deducebat. Tandem aperuit brachium ſiniſtrum quādo ad fidē veram deduxit populum iudeorum. Dextrum aūt non aperiebat: qȝ nullum ad ſuam gloriam recipiebat. Modo autem vtrūqȝ brachium apertum habet: quia fidē et ſui cognitionē omnibus aperit et ad ſuam beatitudinē fideles recipit. Unde quilibet fidelis anima poteſt dicere. Canticoꝝ.viij. Leua eius ſub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Leuam ſuam deus ſub capite ponit: qñ in preſenti vita ſui agnitionem ⁊ fidem infundit. Dextera illius amplexum tribuit quando ſanctos eternaliter ſibi vnit. Unde etiam quilibet fidelis dicere poteſt cū ps. Tenuiſti manum meam: et in voluntate tua deduxiſti me: ſcilicet per viam tue veritatis me deducendo. et cum gloria ſuſcepiſti me: ſcilicet ad tuam beatitudinem me recipiendo. F

¶ Tertio trahit per manuum perforationē ſicut liberalis trahit egenum ad ſe veniendum. Habuit autem chriſtus in cruce manus apertas ad donandum ꝙ dat faciliter et liberaliter quia gratiam ſuam omnibus tribuit. Hebreorum.xij. Tamꝙ filijs offert ſe deus. Sapientie.vi. Preoccupāt q̄ ſe concupiſcunt. Ideo dicitur Eccleſiaſt.iiij. Non protrahas datum anguſtianti. Habuit manus confixas ad innuendum ꝙ dat immutabiliter et perſeueranter. Eccleſiaſt.ij. Reſpicite filij nationes hominum: et ſcitote quia nullus ſperauit in domino ⁊ confuſus eſt: permanſit in mandatis eius et derelictus eſt. Pauci autem ſunt qui habent iſtam immobilem voluntatem ſeruiendi et benefaciendi. Ideo dicitur de multis in pſal. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Eccleſia.vi. Eſt amicus ſocius menſe. Habuit manus perforatas: quia dat omnibus largiter ⁊ abundanter. Sicut enim vas perforatum largiter effundit: ſic chriſtus largiter tribuit. prime Thimo.vi. Qui preſtat nobis abunde



Jacobi.i. Qui dat omnibus affluenter et non improperat. Non ſolum autem eſt liberalis ſed quodāmodo prodigus: quia habet manus perforatas: ſicut dicitur de aliquo prodigo qui nihil ſibi ſcit retinere. Iſte habet perforatas manus. Ualde prodigus eſſet qui pro potu patrimonium ſuum daret. Sic chriſtus pro potu aque frigide dat mercedē celeſtis glorie. Math.x. Quicūqȝ dederit potum vni ex iſtis minimis calicē aque frigide: amen dico vobis non perdet mercedem ſuam. G

¶ Chriſtus in vita ſua fuit multum liberalis/quia multa beneficia dedit. In fine autem vite ſue quodammodo fuit prodigus: quia nihil ſibi retinuit: ſed oīa dedit etiā vſqȝ ad veſtes. Nam petro dedit eccleſiam. Joanni/matrem ſuam chariſſimam. Patri dedit animam ſuam precioſam. Latroni dedit paradiſum. Nichodemo et Joſeph dedit corpus proprium. Nobis omnibus dedit ſuum ſanguinem precioſum: et crucifixoribus veſtimenta. H

¶ Quarto chriſtus trahit nos per lateris apertionē: vt eius amorem oſtendat. Amor autem aliquando oſtenditur ex ſermone. Juxta illud. Math.xij. Ex abundantia cordis os loquitur. Quando enim cor abūdat in ſermone. Aliquando amor manifeſtatur in opere et ille eſt maior. De quo dicitur. i.Joan.iij. Non diligamus verbo neqȝ lingua: ſed opere et veritate. Aliquādo amor radicatur in corde. De quo Math.xxij. Diliges dominū deum ex toto corde tuo. Primus amor qui eſt in ſermone nihil valet niſi ſit ſecundus amor q̄ eſt in opere. Nec primus nec ſecundus aliquid valent niſi amor radicet in corde. Primuȝ amorē xp̄s nobis oſtenderat in ſua ſalubri eruditione. Secūdum oſtēderat in multiplici beneficiorum largitione. Sed tertium ſcilȝ precordialem amorem nobis oſtendit in lateris apertione. Bern. Clauus penetrās/clauus reſerās factus eſt mihi: quid niſi vt videam per foramē? clamat clauus: clamat vulnus ꝙ deꝰ vere ſit homo in chriſto mūdū recōciliās. Quinto trahit nos per pedum afflictionē: ſicut amicus poſitus in carcere trahit amicum ad ſe viſitādum. Chriſtus propter amorem noſtrum incarcerari ſe fecit quādo in cruce affigi voluit. Debemꝰ enim ad eius pedes currere. Qȝ ſicut dicit Deut.xxxiij. Qui appropinquāt pedibus eius: accipiēt de doctrina eius. Ad pedes ergo eius debēt currere peccatores et tribulati. Nam vnus pes vnctus eſt oleo: iſte eſt eius miſericors. Deut.xxxiij. Tingat in oleo pedē ſuū. Secundus pes eſt tinctus ſanguine: iſte eſt paſſio eius glorioſa. Ps. Ut intingatur pes tuus in ſanguine ⁊c. Peccatores igitur accedant ad pedem intinctū oleo: et ſic inueniunt medelam et ſanationem. Eſa.lxi. Spiritꝰ domini ſuper me eo ꝙ vnxit me vt mederer contritos corde. Tribulati accedant ad pedem intinctum ſanguine: et ibi inueniunt conſolationem. Berg. Si paſſio chriſti ad memoriam reducitur: nihil eſt quod non equo animo tolleret. Sexto trahit per ſui corporis extenſionem. Poſtꝙ enim pro nobis taliter ſe extendit debemus ⁊ nos ad ipſum extendi ⁊ ab ipſo trahi. Nam extendit ſe ꝑ nobis de celo vſqȝ ad virginis vterum/de vtero ad preſepium/de preſepio in mundi exilium/de mundo in patibulum/de patibulo in ſepulchrū/de ſepulchro in lymbum/de lymbo rediit in mūdum/de mundo ſe extēdit vſqȝ in celum/de celo ſe extendet vſqȝ ad iudicium.

¶ Feria tertia ſexte hebdomade quadrageſime. Sermo primus.

EGo q̄ſi agnꝰ manſuetus qui portatur ad victimam. Hiere.xi. Sepe chriſtꝰ in ſcripturis agnus appellat propter manſuetudinem ⁊ innocentiam. Nam ſicut dicit Iſidorus. Cetera animalia armauit natura: ſolumqȝ agnum dimiſit inermē: nō enim habet cornua ad ventilādū: nec dētes ad mordēdū: nec vngues ad lacerandū/ſed manſuetus et innocēs inuenitur. eodē modo chriſtus nunq̄ vllū nocuit ſed omnibus profuit. A

¶ Dicitur autē chriſtus in auctoritate premiſſa agnus: et agnus māſuetus. Et agnus victimatus. Agnus autem ſm Iſidorum dicit ab agnoſcēdo: qȝ inter oēs numeraſiles greges ſolo balatu matrē cognoſcit. B

¶ Eodem modo xp̄s dicit agnus ab agnoſcendo: qȝ xp̄s in cruce exiſtēs agnouit tria genera perſonarū. ſcȝ patrē/matrē/et ſuos crucifixores. nam patrem agnouit ſibi animam ſuam recōmendando dicēs. Pater in manus tuas cōmendo ſpiritū meū. Dicitur enī ⁊ ſcriptū reperit ꝙ xp̄s exiſtēs in cruce totū iſtū pſal. Deus deꝰ meꝰ reſpice in me. vſqȝ in te dñe ſperaui: ſimiliter dicere incepit et cū peruenit ad iſtum verſum. In manus tuas dñe cōmendo ſpm̄ meū. vt dicit. Luc.xxiij. Fortiter exclamauit dicens. Pater in manus tuas commendo ſpiritū meum. C

¶ In hoc autē dat nobis exemplū vt cum ad extrema appropinquamꝰ ſpiritū noſtrū deo commendemus: et hoc tribus de cauſis faciendum eſt. Primo videlicet vt deus ab inſidijs demonum nos cuſtodiat et nos

Universidad de Deusto Biblioteca



ctrum ſpiritum. Demones enim in via/ parati ſunt vt animã rapiant. Sed anima que eſt in manu dei nullũ debet timere. Jo.x. Non rapiet eos quiſq̃ de manu mea. Sc'do vt animã noſtrã per angeloꝝ miniſterium ad celũ deducat. Exo.xxiij. Ecce ego mitto angelũ meum qui precedat te et cuſtodiat in via et introducat in locũ quem preparaui. Tertio vt animas a morte cuſtodiat. Sapientie.iij. Juſtoꝝ anime in manu dei ſunt: et non tanget illos tormentum malitie ſeu mortis. Sc'do agnouit iſte agnus matrem: ſpecialem curam de ea habendo et ioanni eam recommendando q̃ſi dixit. ecce mater tua. In hoc dat nobis exemplũ vt de parentibus noſtris vſq̃ ad mortem curam ⁊ diligentiã habeamus. Petro quidẽ recõmendauit eccleſiam. Joanni vero matrẽ ſuam. Si vero inueniſſet diuiniores aliõs: certũ eſt q̃ talium theſaurorũ eos feciſſet cuſtodes. pecuniam vero iude recommendauit: ad innuendũ q̃ pecunia tẽporalis eſt res vilis ⁊ indigna: et ideo cuſtodi indigno ⁊ viliſſimo recõmendauit. Nos ergo exemplo ioannis habeamus eam in matrem ſi volumus eam habere in nutricem. D

¶ Cum enim ſit triplex ſtatus hominis ſicut dicit Aug. ſcʒ in vita/ in morte/ et poſt mortem. Ipſa in iſto triplici ſtatu adiuuat filios ſuos qui eam habent in matrem. Unde cantat eccleſia. Maria mater gratie/ mater miſericordie/ tu nos ab hoſte protege/ ⁊ hora mortis ſuſcipe. Adiuuat igitur in vita: ſi in vita ſint quidã iuſti: iſtis impetrat perſeuerantem gratiã. ideo di. Maria mater gratie: ſcilʒ datrix vel cõſeruatrix. Alij ſunt peccatores: iſtis impetrat peccatoꝝ veniam/ ⁊ dei miam ideo di. mater miſe. Secũdus ſtatus eſt qui ſunt in morte. q̃ eſt ſtatus periculoſus: q2 hoſtis id eſt demones ad morientes accedunt et ſi aliquod ius habent inquirũt: ſed beata virgo hoſtẽ. i. demones expellit ⁊ animas protegit: ideo ſubditur. Tu nos ab hoſte protege. Tertius ſtatus eſt poſt mortẽ ſcʒ quando anima de corpore eſt egreſſa: et iſte ſtat9 eſt ſimiliter periculoſus: quia ibi ſunt demones rugientes animam deuorare volentes: ſed beata virgo animas in morte ſuſcipit et in celum deducit/ et a demonib9 defendit: ideo ſubditur. Et hora mortis ſuſcipe. Unde qualibet talis anima poteſt regratiari beate marie et ſibi dicere illud Eccleſia.li. Liberaſti me ſcʒm multitudinem miſe nominis tui a rugientibus preparatis ad eſcam de manibus querentium animã meã. E

¶ Tertio iſte agnus agnouit ſuos crucifixores pro eis orando dicens. Luce.xxiij. Pater dimitte illis quia neſciunt quid faciunt. Aliquando poteſt iniuria irrogari in cõtumelijs verborum/ et hec eſt magna iniuria. Aliquãdo in ſpoliatione rerum/ et hec maior. Aliquando in irrogatione ſuppliciorũ/ et hec ẽ maxima. Iſte tres iniurie fuerũt xp̃o in paſſione irrogate: ipſe enim fuit contumelijs laceſſitus: vnde dicitur Matthei.xxvij. Preterentes blaſphemabant eum mouentes capita ſua ⁊ dicentes. Vah qui deſtruis templum dei/ et in tribus diebus illud reedificas. Ipſe fuit omnibus rebus ⁊ veſtib9 ſuis denudatus: vnde ſignificatur per Joſeph: de quo dicitur. Gene.xxxvij. Nudauerunt eũ tunica talari et polimita. Iſta fuit tunica chriſti inconſutilis/ deſuper contexta per totum. Ps. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea ⁊c. Ipſe fuit multis vulnerib9 laceratus. Eſa.liij. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. In hiis igitur iniurijs magnum eſt habere patientiã/ maius habere letitiam/ maximum dare beneficentiam. Chriſtus autem omnia iſta nõ tantũ portauit patienter iuxta illud Eſaie.xlij. Tacui ſemper/ ſilui/ patiens fui. Non tantũ letanter iuxta illud Ps. Conſcidiſti ſaccum meum. i. corpus meum ⁊ circũdediſti me letitia. Sed etiam ſuis crucifixoribus beneficium impendebat dum pro eis orabat dicens. Pater ignoſce illis ⁊c. Et quoniam iſte agnus in cruce exiſtens cognouit patrem ſuum ſpiritum ſibi recommendando, cognouit ⁊ matrem de ea ſpecialem curam habendo, cognouit etiã ſuos crucifixores pro eis orando: cuius oratio multos de ipſis conuertit et deo recõciliauit. ideo ſummiſſa ter agnus cantatur. q. d. eccleſia. Agne dei qui cognouiſti patrem ſpiritum tuum in manibus ſuis recommendando: miſerere nobis. Agne dei qui cognouiſti matrem de ea ſpecialem curam habendo miſerere nobis. Agne dei qui cognouiſti inimicos pro eis orando: et deo eos pacificando dona nobis pacem. F

¶ Secundo fuit agnus manſuetus. ſicut enim agnus quando occiditur non murmurat nec clamat: ſed tantum quaſdam voces queruloſas emittit ſic et chriſtus non murmurat nec clamat. Eſa.liij. Sicut ouis ad occiſionem ductus. et quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet. et non aperiet os ſuum ſcʒ ad blaſphemandum vel murmurandum. Emiſit quaſdam voces pie cõqueſtionis. vnam emiſit ad patrem dicẽs. Matth.xxvij. Deus meus deus meus vt quid dereliquiſti me? Aliam emiſit ad matrem. Hiere.xv. Ue mihi mater mea quare me genuiſti virum rixe. virum diſcordie in vniuerſa terra. Judei enim ſepe rixabantur cum eo et ſepe diſcordias inter ſe inueniebant. ſepe etiam ipſum maledicebant. Unde ſubditur Omnes maledicunt mihi. Tertiam emiſit ad circunſtantes et preterentes. Threnoꝝ.i. O vos omnes qui tranſitis per viam attendite et videte ſi eſt dolor ⁊c. Quartam emiſit ad terram dicẽs Job.xvi. Terra ne operias ſanguinẽ meum nec inueniat locum in te latendi clamor meus. Quintam emiſit ad celum dicens Hieremie.ij. Obſtupeſcite celi ſuper hoc: id eſt ſuper opprobrijs et iniurijs mihi a iudeis illatis et porte eius deſolamini vehementer. Et ſequitur. Duo enim mala fecit populus meus. me dereliquerunt fontem aque viue: et foderunt ſibi ciſternas diſſipatas que nõ valent continere aquas. ac ſi dicat. iſta duo mala fecerunt iudei. Quia me qui ſum fons aque viue. ſiccauerunt: id eſt occiderunt. et barrabam qui erat aqua turbida conſeruauerunt et libere dimiſerunt. G

¶ Tertio fuit agnus victimatus. Eſt autẽ differentia inter hoſtiam et victimã. quia hoſtia dicitur ſacrificium pro hoſtib9 vincendis. victima autem p̃ hoſtibus victis. Siue aũt eſſet hoſtia aut victima oportebat vt igne accenderetur vt ſi fumus eſſet deo odoriferus. talis victima ſiue hoſtia fuit xp̃s. Ephe.v. Dilexit nos ⁊ tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ ⁊ hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. H

¶ Iſta autẽ hoſtia vt eſſet odorifera quadruplici igne inflammata eſt. Primo videlicet igne amoris. de quo dicitur Luce xij. Ignem veni mittere in terrã magnum iudicium amoris eſt dare amico ſuo temporalem ſubſtantiam. maius eſt dare in obſequium ſuam perſonam. maximũ eſt dare in mortem vitam ſuam. Illud maximum ſignum amoris habuit chriſtus. Joan.xv. Maiorem hac dilectionem nemo habet vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Secũdo iſta victima fuit inflammata igne doloris. quãto enim caro eſt melius complexionata tanto eſt maioris doloris ſenſitiua. ſicut caro oculi magis ſentit dolorem quã caro calcanei quia melius eſt complexionata. Caro igitur chriſti fuit manibus ſpiritusſancti de puriſſimis ſanguinibus virginis facta. et ideo maioris doloris fuit ſenſitiua. Tertio iſta victima fuit inflammata igne paſſionis. de quo igne dicitur in pſalmo. Igne me examinaſti ⁊ nõ eſt inuenta in me iniquitas. Item oſſa mea ſicut cremium aruerunt: ſi enim oſſa fuerunt cõcremata. manifeſtum eſt q̃ caro et pellis concremata fuerunt. Quarto iſta victima inflammata fuit igne cõpaſſionis. magna quidẽ cõpaſſione replebatur quãdo matrẽ deſolatã ⁊ afflictã videbat: q̃ñ apl'os diſperſos et in errorẽ plapſos cernebat. q̃ñ ſuos crucifixores in freneſim verſos reſpiciebat. Sicut enim pius pater q̃ñ videt filium ſuum freneticũ in ipſum ſurgẽtem. dolet et plorat. nõ ſui iniuriam: ſed filij furiam. ſic chriſtus nõ ſuos dolores ſed perditionem ſuorum interfectorũ dolebat. ideo pro eis orabat et clamabat. Hebreoꝝ.v. In diebus carnis ſue preces ſupplicationeſq̃ ad deũ. ecce quia orabat. cum clamore valido. ecce quia clamabat. et lachrymis offerens. ecce quia plorabat.



¶ Eadem feria tertia ſexte hebdo. xl. Sermo ſecundus.

Hic eſt ſanguis meus noui teſtamẽti qui p̃ multis tradetur Mar.xiiij. Omne teſtamentum ſicut dicitur Hebreoꝝ.ix. Confirmatur morte teſtatoris. et ideo deus voluit vtrũq̃ teſtamentũ ſcʒ vetus ⁊ nouum ſanguine ſuo cõfirmare. De confirmatione veteris teſtamẽti p̃ ſanguinẽ dicit Heb.ix. Lecto enim mandato legis a Moyſe vniuerſo populo accipiens ſanguinẽ vitulorum ⁊ hircoꝝ cũ aqua ⁊ lana coccinea et hyſopo. ipſum quoq̃ librũ ⁊ omnẽ populũ aſperſit dicens. Hic eſt ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos deus. De confirmatione teſtamenti noui per ſanguinem dicitur in auctoritate premiſſa. Hic eſt ſanguis noui teſtamenti. ⁊c. A

¶ Notandũ autẽ q̃ xp̃s in nouo teſtamẽto qđ in ſua paſſione cõdidit octo legata diſmiſit. de quo teſtamẽto ſic Ambro. auctor humani generis in cruce exiſtens pietatis officia diuidebat. perſecutionẽ apoſtolis, pacem diſcipulis corpus iudeis. patri ſpiritũ virgini paranymphũ latroni paradiſum. peccatoribus infernũ crucem penitentis penitẽtibus legauit. Primo igitur legauit apl'is perſecutionẽ. illud enĩ legauit qđ ipſe poſſedit. Joã.xv. Si me perſecuti ſunt et vos perſequentur. ⁊ illud legatũ fuit perfecte apl'is ſolutũ q2 ⁊ pſecutionẽ habuerunt ⁊ mortẽ ſuſtinuerũt. hereditas autem tranſit ad heredes cũ onere ſuo. deus ſuit hereditati eterne beatitudinis adiunxit onus .i. tollerantiã paſſionis. cum iſto onere habuit eam xp̃us. Luce.xxiiij. Oportuit xp̃m pati ⁊ ita intrare in gloriã ſuam habuerũt eam cũ hoc onere omnes apoſtoli. Actuũ xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare. habuerunt eam cũ hoc onere omnes fideles. ij. Timothei.iij. Omnes qui volunt pie viuere in chriſto ieſu perſecutionẽ patiuntur. Qui igitur vult aſſequi eternum

Universidad de Deusto · Biblioteca



beatitudinem et nullam pati tribulationē
videtur eſſe dignior chriſto: ꝛ apoſtolis ſan
ctior et cunctis fidelibus melior. Hierony.
Difficile eſt immo impoſſibile vt preſen
tibus quis et futuris fruat bonis vt ꝛ de de
licijs trāſeat ad delicias: vt hic ventrem et
illic mentem impleat: vt in celo et in terra
glorioſus appareat. Secundo legauit diſci
pulis pacem. Joannis.xx. Pacem relinquo
vobis. Habebat enim chriſtus quoſdam di
ſcipulos qui non erant ita fortes ſicut apo
ſtoli ad ſuſtinendum perſecutiones: ꝛ ideo
reliqt eis nō tantū pacē eternitatis chriſti:
ſed etiā tēporis. non enim infirmis et debi
libus ſtatim ſunt grauia imponenda. B

¶ Habemus enim ex euangelio ꝙ non ſunt
imponenda triſtia feſtiuis. nec fortia in
firmis. nec inſolita inexpertis. Iſta notan
tur Matthei.ix. Non enim ſunt imponen
da triſtia feſtiuis. Ideo dicit dn̄s ibidem
Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere q̄diu
cū illis eſt ſponſus: filij autem ſponſi et fe
ſtiui ſunt contemplatiui qui ſemper cū deo
illud feſtum faciunt de quo dicitur in pſal.
Reliquie cogitatiōis diem feſtum agent ti
bi. talibus enim non debent imponi triſtia
ne impediantur ꝛ turbentur a contempla
tione interna. Secundo nō ſunt imponen
da fortia infirmis. ideo ſubdit. Nemo au
tem mittit commiſſuram panni rudis in
veſtimentum vetus. pannus autem ru
dis: id eſt nouus. eſt doctrina noua euan
gelica que inducit ad contēptum terreno
rum. ſic tales infirmi non ſunt ſtatim ad cō
temptū terrenoꝝ inducēdi. nō ſunt etiam
imponenda inſolita inexpertis. ideo addit:
nec vinum nouum in vtres veteres mit
tunt. Per vtrem veterem intelligitur mēs
aſſueta terrenis. Per vinum nouum doctri
na que inducit ad appetitum celeſtium. ſc.
homines aſſueti diligere terrena non ſunt
ſtatim cogendi ad celeſtia. C

¶ Tertio legauit corpus iudeis: vt ſcilicet
ipſum crucifigerent. et ſic noſtrā ſalutatio
nem perficerent. Job.ix. Terra id eſt caro
chriſti vel noſtra terrena ſubſtantia aſſump
ta data eſt in manus impij: id eſt pilati ſi
ue iude. Corpus autē chriſti fuit ſicut qui
dam ſaccus diuinus in quo erant tria pre
cioſa incluſa ſcilꝫ ſanguis. anima ꝛ diuini
tas. Chriſtus igitur de carne ſua empla
ſtrum fecit, quo inflatura noſtre ſuperbie
frangeretur. Auguſti. Ecce habes humili
tatis exemplum ſuperbie medicamentum.
De ſanguine fecit collirium quo cecitatis no
ſtre ignorantia curaretur. Apoca.iij. Colli
rio innge oculos tuos vt videas animam
dedit in precium quo ſeruus redimeretur.
Matthei.xx. Filius hominis nō venit mi
niſtrari ſed miniſtrare ꝛ dare animā ſuam
in redemptionē ꝓ multis. Deitas fuit bal
ſamū quo fetorem noſtre immūdicie tolle
ret. Eccleſiaſti.xxiiij. Sicut cynamomū ꝛ bal
ſamum aromatiſans odorem dedi. D

¶ Quarto legauit patri ſpiritū. Luce.xxiij.
Pater in manus tuas cōmendo ſpm̄ meū.
In hoc dat nobis exemplum ꝙ in manus
dei debemus recōmendare ſpiritū noſtrū.
Illud enim quod eſt in manu dei eſt ſecu
rum et eſt ante conſpectum dei. et eſt pre
cioſum. Primo quidem anime que ſunt in
manu dei ſunt ſecure ita etiā vt nunꝙ per
dantur. Joannis.x. Nō rapiet ea quiſꝗ de
manu mea. Secundo ſunt deo proxime ita
vt diuina viſione fruantur. Eſaie.xlix. Ecce
in manibus meis deſcripſi te. muri tui co
ram oculis meis ſemper. Tertio ſunt pre
cioſe ita vt in ornamenta dei aſſumentur.
ſicut enī annulus ornat manum: ſic anime
ſanctoꝝ quodāmodo ornant deum. vnde
dicit dominus de quodam magno peccato
re. Hieremi.xxij. Viuo ego dicit dn̄s: quia
ſi fuerit Jeconias annulus in manu dexte
ra mea euellam eum inde. E

¶ Quinto legauit paranymphum virginē
quando dixit mulier. ecce filius tuus. Hō
quidem voluit facere triplici ratione. Pri
mo ratione ſui dederat enī legem. Exo.xx.
Honora patrē tuum ꝛ matrē tuā. ꝛc. Dice
bat igitur vt conditor legis ſuam legē ſer
uaret. Secūdo ratione noſtri vt nos doceat
ꝙ de parentibus noſtris non tantū in vita
ſed in morte curam habeamus. Tertio ra
tione virginis: amittebat enim filium: et
ideo pro conſolatione dimittebat ſibi fide
lem diſcipulum: ſed tamē qualis ei poterat
eſſe conſolatio illa dicit Bernar. o qualis
cōmutatio: ioannes enim pro ieſu tradi
tur. ſeruus pro dn̄o. diſcipulus ꝓ magiſtro.
filius zebedei pro filio dei. purus homo ꝓ
vero deo. Sexto legauit latroni paradi
ſum dicens. amen dico tibi. ecce quāta fir
mitas: quia modus fuit iurandi: quia ho
die. ecce quāta celeritas meriti eius. ecce
quam beata ſocietas. in paradiſo. ecce quā
ta loci amenitas. Ideo autem chriſtus illi
latroni ſic fuit liberalis: quia in illa ſocie
tate trium erat vnus totaliter bonus: ſcili
cet chriſtus. erat alius totaliter malus: ſci
licet latro a ſiniſtris poſitus. tertius erat
mediocriter bonus: et mediocriter malus:
ſcilicet latro a dextris poſitus. ipſe enim
nō omnino malus erat quia culpabilem ſe
cognoſcebat. nec omnino erat bonus: quia
adhuc gratiam aſſecutus non erat. Habuit
igitur ſe laudabiliter ad totaliter malum:
quia ipſum increpauit. ad totaliter bonū:
quia ipſum excuſauit ad ſe mediocriter bo
num ꝛ mediocriter malū. qꝛ veniā poſtu
lauit. Septimo legauit peccatoribus infer



num cum dixit Math.xxv. Diſcedite a me
maledicti in ignem eternū. Quod quidem
legatum valde cōpetit eis: quia pulchrius
ſtant in inferno ꝙ in paradiſo quod oſten
ditur triplici exemplo. Primum eſt ꝙ pul
chrius manet porcus in luto ꝙ in florido
prato. porcus eſt luxurioſus qui in immun
dicia voluptatū delectatur. ij. Petri.ij. Sus
lota in volutabro luti. ideo pulchrius ma
net in luto infernalis voluptatis ſue fedita
tis ꝙ in prato florido celeſtis amenitatis.
Secundum exemplum eſt quia pulchrius
ſtat ſeruus in cloaca ꝙ in camera picta. ſer
uus eſt auarus. Colloceñ.iij. Auaritia ꝙ eſt
idolorum ſeruit⁹. Talis ſeruus pulchrius
ſtat in cloaca inferni ꝙ ſtaret in camera pi
cta celi. Tertiū exemplū eſt quia pulchrius
ſtat latro in patibulo ꝙ in regali ſolio. La
tro eſt ſuperbus quia furatur illud deo qđ
eſt propriū dei ſcꝫ gloriā. Eſa.xlij. Gloriam
meam alteri nō dabo. talis igitur latro ſtat
pulchrius in patibulo infernalis tormenti
ꝙ ſtaret in ſolio maieſtatis dei. Octauo le
gauit crucem penitētie volentibus penite
re. Luce.ix. Si quis vult venire poſt me ab
neget ſemetipſum ꝛ tollat crucē ſuam ꝛ ſe
quatur me. Quid autē velit dicere cum ait.
abneget ſemetipſum. exponit Grego. in ho
mel. dicens. Relinquam⁹ nosmetipſos qua
les peccādo nos fecimus et maneam⁹ qua
les nos per gratiam facti ſumus. ecce enim
qui ſuperbus fuit: ſi humilis factus eſt/ ſe
ipſum relinquit: ſi luxurioſus vitam muta
uit/ abnegauit quod fuit: ſi auarus elargiri
didicit et aliena rapere deſiſtit: ſemetipſū
reliquit eſt quidē ipſe per naturā ſed nō eſt
ipſe per malitiam. Deinde ſubditur. tollat
crucem et ſequatur me. Unde ſubdit idem
Greg. Duobus modis crux tollitur: aut cū
per abſtinētiam affligitur corpus: aut per
cōpaſſionē proximi affligitur animus.

¶ Feria quarta ſexte hebdo.xl. Sermo.l.

Vulneratus eſt propter iniquitates no
ſtras. attrit⁹ eſt propter ſcelera
noſtra diſcipli
na pacis noſtre
ſuper eum cui⁹
liuore ſanati ſu
mus. Eſaie.liij.
Sicut dicit. Hie. Eſaias. Nam tā fuit pro
pheta ꝙ euāgeliſta. Videt enī non tam pro
phetiam texere de futuro ꝙ hiſtoriam ſcri
bere de preterito. Uñ chriſti paſſionē. pluſꝗ
per quingentos annos preuidens eam ſic
aperte deſcribit acſi eam pñtialiter cōſpe
xiſſet. di. vulneratus eſt. ꝛc. Ubi primo po
nit ꝙ ipſa paſſio chr̄i fuit valde penoſa cum
dicit. vulneratus eſt. ꝛc. Secundo ponit ꝙ
fuit valde fructuoſa: cum ſubdit. cuius li
uore ſanati ſumus. A

¶ Pena aūt ipſi deſcribitur triplex: qꝛ fuit
vulneratus. Attritus et diſciplinatus. Pri
mo fuit vulneratus ꝛ vt redemptionis no
ſtre precium de corpore ſuo emanaret Corp⁹
enim chriſti erat tanꝙ ſaccus plenus the
ſauro. tanꝙ alabaſtrū plenum vnguento. ꝛ
tanꝙ apotheca plena balſamo. B

¶ Homo enim erat captiuus vulneratus. ꝛ
fetidus. voluit igitur chriſtus vulnerari vt
ſaccus ſcinderetur ꝛ theſaurus inde exiret
quo captiuus redimeretur. De iſto theſau
ro dicitur.i. Petri.i. Non corruptibilibus
auro nec argento redēpti eſtis ſed precioſo
ſanguine quaſi agni incontaminati et im
maculati ieſu chriſti. De ſacco vero in quo
erat iſte theſaurus dicitur Prouer.vij. Sac
culum pecunie ſecum tulit. Unde ſaccum
plenum miſericordia ſua miſit deus pater
in terram. Saccum inquam in paſſione cō
ſcidit vt effunderetur quod in eo latet preciū
noſtrum. Secundo corpus chriſti erat tan
quam alabaſtrum plenū vnguento. ꝛ ideo
voluit vt illud multis vulneribus frange
retur: vt inde vnguentum precioſum exiret
quo vulneratus curaretur. Iſta vnguenta
petebat ſponſa dicens. Canticorum.i. Tra
he me poſt te cur. in odore vnguentorum
tuorum. Iſta vnguenta ſunt ſuauia: qꝛ de
lectant corda: et ſunt ſanatiua: quia curant
peccata. Eccl.xxxviij. Unguentarius faciet
pigmenta ſuauitatis et vnctiones confi
ciet ſanitatis. Iſtis vnguentis ſanatus eſt
ſamaritanus vulneratus vino et oleo im
poſitis id eſt ſanguine chriſti qui fuit tanꝙ
vinum inquātum patrem letificauit. ꝛ fuit
tanquam oleum inquantum ipſum ad mi
ſericordiam inclinauit. Tertio corpus chri
ſti fuit tanquam apotheca plena balſamo
et ideo voluit quod illa apotheca aperiret
vt inde balſamum efflueret quo fetidus ſa
naretur Tunc autem illa apotheca fuit a
perta quando vnus militum lancea latus
eius aperuit. De odore eiuſdem balſami di
citur. Eccle.xxiiij. Sicut cynamomū ꝛ bal
ſamum aromatiſans odorem dedi. ꝛc.

C ¶ Omnia que in balſamo ſunt di
cuntur eſſe virtuoſa ſcilicet cortex. folia. ſe
men. ꝛ liquor. Sic etiam quicquid fuit in
chriſto virtuoſū fuit ſcꝫ cortex. i. corp⁹. Fo
lia. id eſt verba ſemen. id eſt eius anima in
corpore ſeminata. Liquor. i. ſanguis pcioſ⁹
Secūdo ipſe fuit attrit⁹. Sicut enim her
be terantur vt inde fiat emplaſtrū per qđ
apoſtema frangat et ſanet. Sic corpus chri
ſti fuit attritum vt inde fieret emplaſtrum:
quo tumor noſtre ſuperbie frangeretur.

Universidad de Deusto Biblioteca



Fit aūt emplaſtrū de herbis/florib⁹/ṫ ſpeciebus aromaticis aliq̃ liquore infuſo. D

¶ In chriſto autem fuit caro tanq̃ herba. Iuxta illud Eſa.xl. Omnis caro fenum. Fuit anima tanq̃ flos: quia fuit valde pulchra ṫ amena. Canticoꝝ.ij. Ego flos cāpi. Fuit diuinitas tanq̃ ſpecies aromatica. Fuit ſanguis tanq̃ liquor infuſus. Ex iſtis ergo factum eſt emplaſtrum quod debet frangere tumorem noſtre ſuperbie. E

¶ Tertio fuit diſciplinatus. Ideo dicitur. Diſciplina pacis noſtre ſuper eum. Homo deum offenderat et ideo diſciplinari debebat. Chriſtus autem flagellari voluit: ṫ deū ſic pacificauit. Olim pax tribus modis initiabatur et firmabatur ſcilꝫ percuſſione q̃ admicem ſe manibus percutiebāt. Signi erectione: quia aliquā colūnam vel pilam lapideam erigebant. De iſtis duobus dicit̃ Joſue vltimo. Percuſſit foſue in die illo fedus. Ecce percuſſio. Deinde ſubditur. Et tulit lapidem pergrādem dicens: et lapis iſte erit vobis in teſtimonium ꝛc. Tertio aque effuſione. De hoc dicit̃.i.Reg.vij. Hauſerunt aquam ṫ effuderunt in conſpectu domini. Per quod volebāt innuere ꝙ ſicut de aqua nihil remanet cum effundit nec ſubſtantia nec ſapor nec color. Sic ſi aliq̃s pacem nō ſeruaret/nec de illo/nec de his que ad ipſum ſpectāt aliquid remaneret. Ut ergo chriſtus firmam pacem cum deo nobis acquireret fuit diſciplinatus. percuſſus nō tātū in manibus ſed etiam in pedibus fuit perforatus: et in toto corpore flagellatus. Fuit etiam tanq̃ ſignum eleuatus in crucem. Joā.xij. Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipſum. Fuit etiā inſuper ſicut aqua effuſus quia nihil ſibi remanſit/ nec ſanguis nec anima nec vita nec veſtis. nec familia. F

¶ Secundo eius paſſio fuit fructuoſa. Ideo dicit̃. Liuore eius ſanati ſumus. Corpus enī chriſti fuit in morte liuidum ṫ nigrū. Apocal.vi. Sol factus eſt niger tanq̃ ſaccus cilicinus. Fuit etiā rubicundus. Eſaie.lxiij. Quare rubrum eſt indumētum tuum? Iſte liuor et nigredo et rubedo nos omnes ſanauit. Ideo ſignat̃ per morum.i.Machab.vi. Elephanti oſtenderunt ſanguinem mori ad acuendum eum ad prelium. Morum autem ſicut dicit Ambro. primo eſt album poſtea rubeum poſtea nigrum. Sic chriſtus fuit albus id eſt innocens in tota vita ſua ṫ cōuerſatione. Fuit rubicundus in cruce per ſanguinis effuſionem. Et fuit liuidus ṫ niger in morte. Un̄ poterat dicere anima chriſti illud. Canticoꝝ.i. Nigra ſum: per corporis mei liuorem ṫ deformitatem ſed formoſa per corporis mei munditiam ṫ puritatē ſicut pelles Salomonis propter rubentis ſanguinis effuſionem. Pelles enim ſalomonis erant rubicundi coloris. Per iſtos liuores ſanati ſumus. G

¶ Homo quidem erat infirmus in capite/ id eſt in intentione que eſt caput anime. Quia in his que faciebat non ſanam intentionē habebat. Erat infirmus in corde quia habebat cogitationes noxias et vanas. Erat infirmus in pedib⁹: quia habebat affectionē immundam aut terrenam. Pes enim ſcḋm Aug. eſt affectus et amor anime. Sicut enī corpus vadit pedibus: ſic anima vadit affectibus. Erat infirmus in toto corpore: quia habebat totam vitam mundanam ṫ cōuerſationem vanam. H

¶ Ut igitur chriſtus ſuis liuoribus ṫ ſuis vulneribus nos ſanaret. voluit primo vulnerari in capite: vt ſanaret noſtras obliquas intentiones. Voluit vulnerari in manibus: et ſanaret noſtras malas et remiſſas operationes. Voluit vulnerari in corde vt ſanaret noſtras noxias et vanas cogitationes. Voluit vulnerari in pedibus: vt ſanaret noſtras immundas et terrenas affectiones. Voluit vulnerari ṫ flagellari in toto corpore: vt nos omnes ſanaret.

¶ Eadem feria quarta ſexte hebdomade. Sermo ſecundus.

Hic calix nouum teſtamētum in meo ſanguine qui pro vobis effundet. Luc.xxij. Sanguis chriſti qui confirmauit nouum teſtamentum fuſus eſt pro nobis vt nos redimeret atq̃ ſaluaret. A

¶ Homo quidē erat excluſus a celo: incluſus in inferno ſiue in lymbo/et recluſus in exilio. Ideo ſanguis chriſti fuſus eſt vt hominem ad celum reduceret/de lymbo extraheret: et in mundo ſiue in exilio cōfortaret. Primo igit̃ homo excluſus erat a celo. ideo ſanguis chriſti effuſus eſt vt ipſum ad celum reduceret. B

¶ Tria aūt erant que hominē impediebāt ne ad celū rediret. Primū eſt q: porta celi erat clauſa: q̄ð ſignatū eſt Gen.iij. Per cherubin quē dñs ad ianuā paradiſi poſuit vt ipſam cuſtodiret. Scḋm erat q: flāma erat quedā interpoſita q̄ hoīem ab ingreſſu arceret. Unde ibidē ḋr. Et flāmeū gladiū. ꝛc. Per quā flāmā ſignificat̃ reatus ṫ obligatio ad penā eternā: cui homo merito ſue iniquitatis erat obligat⁹. Tertiū erat iuſtitia dei q: multū erat ſeuera: que ſignificat̃ per romphea bis acutā quā cherubin in manu tenebat. Iuſtitia enī dei dicebat̃ bis acuta: q: corpus ṫ aīaꝫ incidebat. Siue q: de cōmiſſis ṫ omiſſis rōnē exhebat. C

¶ Ideo ſanguis xp̄i fuit clauis dei: aqua et preciū dei. Fuit clauis: q: ianuā paradiſi aperuit. De iſta claui ḋr Eſa.xxij. Dabo clauem domus dauid ſup humerū eius ṫ aperiet ṫ nō erit q̄ claudat: claudet ṫ nō erit q̄ aperiat. Iſta clauis ſcḋm gloſaꝫ fuit crux xp̄i quā ipſe ſuper humerū ſuū baiulauit: ideo ſanguis xp̄i clauis eſt paradiſi. Scḋo fuit aqua dei: q: ignem vehementē gehenne extinxit: q: vlterius in bonos nō potuit preualere. Iſta aqua eſt ſignata in aqua que de latere xp̄i emanauit. De quo pōt exponi illud Eccli.iij. Ignem ardentem ſcꝫ inferna lē: extinguit aqua: ſcꝫ illa que de latere xp̄i effluxit. Hiero. Romphea illa flāmea et foribus preſidētia cherubin xp̄i extincta ṫ reſerata ſunt ſanguine. Tertio fuit precium dei q: diuine iuſtitie ſatiſfecit. ps. Quod nō rapui tūc exoluebā quaſi dicat xp̄s. Adā fecit furtū ṫ ego ſolui debitū. Unde cantat eccleſia in benedictione cerei paſchalis. Qui pro nobis eterno patri ade debitū ſoluit. Scḋo homo erat incluſus in inferno ſiue in lymbo: et ideo xp̄s ſanguinē ſuū fudit q̄ portas inferni cōfregit ṫ ſanctos patres inde eduxit. Zacha.ix. Tu quoq̃ in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos tuos de lacu in quo nō erat aqua. Legit̃ in hiſtoria ſcholaſtica ꝙ ſalomon habuit ſtructionē habēs pulliū quem pullū ſalomon in quadā cauea vitrea nutriebat. Cum vero pater pulli ſuū habere nō poſſet/vermē quēdā de deſerto portauit. de cuius ſanguine illā caueā ipſe liniuit ṫ continuo fracta fuit/et ſic pullum illum de cauea extraxit. D

¶ Iſte vermis eſt xp̄s q̄ dicit̃ in pſal. Ego autē ſum vermis ṫ non homo. Uermis enī nō naſcit̃ per generationē carnalē ſꝫ de humore terre virtute radiū ſolaris pducitur. Et ſic patrē habet in celo ſcꝫ ſolē ṫ matrem in terra ſcꝫ humorē. Sic etiā xp̄s in celo hꝫ patrē ſine matre et in terra matrē ſine pr̄e. Pulli incluſi in cauea ſunt patres incluſi infernali cauea. Sed venit ieſus vermiculus et virtute ſanguinis ſui caueā fregit: et inde ſanctos patres eduxit. ps. Contriuit portas ereas: ṫ vectes ferreos cōfregit. Tertio homo erat recluſus in exilio ſiue in mūdo. ideo xp̄s ſanguinē ſuum fudit vt hominem ibidē cōfortaret. Homo quidē erat mortu⁹ multis tribulationibus preſſus ad conuertendum ſe ad deum multum durus: ṫ a diabolo in ſeruitute detentus. E

¶ Ideo chriſtus ſanguinē ſuum fudit. Primo vt hominem viuificaret. Leuitici.xvij. Anima omnis carnis in ſanguine eſt. Oſee vi. Uiuificabit nos poſt duos dies. In die tertia ſuſcitabit nos. Sumus enim viuificati prima die paſſionis ſue/ et in ſecunda die ſepulture. Sed ſuſcitati ſumus in tertia die reſurrectionis ſue. Legit̃ ꝙ ſerpens multum odit et perſequitur pellicanum et dum pellicanus abeſt intrat nidum et pullos occidit. Pellicanus autem rediens tribus diebus plangit pullos mortuos. Tertia autem die cum roſtro ſe vulnerat: et de ſanguine ſuo ſuos pullos aſpergit: ṫ ſic illi reſuſcitantur. Iſte pellicanus eſt chriſtus qui dicit in pſal. Similis factus ſum pellicano. ꝛc. Serpens eſt diabolus qui humanū gen⁹ occiderat. Sed chriſtus in quinq̃ partib⁹ vulnerari voluit: et ſic pullos ſuos mortuos/ id eſt homines mortis peccato viuificauit. Secundo ſanguinem ſuum fudit vt homines tribulatos dulcoraret ṫ ad conſolationem reduceret. Hoc ſignatū eſt. Exodi.xv. Ubi dominus precepit moyſi ꝙ lignū in aquas amaras mitteret: et ſic eas dulcoraret. Gregorius. Si paſſio chriſti ad memoriam reducitur nihil eſt quod non equo animo tolleretur. Bernardus. Uidentes anguſtias domini noſtri/leui⁹ noſtras portabimus. Refert Ariſto. ꝙ ſi fiat vas de cera noua et diligenter claudatur et in mari ponatur aqua que per poros intrabit dulcis efficitur. Iſtud vas cereum eſt corpus dominicum. Sicut enim cera generatur ex apibus ſine corruptiōe ṫ commixtione: ſic caro chriſti fuit generata a virgine ſine corruptione. Fuit autem caro noua: quia nulla peccati vetuſtate viciata. Fuit etiā clauſa clauſa: quia nulla diabolice temptationi fuit aperta: pori eius ſunt vulnera eius. Si igitur noſtras amaritudines per recordationem et deuotionem in vulnera eius miſerimus. mox in dulcedinem conuertitur. Hebreorum.xij. Recogitate eum qui talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem vt nō fatigemini animis veſtris deficientes. Tertio chriſtus ſanguinē ſuū fudit vt corda dura ad penitentiā frangeret. hoc ſignatū eſt Math.xxvij. vbi dicitur. Terra mota eſt: petre ſciſſe ſūt monumenta aperta ſunt et multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt. Ex quo datur intelligi ꝙ ad memoriam dominice paſſionis: illi qui erant terra: amando ſcilicet terrena debent moueri ad amandū celeſtia. Illi qui erant duri ſicut petre debent frangi per contritionem eorum monumenta/id eſt ora debent aperiri per confeſſionem: et mortui/ id eſt mortalia peccata debent exire ṫ exurgere per ſatiſfactionem. Reperitur quoddam genus adamantis q̄ð non frangitur percuſſione nec ignis adu ſtione: nec per aliquem tem poris inuictera

Tertiũ eſt iniuſtiũ.c.paſſio xp̄i in hoc ſacra
mento tam veraciter et tam ſingulariter ex
preſſaret illud debet nos maxime. Secũdo
dimiſſum eſt in nobis medicamentum nře
curationis. Eſt eñ medicina efficax contra
omnes infirmitates noſtras: ſicut patet in
illa oratione. Purificent nos queſum⁹ dñe
ſacramenta que ſumpſimus ꝛc. I
¶ Eſt eñ medicina curatiua: q̄: ſanat oēs
morbos viciorum. Unde dicitur. Sit ablutio
ſcelerum ꝛc. Eſt medicina confortatiua: q̄a
roborat et confirmat in ſanitate recepta: vñ
ſubditur. Sit fortitudo fragilium. Eſt medi
cina preſeruatiua que preſeruat hoīem / ne
iterum cadat. Unde ſubdit. Sit contra mũ
di pericula firmamentum. Eſt medicina me
lioratiua: quia viuos et mortuos ad melio
rem ſtatum perducit. Unde ſubditur: Sit vi
uorum atq̄ mortuorum / fidelium remiſſio
omnium peccatorum. K
¶ Secundo autem attenditur hec vtilitas
in morte. Uia eñ quã anima de corpore de
cedens factura eſt via tenebroſa. Job.xix.
In callem meo tenebras poſuit. Eſt via peri
culoſa. Ps. In via hac qua ambu. abſcon
ſuperbi laqueum mihi. Eſt via longa. iij. Re
gũ.xix. Grandis tibi reſtat via. Eſt via igno
ta. Ps. Uiam ciuitatis habitaculi non inue
nerunt. Qñ igitur corpus xp̄i animab⁹ de
cedentibus datur: portant ſecum lucem ad
tenebroſe vie illuminationem. Joañ.viij.
Ego ſum lux mundi. Item eiuſdem.xij. Am
bulate dum lucem habetis: ne tenebre vos
comprehendant. Habent ſecum pugilẽ ad
hoſtium defenſionem. Job.xvij. Pone me
iuxta te / et cuius vis manus pugnet cõtra me
Ps. Si ambulauero in medio vmbre mortis:
non timebo mala: q̄ñ tu mecũ es. Habẽt ſe
cum cibũ ad confortationẽ. Ps. Panis cor
hominis confirmet. iij. Regũ.xix. Ambula
uit in fortitudine cibi illius vſq̄ ad montẽ
dei oreb. Habent ſecum ductorem ad vie di
rectionem. Michee.ij. Aſcendit iter pandẽs
ante eos. Ps. Deducit eos ad portum volun
tatis eorum.

¶ Eadem die ſcilicet in cena dñi.

Sermo ſecundus.

ET cena fa
cta cum diabolus iam
miſiſſet in cor vt tra
deret eum iudas ſimo
nis ſcarioth: ſurrexit
a cena et poſuit veſti
menta ſua. Joan.xiij.
Qñ amici abinuicem
ſeparantur conſueuerũt adinuicem epulari,
ſic etiam xp̄s ſciens q̄ debebat ab apoſto
lis recedere: primo voluit cũ eis cenare. Un
eñ dicitur Luce.xxij. Deſiderio deſideraui
hoc paſcha manducare vobiſcum antequã
patiar. A
¶ In hac aũt xp̄s aſſumpſit perſonam ami
ci / perſonam ſerui / et perſonam xp̄i. Primo
quidam aſſumpſit perſonã amici in hoc q̄
tam familiariter et amicabiliter cũ eis co
medere voluit. In hac autẽ cena comedit
xp̄s agnum paſchalem. Quo aũt comedi de
bebat determinatur Exo.xij. vbi dicitur.
Non comedetis ex eo crudum / quid / nec co
ctum aqua: ſed aſſum tñ igni. Caput cũ pe
dibus et inteſtinis vorabitis. Edent autem
carnes nocte illas aſſas igni ꝛ azimos pa
nes cum lactucis agreſtibus. Primo igit
non dꝫ comedi ex eo crudũ quid nec coctus
aqua: ſed aſſum tñ igni. Pro hic p̄hibentꝫ
ſcꝫ q̄ nõ comedatur crudus nec coctus aq.
Tercium precipit.ſ.q̄ igne aſſatur. Cruda eñ
caro nullo igne excocta nõ eſt ſapida. Caro
vero liça licet cocta ſit non eſt adeo ſapida
Caro vero aſſata et eſt igne cocta et eſt ſapi
da. B ¶ Illi igitur comedunt crudum
qui habent cor crudum.i.non excoctũ igne
amoris. Illi comedunt lixum qui habẽt cor
lixum.i.inſipidum et non ſapidum ſapore de
uotionis. Illi comedunt aſſum: qui habent
cor excoctum per amorem: et ſapidum per
deuotionem. C
¶ Iſte igitur agnus fuit triplici igne aſſa
tus. Et ideo non debet comedi crudus / nec
lixus ſed aſſatus. Fuit ergo aſſatus igne a
moris. De quo igne dicitur Luce.xij. Ignẽ
veni mittere in terram. Igne doloris. Thre
nor.i. Attendite ꝛ videte ſi eſt dolor ſimilis
ſicut dolor meus. Et igne paſſionis. Ps. Igne
me examinaſti ꝛc. D
¶ Secũdo dꝫ comedi eius caput cũ inteſtinis
et pedibus. Caput iſtius agni eſt eius diui
nitas.i.Cor.xi. Caput xp̄i deus eſt. Pes eı⁹
eſt caro ipſius qui eſt natura infima in ipſo
Inteſtina eius: eſt anima eius. Iſta oīa de
bemus vorare.i.per veram fidem nobis in
corporare. Fuerunt autẽ quidam heretici
qui dixerunt ipſum non habuiſſe diuinita
tem. Iſti non comedebant caput.ſ.ſibi per
fidem non incorporabant caput.ſ.diuinita
tem. Alij dixerunt ipſum non habuiſſe verã
carnem humanam: ſed fantaſticam de celo
delatam. Iſti pedes non comedebãt.i.eius
carnem per veram fidem ſibi non incorpo
rabant. Alij fuerunt qui dixerunt ipſum nõ
habuiſſe animam rationalem: ſed diuinita
tem loco anime. Iſti inteſtina non vorabãt /
id eſt eius animam per veras fidem ſibi nõ
incorporabant. Non igitur caput cum pedi
bus / et inteſtinis vorem⁹ id eſt de eius di
uinitate / carne / anima fideliter et catholice



ſentiamus. E
¶ Tertio debet comedi cum lactucis agre
ſtibus: id eſt cum amaritudine de peccatis
omnibus. Notandum autem q̄ quidã ſunt
qui ſumunt iſtas lactucas integras / quidã
contritas / et quidam ſuccum ipſarum. Eſt
eñ quedam amaritudo ſuperficialis / que
dam precordialis / et quedam mixta cum la
chrymis. Sunt eñ quidam qui habent de
peccatis quendam ſuperficialem dolorem /
qui attritio dici poteſt. Iſti ſumunt iſtas la
ctucas integras ſeu cõfectas. Talis attritio
peccatorum nõ plene iuſtificat. Hieremie.v.
Percuſſiſti eos: et non doluerunt / attriuiſti
eos et renuerunt accipere diſciplinam. Alij
ſunt qui omnia peccata ſua in mortariolo
memorie ſue cõgerunt ꝛ piſtillo laboris mi
nutatim conterunt: et talis dolor contritio
appellatur. Iſti ſumunt iſtas lactucas con
tritas: et talis contritio vulnera peccatorũ
ſanat. Oſee nono. Sanabo contritiones eoꝝ
diligam eos ſpontanee. Alij ſunt maioris p
fectionis: qui ſꝫ peccata non ſolum ſic con
terunt / ſed etiam lachrymas emittunt: iſti
ſumunt agnum cum ſucco lactucarum: id eſt
cum abundantia lachrymarum. Gregorius
in moralibus. Carnes cum lactucis agreſti
bus ſunt edende: vt cum corpus noſtri redẽ
ptoris accipimus nos pro peccatis noſtris
in fletibus affligamus: quatinus ipſa ama
ritudo penitentie abſtergat a mentis ſtoma
cho peruerſe humorem vite. Quarto debet
comedi cum panibus azimis. id eſt cum pa
nibus non fermentatis. Secundum Grego.
Panes ſine fermẽto comedit qui opera bo
na ſine corruptiõe vane glie facit. Uel ſecũ
dum eundẽ. Qui opera ſine admixtione pec
cati exhibꝫ ne querſe diripiat qꝫ ſiñ recte
diſpenſat: Quibus per increpationem do
minus dixit. Sacrificate de fermento laud⁹.
De fermento namq̄ laudem immolat q̄ deo
ſacrificium per rapinam parat. Uel ille ſine
fermento comedit / qui ſe a mala ſocietate
cuſtodit. Prime Corinthio. quinto. Modicum
fermentum totam maſſam corrumpit. Uel
ille azimũ ſine fermento manducat: q̄ men
tis et corporis puritatẽ ſeruat.i. Corint.v.
Epulemur non in fermento veteri: id eſt in
veteri conuerſatione / neq̄ in fermento ne
quitie ꝛ malicie: ſed in azimis ſinceritatis
et veritatis. F
¶ Secundo Chriſtus aſſumpſit perſonam
ſerui: in eo q̄ pedes ſeruorum ſuorum lauit
Lauit autem corporales pedes et ſpiritua
les. Corporales autem lauit in exemplum ꝛ
documentum: In exemplum quidem humi
litatis. Unde ipſe dicit. Exemplum dedi vo
bis vt quemadmodum ego feci vobis: ita
et vos faciatis. Iſtam autem tantam humi
litatem petrus horruit dicens. Non laua
bis mihi pedes in eternum. Cui reſpondit
Jeſus. Si non lauero te: non habebis partem
mecum. Tunc petrus timore et amore per
culſus obtulit lauandos pedes / manus et
caput. Sed Jeſus eũ corripuit dicens / et aſ
ſerens quod non indigeret lotione capitis /
nec manuũ / ſed tantum pedum G .
¶ Per caput intelligitur intentio / per ma
nus operatio / per pedes vero affectio. Duo
autem prima: ſcilicet operatio et intentio /
in petro munda erant: et ideo lotione ma
nuum vel capitis indigebat. Habebat enim
intentionem in omnibus rectam: et opera
tionem mundam. Affectio autem in petro ꝛ
in ceteris ſanctis ſepe aliquo puluere terre
ne affectionis aſpergitur: ꝛ ideo indigent
vt lauentur Auguſtinus. Ipſi humani
affectus ſine quibus in hac mortalitate nõ
viuitur pedes ſunt vbi et humanis rebus
afficimur: vt ſi dixerimus quoniam pecca
tum non ſecimus noſmetipſos ſeducimus
et decipimus. Secundo lauit pedes in docu
mentum vbi docuit et oſtendit quod prela
ti debẽt lauare ſubditos. Tunc enim pedes
lauant quando prelatus verbo et exemplo
ſubditorum affectus purgat et mũdat. Se
pe autem contingit quod pedes non lauan
tur: aut quando manus eſt coinquinata: aut
quando aqua eſt turbida et immunda / aut
quando immundicia in pedibus eſt inuete
rata. H ¶ His tribus de cauſis ſubdi
ti pedes non lauantur. Primo quando ma
nus prelatorum id eſt opera eorum ſunt im
munda. Eccleſiaſtici.xxxiiij. Ab immundo
quid mundabitur. Gregorius nazanzenus.
Mundari prius oportet: et ſic alios munda
re ſapientes fieri prius / et ſic alios facere ſa
pientes / lumen effici: et ita alios illuminas
re / accedere ad deum: et ſic alios ducere ad
deum / ſanctificari / et ſic alios ſanctificare.
Manus habere rectas: et ſic eſſe recti con
ſilij / et rectum dare conſilium. Secũdo quã
do aqua eſt immunda. Aqua immunda eſt
amor mũdi. De qua dꝫ Hiere. ſecũdo. Quid
tibi in via egypti. vt bibas aquam turbidã
Talis enim aqua non lauat / ſed inquinat.
Auguſt. Quiſquis eraſ eo in mundo / ad te
venit qui fecit mundum vt eripiat te de mũ
do / quod ſi adhuc aliqua delectatione te re
tinet mundus ſemper vis eſſe immundus /
ſi tamen aliqua neceſſitate retinet te mun
dus: habitat in te qui mundat immundos /
et eris mũd⁹. Tertio quãdo ipſa macula pe
dum ex nimia frequentatione efficitur ni
mis tenax et inueterata. Unde dicitur Ec
cleſiaſtici.xxxiiij. Qui baptizatur a mortuo
id eſt qui lauatur a mortali peccato et iterũ
qui tangit mortuum / quid proficit eius la
uatio / ſecunde Petri ſecũdo. Facta ſunt eis
poſteriora prioribus deteriora. Contingit

enim eis illud veri prouerbij. Uelut canis
reuerſus ad ſuum vomitum, et ſus lota in
volutabro luti. Secundo lauit pedes ſpiri-
tuales aqua ſui ſanguinis. De qua lotione
dicitur Apoc. ij. Lauerunt ſtolas ſuas ⁊ de-
albauerunt eas in ſanguine agni. I

¶ Ex quo igitur ſanguis chriſti habet de-
albare: videtur quod habeat virtutem li-
xiuij et non ſanguinis. Lac enim ſanguis eſt
in vberibus decoctus. Sanguis chriſti ex-
coctus fuit in corpore ſuo ⁊ in corde noſtro.
In corpore ſuo igne amoris. Tam vehemen-
ter enim in ſuo corpore ebulliuit quod a-
perto latere ſuo cum impetu emanauit. In
corde noſtro ſunt duo vbera. ſ. intellectus
et affectus. Debet autem excoqui in vbere
intellectus per meditationem. Et in vbere
affectus per deuotionem. Et ſic ſanguis chri-
ſti eſt excoctus in corpore ſuo per amorem
in corde noſtro per meditationem. Et affe-
ctus vertitur in albedinem et animas no-
ſtras dealbat ⁊ mundat. Apoc. i. Lauit nos
a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. K

¶ Ad lauandas noſtras animas chriſtus
fecit ſpirituale lixiuiū: in quo pro aqua po-
ſuit ſanguinem precioſum. i. Johan. v. Hic
eſt qui venit per aquam ⁊ ſanguinem Ieſus
chriſtus. Pro cinere amaritudinem pena-
rū. Ps. Cinerem tanquam panem manduca-
bam. Pro igne calefaciente: amorem im-
menſum. Joh. xiij. Cum dilexiſſet ſuos qui
erant in mundo: in finem dilexit eos. Sed
quoniam lixiuium erat nimis forte. Tum
propter nimium cinerum amaritudinem.
Tum propter nimiam ebullitionem. Ideo
chriſtus illud lixiuium duplici aqua tem-
perauit. ſ. aqua lachrymationis quam in
cruce effudit, vt habetur. Heb. v. Et aqua re-
generationis que de eius latere emanauit.
Sic ergo tali lixiuio et ſic facto ex aqua ſā-
guinis. ſic commixto ex cinere amaritudi-
nis. ſic calefacto ex igne amoris. ſic tempe-
rato ex aqua lachrymationis et regenera-
tionis lauat pedes omnium. ſ. affectus o-
mnium animarum.

¶ Tertio accepit perſonam eius quando. ſ.
panem et vinum in corpus ſuum tranſſub-
ſtantiauit. et apoſtolis poteſtatem conficie-
endi. et tranſſubſtantiandi dedit. et iſta eſt
maior poteſtas quam vnquam data fuerit
alicui. L

¶ Eſt quedam poteſtas dei magna facere
de aliquo aliquid. ſicut quando fecit homi-
nem de terra. et euam de homine. Eſt alia
dei poteſtas maior. ſcilicet facere de nihilo
aliquid. Sicut quando dominus fecit de
nihilo celum et terram. Eſt alia poteſtas dei
maxima facere ſcilicet vt ita dicamus de
creatura creatorem. Iſtam poteſtatem nō
dedit angelis ſed ſacerdotibus ſolis, qui
diuina virtute panem et vinum in corpus
et ſanguinem chriſti conuertunt, quē guſta-
bimus. Uiſibilis ſacerdos viſibiles creatu-
ras in corpus et ſanguinem chriſti verbo
ſuo ſecreta poteſtate commutat. Illo ſcilicet ver-
bo quod dicit ſacerdos. Hoc eſt enim cor-
pus meum. M

¶ Non igitur debet aliquis attendere ad
viſum ſuum, quia viſus putaret ſe videre
colorem panis et tamen non eſt ibi panis.
Nec ad guſtum ſuum: quia putaret ſe ſenti-
re guſtum panis ⁊ tamen non eſt ibi panis.
Nec ad tactum ſuum, quia putaret ſe tan-
gere ſubſtantiam panis et tamen non eſt
ibi panis. Nec ad olfactum ſuum, quia puta-
ret ſe ſentire odorem panis et vini et tamē
non eſt ibi panis nec vinum. Sed debet at-
tendere ad auditum ſuum, quia cum audit.
Hoc eſt corpus meum ita eſt per omnia vt
audiuit. Hoc ſignatum eſt Geneſis. xxvij.
In yſaac quando benedixit iacob. Fuit enim
deceptus ſuo viſu, quia oculi eius caliga-
uerant et ipſum non cognouit. Fuit de-
ceptus olfactu ſuo qui credidit ſentire o-
dorem veſtimentorum eſau, ⁊ erat odor ve-
ſtimentorum que induerat iacob. Fuit de-
ceptus guſtus eius, quia credebat ſe come-
dere de venatione eſau, et comedebat de
venatione iacob. Fuit deceptus tactus eius,
quia putabat ſe tangere manus eſau, et tan-
gebat manus iacob. Sed tamen auditus
quo vocem iacob audiuit: non fuit decep-
tus immo dixit. Uox quidem vox iacob eſt.
Sic etiam in iſto ſacramento omnes alij
ſenſus preter auditum decipiuntur. Et ideo
omnes fideles quando audiunt. Hoc eſt cor-
pus meum ita firmiter et veraciter crede-
re debent.

¶ In die paraſceues, ſermo. i.

S Itiens ie-
ſus ſciens iam oīa
conſummata ſunt
vt conſummare-
tur ſcriptura di-
xit ſitio. Illi au-
tem ſpongiā ple-
nā aceto yſopo
circumponentes
obtulerunt ori
eius. Cum ergo accepiſſet ieſus acetum di-
xit. conſummatum eſt. Et inclinato capite
tradidit ſpiritum. Joh. xix. A

¶ Ihs in vita ſua iudeis dederat multa ſalu-
tifera documenta: exhibuerat multa ſancti-
tatis exempla. Contulerat multa beneficia
atque miracula: ſed hodie miſeri iudei p̄ do-
cumentis dederūt ei ſputa ⁊ verba dura. Pro ſcti-



exemplis dederūt ei verbera duriora. Pro
beneficijs dederūt illi duriſſima crucis tor-
menta. Non reſtabat autem niſi vt vna pe-
na. ſcilicet vt ipſum felle ⁊ aceto potarent.
Sicut in auctoritate ſupra poſita habetur.
In qua quidem auctoritate tria ponuntur
ex parte chriſti: et vnū ex parte iudeorum.
Nam ex parte chriſti primo ponitur eius
feruens charitas, cum dicit ſitio. Secundo
conſummata veritas, cum dicit cōſumma-
tum eſt. Tertio magna pietas, cum ſubdi-
tur. Et inclinato capite tradidit ſpiritum.
Quarto ex parte iudeorum magna crude-
litas. In hoc quod ibi adbibendum porre-
xerant acetum. B

¶ Circa primum notandum quod in hoc
quod ieſus dixit ſitio, eius feruens charitas
deſignatur. Non enim ſitiebat aquam, ſed
ſalutem noſtram. Non ſitiebat vinū ſed pro-
fectum noſtrū. Non ſitiebat aliquē liquorē.
ſed noſtrū amorem. Bern. Sitio ait xp̄s nō
doleo o h̄ie quid ſitio? fidem veſtrā ſalutē
veſtrā, gaudiū veſtrum plus animarum ve-
ſtrarū quā corporis propriū cruciatus me
tenet. ⁊ ſi nō mei ſaltem veſtri miſeremini.

C ¶ Iſta autem chriſti charitas tam
intenſa omnes alios amores ſuperat et ex-
cellit. ſ. amorem naturalem matrimonialē,
ſocialem: ⁊ animalem. Amor naturalis eſt:
qui eſt inter patrem ⁊ matrem et filium. Et
iſtum amorem: amor chriſti excellit. Nulla
enim mater filium ſuum intantum dilexit
quantum hodie chriſtus nos amauit. Eſa.
xlix. Nunquid obliuiſci pōt mater infātem
ſuum vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi
illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar
tui dicit dominus: ecce in manibus meis
deſcripſi te muri tui corā oculis meis ſem-
per. Nunquā fuit aliqua mater q̄ tm̄ filiū ſuū
diligeret vt nomē ſuū in manib⁹ ſuis pin-
gi vel ſcribi faceret: vt ſic die ac nocte mē-
oriā eius haberet. Chriſtus aūt die ac nocte
in manib⁹ ſuis ſcriptos nos portat vt ſemp
memoriam noſtri habeat. Et illa ſcriptura
non fuit facta cum calamo vel atramento,
vel in pergameno. ſed calami fuerunt acu-
tiſſimi claui. Atramentum eius ſanguis pre-
cioſus. ſcriptores iudei peruerſi. pergame-
num caro manuum chriſti. Secundo excel-
lit amorem matrimonialem, qui eſt inter
virū et vxorem. Et hoc in duobus. Primo
in hoc quod ſi vxor fornicatur: vlterius a
viro ſuo non recipitur. Sed ſi anime noſtre
chriſtum ſponſum deſerant et diabolo adul-
tero conſentiūt. xp̄s eas penitentes recipit
et ideo in cruce manus extenſas tenet, ad
innuendum quod peccatores ad ſe, reuer-
ſos protinus amplexat. Hiere. iij. Uulgo
dicitur ſi dimiſerit vir vxorem ſuam ⁊ re-
cedens ab eo duxerit virum alterum. nun-
quid reuertitur ad eum vltra? nunquid non
polluta ⁊ contaminata erit, mulier illa? Tu
autem fornicata es cum amatoribus mul-
tis: tamen reuertere ad me: et ego ſuſcipiā
te dicit dominus. Secundo amor chriſti ex-
cellit matrimonialem, in hoc quod ſi eſſet a-
liqua vxor que haberet maculas in corpo-
re vel in facie. et non poſſet ab illis emun-
dari niſi vir vulnerari ſe faceret, et in ſuo
ſanguine ſe balnearet vxor. non eſt aliquis
vir qui vxorem ſuam in tātum diligeret vt
iſta ſuſtinere vellet. Anime autem noſtre
que erant chriſti ſponſe maculis peccatorū
erant plene. Et ideo chriſtus in quinque par-
tibus ſe vulnerari fecit et ſanguinem ſuū
fudit in quo ſponſa ſua balnearet et ab o-
mnibus maculis mundata fuit. Et hoc eſt
quod dicitur Ephe. v. Uiri diligite vxores
veſtras ſicut et chriſtus dilexit eccleſiam.
et tradidit ſemetipſum pro illa vt eam ſan-
ctificaret mūdans eam lauacro aque in ver-
bo vite vt exhiberet ſibi glorioſam eccle-
ſiam, non habentem maculam neque rugam
aut aliquid hmōi. ſed vt ſit ſancta ⁊ imma-
culata. Tertio amor chriſti excellit amorē
ſocialem que eſt inter amicum ⁊ amicum.
Nullus homo inuenitur qui vellet mori
pro ſuo inimico, vix autem aliquis inueni-
retur qui vellet mori pro amico: ſed pro a-
mico bono id eſt ſimplici et fideli et inno-
center decepto forte aliquis mori ſe expo-
neret. nos autē non eramus fideles neque bo-
ni: ſed eramus impij et dei inimici ⁊ tamē
chriſtus pro nobis mori voluit Et hoc eſt
quod dicitur Rom. v. Cum adhuc infirmi
eſſemus chriſtus pro impijs mortuus eſt.
Uix enim pro iuſto quis moritur. Nam pro
bono forſitan quis audeat mori: commen-
dat autem deus ſuam charitatem in nobis
quoniam cum adhuc peccatores eſſemus:
chriſtus pro nobis mortuus eſt. Poſſet au-
tem dici quod chriſtus habebat vnum ami-
cum. ſ. deum patrem et vnū ſuum ⁊ patris
inimicū. ſ. genus humanū. Ut igitur xp̄s in-
ter iſtos pacem faceret ſe mediatorem in-
terpoſuit. i. Thimo. ij. Unus eſt mediator
dei ⁊ hominū homo chriſtus ieſus qui dedit
ſemetipſum in redemptionem p̄ oīb⁹. Sem-
per enim contingit q̄ quando aliquis inter
duos rixantes interponitur, ab vtroque vul-
neratur. ſic et chriſtus vulneratus fuit a pa-
tre. Eſa. liij. Propter ſcelus populi mei per-
cuſſi eum. Uulneratus fuit etiam ab homi-
ne. zachari. xiij. His plagatus ſum in domo
eorum qui diligebant me. Quarto amor
chriſti excedit amorem animalem, qui eſt
inter animam et corpus. anima enim intan-
tum diligit corpus quod ab eo ſeparari re-
nuit. ⁊ omnem corporis laborem fugit ⁊ vi-
tat. Iſta autem chriſti tm̄ alas noſtras dile-

Universidad de Deusto
Biblioteca



eſt q a corpore ſuo pro noſtra ſalute voluit ſeparari. Joh. x. Aiam meã pono pro ouib⁹ meis. In tanta dilexit q paſſa eſt corpus ſuũ cũ multa leticia in quinq partibus lacerari: vt ſic preciũ noſtre redemptionis abundanter efflueret. Unde in ſua perſona dicit propheta. Conſcidiſti ſaccũ meum et circũdediſti me leticia. D

¶ Secũdo ponit cõſũmata vitas cũ dicit: conſũmatũ eſt. Conſũmata quidẽ et cõpleta fuerunt omnia predicta. ſ. de ſua natiuitate et ſua conuerſatione et de ſua paſſione. Hodie quoq conſummatum fuit corpus ſuũ conſummatus fuit et ſanguis ſuus. Corpus quidem conſummatum fuit immo conſumptum q omnia oſſa ſua apparebant et dinumerari poterant. Ps. Dinumerauerunt omnia oſſa mea. Nec mirum ſi corpus ſuum ſic fuit conſummatum q fuit tribus diſciplinis grauiſſimis flagellatum. Eſt enim quedam diſciplina q fit cũ virgis, et illa eſt fortis: quia carnem frangit. Eſt alia que fit cum ſpinis duris et acutis et iſta eſt durior et fortior. quia vſq ad oſſa perforando pertingit. Eſt alia que fit cum ferreis inſtrumentis, et iſta eſt fortiſſima q aiam a corpore excutit. Iſta triplici diſciplina fuit corp⁹ xpi flagellatũ. et ideo totaliter conſũmatũ. Primo enim corp⁹ xpi fuit flagellatũ virgis ſeu funibus nodoſis quando pylatus ipm ad columnam fecit ligari et flagellari. et illa talis flagellatio totũ corpus vulnerauit. Secundo xps fuit vulneratus cũ ſpinis. qꝛ. ſ. ſpinis duriſſimis et acutis fuit coronatus. et illa talis flagellatio ſecundum Bern. os capitis perforauit vſq ad cerebrũ peruenit. Et ſm Criſo. Mille punctis caput eius implicatur. Et ſi dicatur quod non videtur poſſibile quod ſpine capitis os tam durũ potuerũt pforare. Dicẽdũ q hoc nõ fuit factũ ſm naturã ſed ſm voluntatem diuinam. nec eſt contrariũ ei qd dr Joh. xix. os non comminuetis ex eo: qꝛ os eius capitis non fuit comminutum licet fuerit perforatũ. Tertio fuit flagellat⁹ cũ inſtrumentis ferreis id eſt cum clauis acutis. et illa talis flagellatio aiam a corpore excuſſit. Mat. xxvij. Jeſus autem clamans voce magna ſcꝫ pre nimio dolore emiſit ſpiritum. Scđo eius ſanguis cõſummatus quia totus fuit a corpore euacuat⁹. E ¶ Omnia enim opera ſua fecit dominus in numero et pondere et menſura vt hr Sap. xi. Excepto opere noſtre redẽptionis ibi enim non ſeruauit numerum vt ſcꝫ vnam vel duas guttas ſanguinis ſui daret cũ tñ vna ſola ſufficeret. Nõ ſeruauit pondus vt ſcꝫ vnã libram vel vnciã vnam effũderet. Nõ ſeruauit menſuram ſed totũ. verũ dit totũ fudit. Ps. Copioſa apud eum redẽptio. Bern. Profuſa copioſa. q non guttis ſanguinis ſed vnda fluminis q quinq partes corporis emanauit. F

¶ Tertio oſtenditur magna compaſſio et magna pietas in eo q dicitur inclinato capite tradidit ſpiritum. Magna quidem pietas: quia iudei ſpiritum chriſti ab eius corpore violenter cum multis ſupplicijs expulerunt. Ps. Uim faciebant qui querebant animam meam. Et hoc autem quod dicitur inclinato capite tradidit ſpiritum. Quidam volunt dicere animam principalem ſedem habere in capite ſuper hoc tamen inter ſapientes fuerunt quattuor opiniones. Quidam enim dixerunt animam eſſe in capite et hoc propter illam auctoritatem que ha Gen. ij. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vite. Illa enim inſpiratio nichil aliud fuit quam anime infuſio. Alij dixerunt ipſam eſſe in corde et hoc propter illam auctoritatem que dicitur Mat. xv. De corde exeunt male cogitationes. Cum enim cogitationes exeant ab anima ſic cogitationes exeunt a corde: ergo anima eſt in corde. Unde Hieroñ. in epiſtola ad fabiolã. Querit vbi principale ſit anime plato in cerebro. chriſtus monſtrat in corde. Alij dixerunt ipſam eſſe in ſanguine. et hoc propter illud quod dicitur Leuit. xvij. Anima omnis carnis in ſanguine eſt. Alij dixerunt ipſã eſſe in toto corpore et in qualibet parte totam. et hoc propter illud. ij. Regũ. j. Adhuc tota anima mea eſt in memetipſo. non enim dicit. eſt in capite meo. vel in corde vel in ſanguine meo: ſed in memetipſo. i. in corpore meo. G

¶ Judei igitur volentes animam chriſti cruciare. videntur iſtas quattuor opiniones ſaltem ipſo facto ſolueſſe. Primo ipſam animam cruciauerunt in capite: quia fuit ſpinis coronatum. Anſel. Coronatus incedebat: ſed ipſa ſua corona / cruciatus eſt quia mille puncturis eius ſpecioſiſſimam verticem vulnerauerunt. H

¶ Secundo cruciauerunt ipſam in corde ſcilicet quando fuit ſagitta cor in latere vulneratus. vt ſi ibi forte anima remanſiſſet cruciatum ſentiret verum cum triplex ſit amor: ſcilicet ſermonis: cordis. et operis chriſtus oſtenderat nobis ſermonis amorem in ſapienti predicatione. amorem operis in miraculorum exhibitione. quid reſtabat niſi oſtenderet. amorem cordis quẽ oſtendit in lateris apertione. Bern. Clauus penetrans. clauus reſerans factus eſt mihi vt quid videam per foramen clamat clauus. clamat vulnus quod deus verus eſt in chriſto mundum ſibi reconcilians. Tertio cruciauerunt eius animam in ſanguine ſcilicet quando clauis acutis venas aperuerunt et totum ſanguinem cum doloribus extraxerunt. ita quod corpus eius remanſit in cruce totum aridum ſicut lignũ. Un. Ps. Aruit tanquam teſta virtus mea. Iterum oſſa mea ſicut cremium aruerunt. et aſſimilat corpus ſuum chriſtus cremio et teſte. nam teſta que prius erat humida poſtmodum ab igne fit arida. Similiter cremium eſt lardum adultum a quo omnis pinguedo receſſit. ſic corpus chriſti in cruce fuit ſicut teſta. quia ab omnibus ſuis humoribus fuit exſiccatum et fuit ſicut cremium quia toto ſanguine ſuo fuit euacuatum. J



¶ Quarto aſſignauerunt animam in toto corpore: quia a planta pedis vſq ad verticem non fuit in eo ſanitas. Cruciatus fuit in toto corpore. ſ. in parte ſuprema media et infima. nam in parte ſuprema fuit ſpinis coronatus. in media fuit ad columnam ligatus et flagellatus in infima fuit pedibus perforatus et cruci affixus: vbi magnum dolorem ſenſit: quia locus erat neruoſus et q vnus pes ſuper alium poſitus et quia groſſis clauis perforatus et quia innitebatur clauatis pedibus totum corpus. K

¶ Quarto ponitur ex pte iudeorum magna peruerſitas quia os xpi aceto potauerunt. Due magne ruſticitates ori chriſti hodie facte fuerunt. Una eſt quando acetũ ſibi dederunt bibere. Secunda quando iudas ore ſuo turpiſſimo os chriſti ſanctiſſimum oſculari preſumpſit. ſic hodie duas ruſticitates multi faciunt ori chriſti. Quidam enim adhuc dant ſibi acetum. i. opera praua Ps. Exacerbauit dominum peccator. Cum enim chriſti ori deberent dare vinum ſuaue id eſt opera bona deoq placita dant ſibi acetum id eſt opera mala et acerba. Eſa. v. Expectauit vt faceret vuas: et fecit labruſcas.

L ¶ Secundo ſunt adhuc quidam cũ iuda qui os chriſti oſculantur. Quattuor enim perſone chriſtum oſculate fuerunt nam ipſum oſculata fuit mater eius: quando eum infantem in ſuis brachijs baiulabat: ſepe ipſum oſculabatur et hoc in ſignũ amoris. Oſculatus eſt eum etiam ſymeon quando ſcꝫ in vlnas ſuas eum accepit et iſtud oſculum fuit ſignum reuerentie et honoris. ſicut quando quis manus vel pedes epiſcopi oſculatur. Oſculata fuit eum maria magdalena: hoc in ſignum reconciliationis. ſic. quando inimici ad pacem veniũt ſe mutuo oſculantur. Oſculatus fuit eum iudas: et hoc in ſignum proditionis ſic. et ioab oſculatus eſt amaſam. ij. Reg. xx. Quicunq igitur hodie oſculatur chriſtum videat qualiter oſculetur. Ille enim qui nullum hꝫ odium et rancorem ſed ad deum et proximum ſincerum amorem oſculat cum maria. Ille q ad xpi paſſionem multa reuerentia et deuotione et lachrymarũ effuſione afficitur. oſculat cum ſymeone. Ille q primo erat deo inimicus. ſed in iſta quadrageſima eſt ſibi reconciliatus oſculatur cum magdalena. Ille qui hodie crucifixum oſculatur et in paſcha in menſa altaris cum chriſto epulatur: et poſt paſcha ad peccata reuertitur: oſculatur cum iuda proditore. magna enim proditio eſt hodie chriſto oſculum dare et in paſchate in menſa chriſti comedere. et poſtea de domo cordis ſui chriſtum expellere. et inimicum chriſti capitalem id eſt demonem in corſuum introducere. Talib⁹ chriſtus poteſt dicere illud quod dicitur in Ps. Tu vero homo vnanimis dux meus et notus meus: qui ſimul mecum dulces capiebas cibos in domo dei ambulauimus cum conſenſu. Et ſequitur. veniat mors ſuper illos et deſcendant in infernum viuentes.

¶ Eadem die ſcilicet paraſceues.
Sermo. ij.

Inſpice et fac ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt. Exo. xxv. Chriſtus eſt tanquam liber exẽplaris ad cuius exemplum totam vitam noſtram debemus deducere et ipſam corrigere. Eccleſia quoq officia ſua et obſeruantias ſuas ab iſto libro extraxit. maxime autem in hac die eccleſia in officio multa myſtica facit que ab iſto libro extraxit et ideo ſupradictum verbum poteſt eſſe verbũ dei patris eccleſiam alloquentis et dicentis inſpice et fac ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt. A

¶ Uideamus igitur que ſunt iſta myſteria que eccleſia hodie facit et que ab iſto libro extraxit. Primum eſt. quia altaria ſunt denudata. altare quidem eſt chriſtus qui hodie fuit ſuis veſtibus denudatus. Habebat enim chriſtus tria genera veſtimentorum. Primo habebat veſtes materiales quas ferebat ſicut ceteri homines. iſtis fuit denudat⁹ Un. Ps. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. Habebat enim veſtimentũ ſcꝫ corpus propriũ quod eſt anime veſtimentum. iſto veſtimẽto hodie anima chriſti fuit ſpoliata et ſuo corpore denudata. Johãnis. xix. Et inclinato capite tradidit ſpiritum. Habebat etiam

veſtes ſpūales/id eſt ſuos apl'os q̄ xp̄m veſtiebāt ⁊ ornabant. Eſa.xlix. Uiuo ego dicit dñs quia his oībus velut ornamēto veſtieris. Iſta veſtis fuit chriſtus denudatus q̄ fuit ab oībus apl'is derelict⁹. Joan.xvi. Ecce venit hora et iā venit vt diſpergamini vnuſquiſq; i ppria ⁊ me ſolū relinq̄tis. B

Secūdū eſt q̄ eccleſia tribus dieb⁹ mortem chriſti plāgit tenebras facit ad innuendum q̄ ſol tribus horis tenebris ſe induit et mortē chriſti deplanxit. Uel ad innuendum q̄ triplex creatura mortem chriſti deſleuit ſcʒ pure corporalis ſicut terra q̄ contremuit: et ſol qui obſcuratus eſt. Pure ſpiritualis ſicut angeli. Eſaie.xxxiii. Angeli pacis amare flebūt. Et compoſita ſicut homo videlicet apoſtoli ⁊ ſācte mulieres. Uel tribus diebus ola eccleſia plangit: ex eo q̄ tribus diebus ⁊ tribus noctibus chriſt⁹ mortuus iacuit. C

Tertium eſt q̄ campane non pulſantur: ex eo q̄ omnes campane hodie ſiluerunt. Chriſtus enim habebat duodecim campanas/id eſt duodecim apl'os. Quarū vna penitus fracta fuit: ſcʒ iudas. Et remanſerūt vndecim. Inter quas erat vna ceteris groſſior ſcilicet petrus: qui ſemel tam alte ſonuit q̄ eius ſonus ſuper angelos aſcendit quādo dixit Mat.xvi. Tu es chriſtus filius dei viui. Iſta campana hodie ſonum perdidit q̄ñ chriſtū negauit. Similiter et ceteri apl'i ſonū perdiderunt q̄ñ chriſtū reliquerunt. Alia cāpana fuit chriſtus que in hac vita non ceſſauit ſonare / id eſt predicare. Tandem eleuata eſt in campanili crucis, et ibi dedit ſonum pie conqueſtionis in auribus patris cum dixit. Matth.xxvii. Deus meus deus meus vt quid dereliquiſti me. Dedit ſonū amoris in auribus matris cū dixit Joan.xix. Mulier ecce filius tuus. Dedit ſonum magni doloris in auribus humani generis cum dixit. Treñ.i. O vos oīs qui tranſitis per viam: attendite et videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Tātum ſonuit iſta campana q̄ rauca facta fuit. ps. Laboraui clamās rauce facte ſunt fauces mee. Tandem iſta campana fuit fracta et in quinq; partes perforata: et tunc omnino ſiluit ⁊ ſonum dimiſit. Alia campana fuit virgo beata que tam dulciter ſonuit q̄ filius dei ad eius ſonū venit: quādo ipſa dixit. Ecce ancilla domini: fiat mihi.⁊c. Tam dulciter ſonuit q̄ ioannes baptiſta ad eius ſonum in vtero matris tripudiauit. Iſta cāpana hodie ferro doloris perforata fuit: et ideo ſonum perdidit. Luce.ii. Et tuā ipſius animā pertrāſibit gladius. Alia cāpana fuit vniuerſitas creaturarū q̄ dat triplicē ſonū. Quia predicat dei potentiā: ex ſua magnitudine. Dei ſapientiā ex ſuo ordine. Dei bonitatē et ſua bonitate. Iſta campana hodie intantum ſiluit q̄ ex toto confuſa fuit. Bernard. Ad hoc peccatum expauit tota machina mundi: et fere in antiquum chaos redacta ſunt vniuerſa. Unde etiā philoſophi videntes eclypſim ſolis contra naturam fieri dixerunt/aut ordo nature peruertitur/aut elementa mentiūtur/aut deus nature patitur et elementa ſibi compatiuntur. D

Quartum eſt: quia tabule hodie percutiuntur. Iſta autem percuſſio tabule repreſentat clamorem crucis qui clamat iudeorum malitiam et chriſti innocentiam. Secūdo repreſentat clamorem ſanguinis qui clamat pro nobis ⁊ contra nos. Nam p nobis clamat: petens a patre veniam. Heb.xii. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionē melius loquentem q̄ abel. Clamat autē contra homines terrenos. Job.xvi. Terra ne operias ſanguinē meum/neq; inueniat in te locum latendi clamor meus. Latet eñ ſanguis xp̄i in eoꝝ memoria q̄ nō habēt de eo recordationē. In eoꝝ intelligentia: q̄ nullā habēt meditationē. In eoꝝ volūtate: q̄ nullā hñt deuotionem. Tertio ſonus tabule repreſentat ſonū qui fuit in inferno. ſiquidem xp̄s clauſtra infernalia confringebat. ps. Qui contriuit portas ereas: ⁊ vectes ferreos cōfregit. Angeli valenter clamabant. Tollite portas principes veſtras.⁊c. Sancti patres iubilabant. Dānati qui ibi relinquebant flebant. Demones vlulabant. Et ſic commixtus eſt ſonus fletū et ſon⁹ gaudentiū p̄mo. Eſdre iii. Non poterat cognoſcere quiſq̄ vocem clamoris letantium et vocem fletus populi. Quarto ſonus tabule repreſentat ſtrepitum armorum quem fecerunt iudei in captione chriſti. Exierunt enim ad ipſum capiendum cum armis/fuſtibus/lanternis/⁊ et gladiis. Quinto ſonus tabule fit ad excitandum triſtitiam et merorem. Hodie quidem eccleſiā omnes ſonos letitie tacet: et facit triſtitie ſonos. Nam tacet ſonum campane: ⁊ facit ſonū tabule. Tacet letationes: et facit lamentationes. Tacet cantus letitie et dicit cantus meroris ⁊ triſtitie. E

Quintum eſt quia paſſiones aliorū ſanctorum celebram⁹ cum gaudio: paſſionem autem chriſti agimus cum lamento. Cuius ratio eſt: quia aliī ſancti paſſi ſunt propter ſe vt ſcilicet per ſuam paſſionē acquirerēt gloriam celeſtem. Et ideo in ſua paſſione eo gaudemus q̄ ad eternam beatitudinem peruenerunt. Chriſtus autem non eſt paſſus propter ſe vt ſcilicet gloriam acquireret quam habebat: ſed propter peccata noſtra delenda. Alia ratio eſt quia fleuit hodie ſol quando obſcuratus eſt. Fleuit terra quando contremuit. Fleuerunt ſancte mulieres. Luce.xxiii. Filie hieruſalem nolite flere ſuper me. Fleuerunt apoſtoli. Unde cantat. Triſtes erāt apoſtoli de nece ſui domini. Fleuit petrus. Mathei.xxvi. Egreſſus foras fleuit amare. Fleuit beata virgo doloris gladio perforata. Fleuit chriſtus. Mathei.xxvi. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Fleuerunt angeli. Eſaie.xxxiii. Angeli pacis amare flebūt. Fleuiſſet ſi poſſibile fuiſſet deus pater videns filium ſuum tam ignominioſe tractari. Ergo inter tot flentes nullus debet gaudere. F

Sextum quia miſſa hodierna non habet principium nec finem. quia introitus nō dicitur/nec cum Benedicamus domino finitur: ad innuendum q̄ qui eſt principium ⁊ finis a nobis receſſit. Et etiā ille qui eſt in tribulatione non indiget benedictione: ſed compaſſione. Et ideo non dicitur Benedicamus domino. Non habet etiam iſta miſſa medium: quia ſacra hoſtia non conſecratur/ex eo q̄ vera hoſtia/id eſt chriſtus eſt hodie oblata. G

Septimum eſt quia circa crucem ter genua flectimus vt illum honoremus qui ter fuit pro nobis illuſus/ſcilicet ab herode q̄ veſte alba induit eum. A militibus: quia ipſum ſpinis coronauerūt. Et a iudeis qui ſibi in cruce exiſtenti inſultauerunt. Facim⁹ etiam ipſum officium in lingua greca ⁊ latina/quia iſte due lingue ipſum confitētur et adorant. Lingua vero hebraica ibi ſilet: quia iudei chriſtum non confitentur. H

Octauum eſt quia ante crucem totaliter nos proſternim⁹: et poſtea oſculamur. Ipſe enim ꝓpter nos ſe proſtrauit vſq; ad terre ſuſceptionem. Philip.ii. Semetipſū exinaniuit formam ſerui accipiēs. Uſq; ad terre habitationem. Baruch.iii. Poſt hec in terris viſus eſt: et cum hominibus conuerſatus eſt. Uſq; ad terram per mortis deiectionem. Hiere.xlvi. Fortis impegit in fortem ⁊ ambo pariter corruerunt. Uſq; ad terre penetrationem. Eccli.xxiiii. Penetrabo inferiores partes terre et inſpiciam omnes dormientes: et illuminabo omnes ſperantes in domino. I

Nonum eſt quia hodie eccleſia pro omnibus orat. Cuius ratio eſt: quia hodie xp̄s fuit valde pius in parcendo, quando dixit. Luc.xxiii. Pater dimitte illis/quia neſciūt quid faciūt. Fuit valde liberalis in largiēdo: quia ad modicam petitionem dedit latroni celum. Fuit valde largus in donādo: quia nō guttam ſed totum ſanguinem pro noſtra redemptione dedit. ps. Apud dominum miſericordia: et copioſa apud eum redemptio. Ideo eccleſia ad ſimilitudinem chriſti eſt hodie multum liberalis in orando: et multum pia in parcendo. K

Decimum eſt quia hodie fideles eccleſias omnes et altaria ſanctoꝝ viſitare conſueuerūt. Cuius ratio triplex eſt. Prima eſt quia iſta talis viſitatio repreſentat viſitationem apoſtolorum et ſanctarū mulierum que crebro ſepulchrum domini viſitabant. Secunda quia chriſtus hodie omnes ſanctos qui fuerunt a principio mundi vſq; tunc preſencialiter viſitauit dum ad inferum deſcendit. Luce.i. Uiſitauit nos oriens ex alto. Tertia ratio eſt: quia ſancti debent hodie eſſe liberales: quia hodie de carcere fuerunt liberati. Si quis enim de carcere liberaretur et ad imperium ſublimaretur illum diem multum diligeret: et in illa die multum liberalis eſſet. Merito igitur fideles ſanctos hodie viſitāt: vt ab ipſis de carcere liberatis et in imperium celeſte ſublimatis beneficia obtinere valeant.

## Sabbato paſche. Sermo primus.

Uenit maria magdalena/et altera maria videre ſepulchrū. Mat.vltio. A

Magna dignitas eſt ſeptimi diei eo q̄ ſabbatus appellatur: quia in eo tota trinitas requieuit. Nā pater in opere creationis quod fuit opus infinite potentie et attribuitur patri: requieuit ab omni opere quod patrarat. Filius in opere recreationis quod eſt opus ſapientie et attribuitur filio: requieuit in monumento inuolutus ſyndone. Spirituſſanctus requieuit hodie in virgine. quia ceteri apoſtoli et mulieres a gratia ſpirituſſancti receciderunt. In virgine autem ipſa gratia fides firma permanſit. Quia igit hodie chriſtus in ſepulchro requieuit: ideo ſancte mulieres frequenter ipſum viſitabant/modo vt corpus eius vngerent/ mō vt ipſi monumentum deflerent / ⁊ modo vt ipſum ſublatum inquirerent. Ideo dicit in auctoritate premiſſa. Uenit maria magdalena.⁊c. Circa igitur ſepulchrum domini tria ſunt notanda. Primo quale fuit eius ſepulchrum. Secundo qualis fuit ei⁹ ſepultura. Tertio qualiter nos cum eo ſepeliri debemus. B

Circa primum notandum q̄ ſepulchrum chriſti fuit nouum. ſicut dicitur Mathei vicesimo ſeptimo. Et hoc fuit triplici de cauſa. Primo ne crederetur q̄ non ipſe/ſed alius ſurrexiſſet. Iſtam rationem tangit Ambro. in libro de virginibus/dicens. Beatus matheus monumētum nouum dixit: ne ex monumento veteri alius ſurrexiſſe crederetur. Secūdo propter reuerentiā xp̄i. Iſtam

Universidad de Deusto Biblioteca



in verbis propoſitis duo tanguntur ſcꝫ amaritudo doloris quã btã virgo habuit in filij paſſione ⁊ gaudiũ cordis quod habuit in eius reſurrectione. Circa primum tanguntur tria. Primo magnitudo amoris, cũ dicitur dilectus meus. Secundo magnitudo doloris cum dicitur faſciculꝰ myrrhe. Tertio magnitudo deuotionis: cum dicitur. inter vbera mea commorabitur. ❡ Circa primum notandum ꝙ beata virgo dilexit filium ſapienter et diſcrete: quia ſalutionẽ humani generis prepoſuit paſſioni filij ſui quãuis eum intime diligeret: quãuis ſciret ꝙ ipſe in ſua paſſione multos dolores haberet. nunꝙ tamẽ voluit ſibi diſſuadere ipſam paſſionem ꝓpter humani generis ſalutionem. B

❡ Notandum autẽ ꝙ in corde virginis pugnabant duo amores ⁊ duo dolores: duo amores erant amor filij/ ⁊ amor humani generis. Amor filij nolebat chriſtũ pati: amor humani generis volebat ipſum pati/ ſed amor generis humani ſuperauit amorẽ filij. Similiter pugnabant duo dolores: ſcꝫ dolor quem habitura erat de morte filij: ⁊ dolor quem habebat de noſtra perditione. ſed dolor quem habebat de noſtra perditione ſuperauit dolorem quem habitura erat de morte filij. Unde poterat dicere cum apoſtolo illud quod dicitur. Philip. i. Mihi viuere chriſtus eſt et mori lucrum. acſi diceret. vita filij mei vita cordis mei eſt: mors vero ſua eſt lucrum generis humani. Secundo ponitur magnitudo doloris ſui. cum dicit. Faſciculus myrrhe. Myrrha enim eſt amara. Faſciculus igitur myrrhe eſt collectio paſſionum chriſti quarũ conſideratio magnũ prеſtabat ſibi dolorem. ipſe autẽ dolor cauſabatur in ea ex ratiõe filij: et ex ratione ſui: ex ratione ſupplicij. C

❡ Cauſabatur quidem in ea dolor ex ratione ſui quia mater erat: et naturaliter dolet mater de afflictione filij. Secundo ex eo ꝙ erat ſola mater. quando enim dolor diuiditur in multis/ minor inuenitur in ſingulis. ſi enim aliqua mater filium amittit/ dolorẽ ſuum cum patre cõdiuidit. et ideo talis dolor et tali diuiſione quodãmodo minuitur. Uirgo autem beata cum nullo dolorẽ ſuũ diuidere potuit quia nullus pater ſibi erat. Tertio ex eo ꝙ erat vnicꝰ matri. Si aliqua mater filium perdidit conſolationem accepit quando alios habet vel habere ſperat: virgo autem maria nullum habebat alium/ nec ſe habere ſperabat. vnde poterat dicere illud. ij. Regum. i. Sicut mater vnicum amat filium ita te diligebam. Quarto ex eo ꝙ preſens erat ad videndum. quando aliqua mater audit filium ſuum mortuũ multum dolet: ſed quãdo horribili morte ipſum audit fuiſſe occiſum magis dolet. quando vero ante oculos ſuos videt filium ſuũ occidi maxime dolet. Uirgo igitur beata immenſo dolore vulnerabatur quando videbat filium ſuum occidi et horribili morte necari: ⁊ ante oculos ſuos hec omnia fieri. Quinto ex eo ꝙ erat ad adiuuandum impotens. magna conſolatio eſt alicui matri ꝙ filium ſuum in morte oſculari ⁊ amplexari et adiuuare poteſt. hec autem in nullo filiũ ſuum poterat tũc adiuuare. audiebat enim eum ſitire et non poterat ei potum porrigere. videbat ipſum vulneribus plenum ⁊ nõ poterat vulnera alligare. conſpiciebat ipſum ſanguine plenum et non poterat lintheo extergere. videbat ipſum male captum teneri et ipſum non poterat liberare. videbat ipſum caput male tenentem et non poterat ſuſtentare. videbat ipſum in cruce flentem ⁊ non poterat lachrymas extergere. videbat ipſum expiraſſe et nõ poterat amplexari nec oſculari. videbat ſanguinem in terra affluere et non poterat recolligere. et ideo poterat dicere illud. i. Regũ. i. Mulier infelix nimis ego ſum. Sexto ex eo ꝙ nullũ habebat adiutorium quia omnes apoſtoli eam reliquerant. ideo non habuit nec ipſa nec filius adiuuantem in tribulationibus illis. Eccli. li. Reſpiciẽs eram ad adiutorium hominum et non erat nec aliquem compatientem. Ps. Suſtinui qui ſimul cõtriſtaretur ⁊ nõ fuit/ nec aliquem conſolantem. Unde ſequitur qui conſolaretur ⁊ non inueni. Secundo cauſabatur ille dolor in ipſa ratione filij. multum enim dolet mater quando amittit filiũ bonum et ſapientem/ et ſibi in omnibus obedientem. ipſa vero amittebat filium de quo ipſa dicit. Ego mater pulchre dilectionis ⁊ timoris et agnitionis et ſancte ſpei. Amittebat quidem matrem tam dulciter diligẽtẽ. ideo dicit. Ego mater pulchre dilectionis. Filium matrem tam humiliter reuerentem et filialiter timentem. ideo ſubdit. ⁊ timoris. Filium in cruce matrem tam feliciter agnoſcentem. ideo ſubditur. et agnitionis. Filium erga matrẽ tam pium et clementem. ideo ſubditur. et ſancte ſpei. D

❡ Tertio cauſabatur ipſe dolor ratiõe ſupplicij. videbat enim filiũ ſuum pati penam ignominioſam: quia inter duos latrones tanꝙ latro fuit poſitus penam acerbam in locis neruoſis et maxime ſenſitiuis fuit vulneratus et perforatus. penam diuturnam: quia ab illa hora noctis q̃ captus fuit vſque ad horam nonam qua expirauit in ſupplicijs et doloribus ſemper fuit. penam iniuſtam: quia ſicut dicitur. i. Pet. ij. Peccatũ non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. Et quia virgo beata fuit tanta amaritudine plena. poterat dicere illud Ruth. i. Ne



vocetis me noemi/ id eſt pulchram: ſed vocate me marath/ id eſt amaram: quia amaritudine repleuit me omnipotens. E

❡ Tertio ponitur magnitudo ſue deuotionis cum dicitur. Inter vbera mea commorabitur. In anima tria ſunt vbera: ſcꝫ memoria/ intelligentia/ ⁊ voluntas. Inter iſta tria vbera beata virgo illum faſciculũ myrrhe/ id eſt collectionem penarũ filij ſui portabat. In memoria per continuam recordationem. In intelligentia per aſſiduam meditationem. Et in volũtate per melliſſuam deuotionem. Secundo ponitur magnitudo gaudij quod ipſa habuit de filio in reſurrectione. cum dicitur. Botrus cypri. F

❡ Non ſolum autem de hoc ipſa gauiſa eſt ſed etiam omnes creature ſcilicet ſuperiores/ medie/ ⁊ inferiores. Superiores/ id eſt angeli gauiſi ſunt propter noſtram redemptionem: propter ſuam reparationẽ: ⁊ propter chriſti glorificationem. ideo dicitur. Iohel. iij. In illa die ſtillabunt montes dulcedinem et colles fluent lac. Et eccleſia addit/ et mel. Lac eſt dulce/ et mel eſt dulcius. dulcedo cõprehendit omnem rem dulcem. Montes igitur et colles/ id eſt angeli maiores/ mediocres/ et minores afficiunt dulcedine magna: de noſtra redemptione: maiori de ſua reparatione: maxima de ſua glorificatione. G

❡ Secundo gauiſi ſunt medie/ id eſt homines. Unde propheta dicit. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. Debent omnes homines in chriſti reſurrectione multum gaudere: quia per ſuam reſurrectionem facti ſunt angelorum conciues et ſocij. Unde ſuper illud Mathei vltimo. Nolite expaueſcere. dicit Gregorius. Uos autẽ cur expaueſcitis qui veſtros conciues videtis? Facti ſũt fratres chriſti. vnde poſt reſurrectionem ſuam chriſtus apoſtolos fratres vocauit dicẽs. Ioan. xx. Uade ad fratres meos. ⁊c. Facti ſũt in anima ⁊ corpore glorificati. Nam modo in anima ſolam felicitatis accipiunt/ in futuro autẽ in corpore ſtolã immortalitatis habebunt. Propter iſta tria dicit Heſter. viij. Iudeis id eſt ſanctis deum confitentibus ⁊ laudantibus noua lux oriri viſa eſt gaudiũ honor et tripudium. Habebũt enim magnum gaudium de angelica ſocietate: honorem immenſum de chriſti fraternitate: et magnum tripudium de corporis et anime felicitate. Tertio gauiſe ſunt creature inferiores/ id eſt ſancti patres in lymbo poſiti qui erant ibi in magna deſolatione: et propter locũ. quia erant in loco infimo qui debebant eſſe in loco ſupremo/ id eſt in celo. ⁊ propter obſcurum: quia erant in caligine inferni qui debebant eſſe in viſione dei. et propter cõſortium: quia habebant demonũ vicinitatem qui debebant habere angelorũ ſocietatem. ſed hodie exultauerũt valde. quia chriſtus de loco infimo eos extraxit/ et in ſua aſcenſione eos in celum deduxit ſuam beatã viſionem eis reddidit: et angelorum ſocios eos fecit. Unde dicit de eis. Iſa. xxxv. Gaudium et letitiam obtinebunt: fugiet dolor et gemitus. Habuerũt enim gaudium quia aſſecuti ſunt diuine viſionis aſpectum. Habuerunt letitiam: quia dimiſerunt locum tam infimum et aſſecuti ſunt celum. Fugit ab eis dolor et gemitus: quia maſerunt tã horrendum conſortium demonum. et aſſecuti ſunt conſortium angelorum.

❡ In die ſancto paſche. Sermo primus.

MAria magdalene ⁊ maria iacobi et ſalome emerũt aromata vt venientes vngerent ieſum. Marci vlti. Quãuis multe mulieres dominũ ſequerent. ille tamen tres precipue venerũt q2 chriſto plus obligate fuerũt ex eo ꝙ multa bñficia ab eo receperant. Maria enim magdalena multũ xpo tenebat: q2 ab ea ſeptem demonia eiecit. Maria autem iacobi multum chriſto tenebatur tum quia nepos ſuus erat. tum q2 tres filios ſuos ſcꝫ iacobum alphei/ ſymonem et iudam cardinales/ id eſt apoſtolos fecerat. Tertia maria ſcilicet filia ſalome ſimiliter chriſtum multũ diligere tenebatur. tum quia nepos ſuus erat. tum quia ipſe duos filios ſuos ſcilicet iacobum et ioannem apoſtolos fecerat. In preſenti euãgelio de duobus fit mẽtio ſcꝫ de ſanctarũ mulierum deuotione ⁊ de angelica apparitione. B

❡ Deuotio autem ſanctarum mulierum in tribus attenditur. Primo in hoc ꝙ chriſtum voluerunt vngere. vnde dicitur. emerant aromata/ id eſt vnguenta aromatica vt venientes vngerent ieſum. Secundo in hoc ꝙ tam tempeſtiue venerunt volentes ad monumentum accedere. vnde dicitur. et valde mane vna ſabbatorum ⁊c. Tertio in hoc ꝙ dicitur ꝙ monumentum deſiderabãt apertum inuenire. vnde dicitur. ⁊ dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? B

❡ Circa primum notandũ ꝙ ex magna deuotione volebãt corpus chriſti vngere. Cõſuetudo enim erat antiquitus corpora mortuorum vngere vt cõſeruarentur a fetore a

Universidad de Deusto
Biblioteca



permiſit corroſione/ ⁊ ab incineratione: ſed iſte mulieres erāt decepte, quia corpꝰ chriſti deitate erat balſamatū. et ideo ſi per decem milia annorum in terra iacuiſſet non potuiſſet putreſceri nec incinerari nec a vermibus corrodi. In hoc tamen ſancte mulieres voluerunt oſtendere dilectionem mortuo quam habuerunt viuo. L

¶ Pauci enim ſunt qui amicum vere diligant in vita: quia fere omnes amicum diligunt ꝓpter ſua non propter ſe. Eccli. vi. Eſt amicus ſocius menſe ⁊ non permanebit in tēpore neceſſitatis. Pauciores ſunt qui diligunt in morte. nam ſepe parentes filijs: et filij parentibus aduerſantur in morte quando pro ſalute anime volunt aliqua ordinare. Pauciſſimi ſunt qui diligant poſt mortem: quia modicū poſt ⁊ filios patris et pater filij: et amicus amici obliuiſcitur. Ps. Obliuioni datus ſum tanꝗ̄ mortuus a corde. Idem periit memoria eorum cum ſonitu. Eorum enim memoria periit cū ſonitu campanarū vel palmarum ſiue clamorū: ſiue fletuum. Iſte autem mulieres dilexerūt chriſtum in vita: quia ſequebātur eum predicātem. Luce. viij. Sequebatur eū maria magdalena et alie mulieres que miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Dilexerunt eum in morte: que aſſociauerunt eum in cruce pendentem. Joan. xix. Stabāt iuxta crucem ieſu mater eius et ſoror matris eius. Dilexerunt eum poſt mortem: quia voluerunt eum vngere in monumento iacentē ſicut dicit hic. M

¶ Sed mirum videtur ꝙ beata virgo cum ſilijs non fuit: ſed domi remanſit. Sup hoc poſſunt tres cauſe aſſignari. Una eſt quia mater ſepulchrum filij recenter ſepulti ſine nimio dolore videre nō poſſet. Sic beata virgo ſepulchrum filij videre non potuiſſet: quin gladius doloris eius animam perforaſſet. Et ſatis probabile eſt ꝙ ſi ire voluiſſet Joānes eius cuſtos nō permiſiſſet. Immo etiam ceteri apoſtoli dixiſſent ſibi: Non permittas eam illuc ire: quia ſi fuerit tantum ibi flebit ⁊ ſe macerabit ꝙ fere ſe occidet. Secunda cauſa eſt: quia in paraſceue et ſabbato tantum fleuerat et intantū ſe maceraverat: ꝙ ſuſtinere nō valebat. Unde dicit Bern. ꝙ oportuit ꝙ inter manus diſcipulorum tanꝗ̄ ſemiuiua de cruce ad domū propriam deportaretur. Augu. Illa quippe pia mater in via dolore eiulans et pectora delicata contundens: ita ipſa viſcera omnia ꝙ fatigauerat membra vt iam ſenſu deficiens vix potuiſſet venire ad chriſtū ſuū. Tertia cauſa eſt quia ille mulieres corpus chriſti in monumento adhuc eſſe putabāt. Beata autem virgo ſciebat ꝙ ibi non erat: ſed ꝙ iam reſurrexerat et ideo illuc ire nolebat. N

¶ Et pie credendum eſt ꝙ ſibi ante omnes chriſtus apparuerat. Quod poteſt oſtendi tripliciter. Primo per auctoritatem. Sedulius enim magnus et antiquus doctor eccleſie agens de chriſti apparitione dicit: Semper virgo manens huius ſe viſibus aſtans luce palam dominus prius obtulit. Secundo per eccleſie romane antiquam et probatam conſuetudinem. Summus enim pōtifex ad ſanctam mariam maiorē in die paſche primam ſtationem celebrat, per hoc innuens ad beatam mariam primā factam fuiſſe apparitionē. Tertio per quādam moralem rationem. Deus enim precepit. Honora patrem et matrem. Sed ſi eſſet aliquis filius in vltra marinis partibus conſtitutus de quo mater intellexiſſet ꝙ mortuus eſſet et tandem ſanus rediens perſonas extraneas viſitaret et ad matrem tribulatam vltimo accederet, iſte bonus filius non eſſet nec matrem honoraſſet. Sic etiā chriſtus matrem non multum honoraſſe videretur/ ſi prius alios de ſua reſurrectione letificaſſet et tandem matri deſolate apparuiſſet. Secundo deuotio iſtarū mulierū oſtenditur in hoc ꝙ valde tempeſtiue voluerūt venire. Ideo dicit. Et valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentū orto iam ſole. Sed ſi erat valde mane: quomodo ſol iam ortus erat? Ad quod dicendum ꝙ iſte mulieres erant habitantes in ciuitate. Sepulchrū autem chriſti erat extra ciuitatē. Ipſe autem valde mane ſurrexerunt. Sed quia via longa erat: et honeſtas dominas non licet currere: ſed mature incedere. Et porte ciuitatis tarde aperiebantur: ideo iā ortus erat ſol quando ad ſepulchrum peruenerunt. Eſt ergo ſenſus: valde mane veniunt/ id eſt venire inceperunt/ orto iam ſole ſcilicet quando peruenerunt. F

¶ Uel ſol dupliciter dicit oriri. Uel quantum ad fulgorem ſuum/ qui dicitur aurora: vel quantū ad ſperam ſuam. Primo modo non ſecundo ortus erat ſol. Unde dicit Augu. Orto iam ſole/ id eſt cum celum ab orientis parte albeſceret. Uel nomine ſolis intelligitur chriſtus qui dupliciter fuit ortus in hoc mundo: ſcilicet de matris vtero per natiuitatem penoſam. Et de ſepulchro per natiuitatem glorioſam. G

¶ Eſt ergo ſenſus. valde mane veniunt: ſed tamen verus ſol/ id eſt chriſtus qui prius ortus fuerat in hoc mundo natiuitate carnali: iam ortus erat natiuitate celeſti. Tertio deuotio iſtarum mulierum conſiſtit in hoc ꝙ monumentum apertum videre deſiderabant. Unde dicebāt. Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti: ⁊c. H

¶ Monumentum quidem tripliciter clauſum erat. grandis lapidis ad os eius appo-



ſitione/ ſigilli impreſſione/ et militum armatorū deputatione. Et ideo mulieres non ſperabant intrare ſe poſſe: quia lapidē tam grandem cum ipſe eſſent fragiles remouere non poſſent. Et milites eas fugarent: et ſigillum preſidis frangere non auderent. Chriſtus autem qui exiuit de clauſo vtero matris: et qui intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis. Ipſe exiuit de monumento lapide clauſo ſaluis ſigillis et cuſtodibus expaueſactis. Poſtquam autem reſurrexerat angelus lapidem reuoluit vt ſic mulieribus aditum introeundi daret. Et quia propter milites mulieres ire timuiſſēt. ideo milites facti ſunt ſicut mortui. vt dicit Math. Fuerunt enim ita exterriti ex terribili angelica viſione. ſicut dicit Math. ex monumenti tā ſubita apertione/ et ex terre magne concuſſione. Sicut enim dicitur Mat. xxviij. Terremotus factus eſt magnus ⁊c. vt ſcilicet milites exterreret: vel vt terra de chriſti reſurrectione letitiam monſtraret. Sicut in paſſione mota eſt in ſignum triſtitie: ſic in reſurrectiōe mota eſt in ſignum letitie. vel ſm Dio. Ideo terremotus factus eſt vt per hoc ſignificaretur corda terrenorū per fidē paſſionis et reſurrectionis mouēda. I

¶ Secundo in euangelio fit mentio de angeli apparitione/ qui duo fecit erga iſtas mulieres. Nam primo confortauit eas dicens. Nolite expaueſcere. K

¶ In hoc enim cognoſcitur bonꝰ angelus a malo: quia bonus in principio terret ex ſuo fulgore/ in medio confortat ex ſua allocutione/ in fine letificat ex immenſa conſolatione. Malus autem angelus econuerſo. In principio terret ex ſua terribili viſione. In medio decepit/ ex fallaci promiſſione. Et in fine cōtriſtat ex ſubſecuta deceptiōe. L

¶ Secundo ipſas confortatas et de reſurrectione certificatas: ad apoſtolos deſtinauit dicens. Ite dicite diſcipulis et petro quia ⁊c. Prima mulier fuit media inter ſerpentem et hominem: trahens ipſum ad perditionem. Secunda mulier ſcilicet virgo beata fuit media inter deum et hominē: faciēs noſtram reconciliationem. Iſte autem mulieres fuerunt medie inter angelum ⁊ apoſtolos: annunciantes eis noſtram ſalutationem. Jam non poteſt homo cōqueri de muliere: quia ſi prima damnauit ſecunda ſaluauit tertia annūciauit. Si prima fuit cauſa mortis. Secunda fuit cauſa vite. Tertia nunciatrix ſalutis eterne. M

¶ Tertio ipſas ad petrum ſpecialiter miſit cum ſubiunxit, et petro. Petrum ſolum nominauit triplici de cauſa. Prima eſt quam ponit Gregorius dicens. Petrum vocat ex nomine ne deſperet ex negatione. Si enim nominatim eum non exprimeret qui magiſtrum negauerat: venire inter diſcipulos nō auderet. Ideo ſpecialiter dixit petro qui indignum ſe iudicabat diſcipulatu quia ter negauerat. ſed peccata non nocent quando non placent. Secunda cauſa eſt vt angelus ſibi tanꝗ̄ ſummo pontifici honorem deferret. Si enim quis pape vel collegium cardinalium literas mitteret papam nominatim exprimeret: cardinales vero in genere proferret. Angelus igitur nominatim petrum expreſſit tanꝗ̄ ſummum: diſcipulos autem generaliter tanꝗ̄ collegium. Tertia cauſa eſt: quia petrus interpretatur agnoſcens ſeu diſcalciatus ſiue diſſoluens. Ille enim chriſtum inuenit qui deū et ſe veraciter agnoſcit: qui affectꝰ ſuos ab amore carnali diſcalciant: qui omnes colligationes impietatis a ſe diſſoluit. Quarto angelus per iſtas mulieres apparitionem chriſti in galileam denunciauit dicens. Quia precedet vos in galileam: ibi eum videbitis ſicut dixit vobis. N

¶ Iſta autem apparitio facta eſt in galilea licet fuerit occultum: tamen propter myſterium ſpecialiter nominatur. Galilea enim interpretatur trāſmigratio. Chriſtus enim dum eſſet in hac vita habuit mortalitatem in corpore paſſibilitatē in anima. in vtroque miſeriam et penalitatem. Sed poſt reſurrectionem facta eſt tranſmigratio: quia corpus trāſmigrauit de mortalitate ad immortalitatem. Anima de paſſibilitate ad impaſſibilitatem. Corpus et anima de miſeria et penalitate ad gloriam ⁊ felicitatem. Leo papa paſſionem chriſti laudans dixit. Rupta mortis vinculis, infirmitas in virtutē, mortalitas in eternitatem cōtumelia tranſiuit in gloriam quam nobis. ⁊c.

¶ Eodem die ſancto paſche.
Sermo ſecundus.

IEſū queritis nazarenū crucifixum: ſurrexit nō eſt hic. Sz ite dicite diſcipulis eius et petro quia precedet vos in galileam. A

¶ Dominus in hac vita nobilem habuit ſocietatē ſcilicet apoſtolos et quaſdam ſanctas mulieres. Tempore tamē paſſionis quidam ab eo receſſerunt quantum ad corporalem aſſociationem fidem et amorem/ ſicut iudas. Alij autem reliquerunt quātum ad corporalem aſſociationem et fidem / ſed non quantum

Universidad de Deusto Biblioteca



ſepeliri: ego in vita non habui nidum.i.domum ſicut volucres vbi poſſem hoſpitari: ego in natiuitate non habui cellulam vbi caput meũ potuerim reclinare. B

¶ Ut autem melius videamus qualiter chriſtus fuit peregrin' notandũ eſt q̃ fuit peregrin' quãtũ ad habitũ quẽ aſſumpſit: quãtũ ad vias quas fecit/quãtũ ad hoſpitia q̃ intrauit: quantum ad pericula que ſuſtinuit: et quantũ ad inſignia que reportauit. Primo dicitur peregrinus quantum ad habitum quem aſſumpſit/ipſe enim habuit ſclauinam/habuit ſcarcellam/pileum/et baculum/per ſclauinam intelligitur eius caro/quam virgo beata in vtero ſibi fecit. Primi Regum.ii. Tunicã paruam ſibi faciebat mater ſua. Iſta ſclauina fuit primo albiſſima et puriſſima.i.puriſſimis ſanguinibus virginis facta. Unde dicit chriſtus de ſe et aliis qui habent ſclauinas id eſt corpora ſua pura. Apoca.iii. Ambulabũt mecum in albis ꝛc. Deinde iſta ſclauina facta eſt in cruce rubea: q: tota fuit ſanguine aſperſa. Unde angeli admirantes dicebant. Eſa.lxiii. Quare rubeum eſt indumẽtum tuum ſicut calcantium in torculari?

C ¶ Ultimo facta eſt ſclauina iſta tota nigra quando.ſ.in cruce remanſit mortua ꝛ liuoribus plena. Apocalypſis.vi. Sol factus eſt niger/ſicut ſaccus cilicinus. Per ſcarcellam intelligitur eius anima. Peregrini enĩ in ſcarcellis ſolent portare argentũ. Anima autem chriſti fuit plena argento: id eſt triplici theſauro: ſcilicet gratie/ſapientie et glorie. Joan.i. Uidim' gloriam ei'/ecce prim' theſaurus. Plenũ gratie/ecce ſecũdus theſaur'. Et veritatis/ecce tertius theſaur'. Homines enim erant a celeſti gloria excluſi/ideo portauit theſaurum glorie per quẽ eos ad gloriam reduceret. Erant dei inimici/ideo portauit theſaurum gratie per quẽ eos deo patri reconciliaret. Erãt ceci ꝛ tenebris obnoxii neſcientes viam inuenire que ducit ad patriam/ideo portauit theſaurum ſapiẽtie per quem eis viam celeſtis patrie demonſtraret. Tertio aſſumpſit pileum: id eſt coronam ſpineam. Solent peregrini portare pileum contra eſtum/ventum/et pluuiam. Sic conſideratio illius corone ſpinee nobis debet eſſe in vmbraculum ab eſtu voluptatis vt refrigeremur. Quia ſicut dicit Auguſtinus. Non decet ſub ſpinoſo capite membrum fieri delicatum. Debet eſſe in defenſionem a pluuia tribulationum/vt alleuientur: quia ſicut dicit Gregorius. Si paſſio chriſti ad memoriã reducitur nihil eſt quod nõ equo animo toleretur. Debet eſſe in abſconſionẽ a vento tentationum vt propulſetur. Quod ſignatur Numeri.xxi. vbi dicitur quod ad viſionem ſerpentis enei in palo ſuſpenſi: ſaluabantur illi qui a ſerpentibus percutiebãtur. De his tribus dicitur Eſaie quarto. Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab eſtu/in abſconſione a pluuia et a turbine.

D ¶ Quarto aſſumpſit baculum: per quẽ intelligitur crux. Peregrini enim vtuntur baculo ad ſuſtentationem/ad fluuiorũ trãſuadationem/et malarum beſtiarum percuſſionem. Sic Chriſtus per baculum crucis/homines tribulatos ſuſtentat ne fatigentur. Hebreorum duodecimo. Recogitate eum q̃ talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem/vt non fatigemini animis veſtris deficientes. Secundo per baculum crucis fluuium iſtius mundi tranſiuit/et ad patriam peruenit. Geneſis xxxii. In baculo meo tranſiui iordanem iſtũ. Luce vltimo. Oportuit Chriſtum pati/ꝛ ita intrare in gloriam ſuam. Tertio per baculũ crucis diabolum percuſſit. Eſaie.xxx. A voce domini pauebit Aſſur/virga percuſſus. Ideo demones ipſum baculum crucis timent. Chriſoſtomus. Ubicunq̃ demones baculũ crucis vident territi fugiunt timentes baculum quo plagam acceperunt.

E ¶ Secundo peregrinus Chriſtus dicitur: propter viam quam fecit. Solent peregrini diligere vias planas/et odire aſcenſus vel deſcenſus. Iſte autem peregrinus nihil habuit de plano: ſed tota via ſua fuit deſcẽſus vel aſcẽſus. Primo enim fecit magnum deſcenſum/quando ſcilicet de celo venit in mundum. Joannis decimoſexto. Exiui a patre et veni in mundum. Deinde fecit magnum aſcenſum: quando ſcilicet de mundo aſcendit in patibulum. Joannis tertio. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto ita exaltari oportet filium hominis. Deinde fecit magnum deſcenſum/quando ſcilicet de cruce deſcendit in limbum. Inde fecit magnum aſcenſum: quando ſcilicet de lymbo rediens/et de ſepulchro reſurgens aſcendit in celum. Epheſios quarto. Qui deſcendit ipſe eſt/et qui aſcendit ſuper omnes celos. Uita preſens eſt via quedam in qua nullus fere vult habere aliquã difficultatem in aſcendendo/id eſt in aggrediendo aliqua difficilia. Nec in deſcendendo: id eſt ſuſtinendo aliqua aduerſa/ſed tantum ire per plana/id eſt habere omnia proſpera et delectabilia. Sed quicunq̃ nõ vadit poſt Chriſtum errat/quia ipſe eſt via/veritas et vita. F

¶ Quatuor ſunt que non permittunt in via errare: ſcilicet ferramentorum impreſſio: Unde dicitur in vulgari. Tene viam ferratam/ſi vis habere viam rectam. Secundũ eſt crucium erectio: quia cruces in via recta eriguntur. Tertium eſt ramorum et plantarum reflexio. Quartum eſt lapidum aggregatio. Et quia Chriſtus eſt via: voluit habere iſta quatuor inſignia. Habuit enim ferramẽta: id eſt quatuor vulnera in corpore ſuo cum ferramentis impreſſa. Habuit crucem quam ſuper humeros baiulauit/et ſup quã aſcendit. Habuit reflexionem plantarum/id eſt coronationem ſpinarum. Habuit aggregationem lapidum: quia iudei pluries eum lapidare voluerunt. Qui igitur non vult errare Chriſtum ſequatur/quia eſt via vbi ſunt iſta quatuor inſignia qui non fuit per vias planas: ſed aſperas. Qui igitur nõ vult ſuſtinere aſpera/ſed omnia vult habere proſpera/conſtat quia multum errat in via. Tertio Chriſtus dicitur peregrinus propter hoſpitia q̃ intrauit. Solent peregrini ter i die intrare hoſpitium/ſcilicet in tertia ad prandendum/in meridie ad bibendum et quieſcendum/in ſero ad cenandum et dormiendum. G

¶ Sic iſte peregrinus tria hoſpitia habuit. Primum fuit vterus virginis glorioſe. Et iſtud hoſpitium intrauit in tertia/id eſt in martio/qui eſt tertius menſis a ianuario. Uel in tertio tempore/ſcilicet gratie. Primum fuit tempus nature/ſecundum legis ſcripte/tertium legis gratie. In iſto hoſpitio Chriſtus prandium fecit habens carnem virgineam pro cibo/et ſanguinem pro potu. Et iſtum cibum dat nobis Joannis ſexto. Caro mea vere eſt cibus/et ſanguis me' vere eſt potus. Secundum hoſpitium fuit patibulum crucis/et illud hoſpitium ad literã ingreſſus eſt in meridie/ibi bibit quãdo dixit ſitio. Sed tamen quia iudei obtulerunt ei acetum: cum guſtaſſet noluit bibere/ibi requieuit/quando inclinato capite tradidit ſpiritum/ideo dicit ſponſa Canticorum primo. Indica michi vbi cubes/vbi paſcas in meridie. Tertium hoſpitium fuit ſepulchrum vbi dormiuit. Pſalmiſta. Ego dormiui et ſomnum cepi. Ibi etiã cenam fecit omnibus ſanctis. Heſter primo. Aſſuerus rex/tertio anno imperii/id eſt tertio tempore gratie/fecit grande conuiuium cunctis principibus/id eſt patriarchis/prophetis/apoſtolis/et ſuis pueris/id eſt virginibus puritatem ſeruantibus/fortiſſimis perſarum/id eſt martyribus/et medorum inclytis/id eſt confeſſoribus prefectis prouinciarum/id eſt angelis. H

¶ Quarto dicitur peregrinus quantum ad pericula/que ſuſtinuit. Solent peregrini ſuſtinere pericula/quandoq̃ a ſociis qui eos prodũt/quandoq̃ ab hoſpitibus qui eos occidunt/quandoq̃ a latronibus/qui eos expoliant: ſic et Chriſtus a ſuo ſocio/ſcilicet a iuda fuit traditus. Matthei vigeſimo ſexto. Amen dico vobis/quia vnus veſtrum me traditurus eſt. A iudeis inter quos fuerat hoſpitatus/a quibus fuit vulneratus. Zacharie tertio. Quid ſunt plage iſte in medio manuum tuarum? Et dicet. His plagat' ſum in medio eorum qui diligebant me. A militibus a quibus fuit veſtibus expoliatus. Joan. decimonono. Milites ergo cum crucifixiſſent eum/acceperunt veſtimenta eius et fecerunt quatuor partes vnicuiq̃ militi partem ꝛc. Pſalmiſta. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea ꝛc. Inſuper. et ſuper veſtem meã miſerunt ſortem. I

¶ Quinto dicitur Chriſtus peregrinus propter inſignia que reportauit quedam inſignia in ſclauina portare: ad oſtendendum quod peregrinationem ſuam compleuerit et vt homines cito moueantur ad benefaciendum eis: et vt ſecurius per viam incedant contra timorem hoſtium. Sic Chriſt' ad patrem rediens cicatrices in carne retinuit. Primo in oſtenſionem paterne obedientie. Pater enim ſibi commiſit: vt humanũ genus ſua paſſione redimeret. Ut igitur patri oſtenderet q̃ op' ſibi iniunctũ pſummauerat cicatrices retinuit. Joan. ſeptimo. Opus cõſummaui quod dediſti mihi vt facerem.

¶ Secundo/in prouocationem paterne miſericordie/vt ſcilicet his patri oſtenſis eius miſericordiã prouocet/vt nobis benefaciat/et miſericordiam ſuã nobis impendat. Hebreorum nono. Intrauit Jeſus in ipſum celum vt appareat nunc vultui dei pro nobis primi. Joannis ſecundo. Aduocatum habemus apud patrem/Jeſum chriſtũ iuſtum: et ipſe eſt propiciatio pro peccatis nris. ¶ Tertiũ ſignũ nře ſecuritatis nobis acquiſite/ne ſcilicet de cetero hoſtes in via timeamus. Sicut enim hoſtes timent et fugiunt quando vident vexilla alicuius regis: ſic demones timent et fugiunt quando vident crucis ſignaculum. Eſaie decimo tertio. Super montem caliginoſum: id eſt diabolum/leuate ſignum.

¶ Eadem feria ſecunda poſt paſcha,
Sermo ſecundus.

Surrexit dominus vere et apparuit ſimoni. Ubi ſciendũ q̃ hora qua dominus apparuit ſimoni nõ determinatur. Quidam tñ dicũt q̃ qñ ipſe cũ ioãne ad monumẽtũ cucurrit

Universidad de Deusto
Biblioteca



eſt habetur. Joh. xx. Tunc xpo quum a monumento rediret ſibi in via apparuit. In hyſtoria tamen ſcholaſtica dicitur ꝙ quãdo petrus chriſtum negauit: pre nimio dolore et triſticia fugit in quandam foueam que gallicantus dicitur. & ibi per tres dies in lachrimis fuit. Et poteſt eſſe ꝙ ibidem. xpus ſibi apparuit. Quicquid autẽ ſit de tẽpore vel loco: certum eſt ꝙ ſibi apparuit. Ideo dicit. Surrexit dñs vere. & apparuit Simoni. A

¶ In quibus verbis oſtenditur ꝙ chriſt' ſurrexit potenter. veraciter. & apparuit miſericorditer. Potenter quidẽ ſurrexit: quia Sy/Dñs. Nã dominus eſt nomen poteſtatis. Eius autem reſurrectio eſt tante poteſtatis ꝙ eſt cauſa efficiens noſtre reſurrectionis: que fit in preſenti & que fiet in futuro. Reſurrectio noſtra que fit in preſenti eſt noſtra iuſtificatio. Et dicitur ſurrectio prima. Apo. xx. Beatus qui habet partẽ in reſurrectione prima. Reſurrectio que fiet in futuro eſt corporum reſuſcitatio et dicitur reſurrectio ſecunda. Ad ſecundã nemo poteſt reſurgere niſi prius reſurrexit reſurrectione prima Unde dicitur Oſee. vi. Viuificabit nos poſt duos dies. & in die tertia ſuſcitabit nos. B

¶ Ad reſurrectionem quidam primã duo dies requiruntur: ſcilicet ablutio culpe. et collatio gratie Ad reſurrectionem vero ſecundam tres dies requiruntur: ſcilicet ablatio culpe/ & collatio gratie cõſummate. & depoſitio omnis miſerie. Reſurrectio autẽ xpi tante eſt potentie/ quia eſt cauſa effectiua vtriuſq; reſurrectionis prime & ſecunde. Faciet enim in fine mundi reſurrectionem ſecundam: ſcilicet corporũ noſtrorũ reſuſcitationem. j. Corinthi. xv. Quoniam quidem per hominem mors: ſcʒ per Adã. et per hominem reſurrectio mortuorum. ſcʒ per xpm. Quotidie autem facit reſurrectionem primam. q eſt per iuſtificationẽ in qua peccator a culpa reſurgit: & ad gratiã dei redit. Ro. iiij. Traditus eſt propter delicta noſtra. & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtrã Iſta autem reſurrectio oportet ꝙ ſit integra: vt ſicut homo in ſecunda reſurrectione reſurget cum toto corpore. ſic & in prima reſurrectione oportet ꝙ reſurgat cum toto corde. vt ſicut in ſecunda reſurrectione nihil deeſt de perfectione nature humane quod non reſurgat ad gloriam ſic et in prima reſurrectione nihil ſit in corde quod non reſurgat ad penitentiam. C

quem ad ſimonē petrū qui magis videbatur de ſua virtute cōfidere/ait. Simon ecce ſathanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum/id eſt queſiuit licentiā a deo accepit: et nō potuiſſe tēptationē habere cō mouendi et ſeparādi vos a tritico electorū dei. Nam ex cōmotione multa cribri aliqñ etiā a triticū cum loliō deſcendit in terram. Ego autē ſubdit. oraui pro te. inquantū homo vt non deficiat fides tua finali defectione. Non enim dixit. oraui vt nō neges. non ſolum autē chriſtus orauit pro petro ſed pro tota eccleſia petro cōmiſſa non poteſt non fuiſſe exauditus. Nunq̄ enim fides eccleſie deficit. Quāuis enī aliqui diſcedant a fide. ſemper tamē aliqui permanēt in ea. Vñ tēpore paſſionis et ſi in apl'is defecit. tamen remāſit in virgine maria. Et tu aliqñ conuerſus/ſubdit cōfirma fratres tuos ſcz cōuerſus ſcz ad penitentiā de lapſu tuo. Et petrus. Dñe paratus ſum tecum in carcerē et in mortē ire. Cui ieſus. Dico tibi petre: q̄ anteq̄ gall' bis vocē dederit in nocte iſta vt ait marcus ter me es negaturus. Et petrus. Etiā ſi oportuerit me mori tecū nō te negabo. Nam dicit petrus mendaciū quia ſi tunc pponebat: ſed nimis preſumptuoſe loquebat. ignorās ſuam infirmitatē quam et ieſus cognoſcēs inſinuabat. Similiter et oēs alij dixerūt. Ambro. Hec ideo dicta ſūt vt ſciamus neminem iactare ſe debere. Nā et ſi petrus lapſus eſt q̄ dixit. et ſi alij ſcandalizati fuerint ſed non ego. Quis alius de ſe preſumat. vl. q. l. ſimilare. ¶ Facta eſt autem cōtentio inter eos quis eorum videretur eſſe maior. Luca. referente hanc cōtentionem inquit Greg. potuit eſſe cauſa quia audierāt dñm migraturū ab eis. vnde querebāt quis poſt hoc eſſet gerens vices eī'. Sed ad humilitatē eos dominus ſubito reduxit oſtendēs preſidētes animarū: nō debere eſſe vt principantes in ſeculo qui querunt dominare ſubditis: ſed qui maior eſt ſet ille omnibus miniſtraret dans in hoc exemplum ſui qui dominus exiſtēs eis ſeruierat lauando pedes. Deinde vt ſcribit Lucas ſolus dicit ieſus diſcipulis. Quādo miſi vos ſine ſacculo et pera et calciamentis: nunquid aliquid defuit vobis? Qui reſponderunt. Nihil. At ait. Sed nunc qui habet ſacculū ſcz pro pecunia ſeruenda tollat ſimiliter et perā ſcz pro victualibus. et qui non habet vendat tunicā ſuam et emat gladium. quaſi dicat. Nunc uſq; ſine predictorum reſeruatione habuiſtis abundanter neceſſaria me preſente. deinceps autē quia perſecutionem paſſuri non dabuntur vobis iſta. et ideo concedo vobis vt pro neceſſitate de his vobis prouideatis/non ſolum de victualibus ad viuendum ſed et de armis ad defendendū cum oportet. Dixerūt autē diſcipuli. Domine ecce duo gladij hic vn' ſcilicet qui incidat aurē ſerui et appareat virtus domini in ſanando: alter qui nō eximgitur/vt oſtendatur non fuiſſe factā eam nem defenſionem que poterat pro domino. Dixit ergo ieſus. Satis eſt/habet eccleſia vtrūq; gladium. ¶ Deinde ingreſſus in ortum illum ville gethſemani aſſumptis ad partem Petro Jacobo et Joanne cepit Jeſus tedere pauere et meſtus eſſe. Oſtendēs et hoc verum humanitatē habere q̄ affligitur ex cōſideratione penarū quas ſibi paratas videt. Unde et dixit eis. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem/id eſt triſtitiam et afflictionem ſentio mortalē. Suſtinete hic et vigilate mecum. Et quia in anguſtijs eſt detentus q̄ per orationem ad deum habere recurſum. ideo recedens ab eis quātum iactus eſt lapidis. vt ait Lucas procidit in faciem ſuam orans et dicens. Pater ſi poſſibile eſt transfer calicem iſtum a me. Calicem appellat paſſionē: quod tripliciter exponitur. Uno modo petens virtus ſue paſſionis trāſire a ſe ad omnes martyres et patientes pro chriſto afflictionem: vt ſcilicet merito eius daretur illis conſtantia ad ſuſferendum ſicut et ipſe habuit. et hec Augu. Secundo modo vt quia ſciebat populū illum iudeorum pro cuius ſalute tantū laborauerat ex ipſa paſſione propter perfidiam ſuam excecandū et damnandū. et cōpatiens rogat non vt non bibat calicem paſſionis: ſed tranſeat ab illo populo et per alios procuret. hec Ambroſius. ¶ Tertio modo ſm Dionyſium/Alexandrum. Nō hoc petit vt non adueniat ei calix: niſi enim aduenerit transferri non poterit: ſed vt preperat ſiam preſentē paſſionem cepit affici et triſtari: et quaſi iam propinquātē ea dixit. transfer calicem iſtum. Jnniter ergo inuadentem temptationem flagitat pelli. Et hoc eſt non intrare in temptationem quod conſulit eſſe orandum. Uerumtamen non mea voluntas ſed tua fiat. Athanaſius. Geminum hic velle oſtendit alterum quidem humanū quod eſt carnis/id eſt partis ſenſitiue: alterū vero diuinum. humanitas enim ob carnis fragilitatem recuſat paſſionē ſed diuin' eius affectus affectāter eam ſubijt. Hec ille. Qd ergo dicit. Non mea voluntas intelligitur ſecundum inſtinctum naturalem et ſenſualem. Et quod addit. Sed tua fiat ſcilicet voluntas. que vna eſt patris et filij et ſpiritus ſancti: cui omnino ſemper ſubdita erat voluntas ſua humana ſecundum inſtinctū rationalem. Et vt dicit magiſter in tertio ſententiarum. Sciebat chriſtus orationem non exaudiendam/ſed nec volebat ſecundum rationem exaudiri: nec tamē fruſtra hoc orabat.



Unde pſal. in eius perſona. Deus meus clamabo per diem et noctem: et non exaudies non tamen ad inſipientiā mihi/ſcilicet imputabitur ſed ad dādum nobis formam q̄ in anguſtijs poſſumus petere licite ab eis liberari ſi illud ſit ſecundum voluntatem dei. Quod ſi nō audimur/debemus eſtimare deum illud non velle: et ideo patienter ferre debemus. Oratione facta reuerſus eſt ad locum vbi diſcipulos dimiſerat. Et illi tres Petrus Jacobus et Joannes ad eos acceſſerat. Et inueniens eos dormiētes/dixit Simoni qui plenius promiſerat pro eo mori. Simon dormis: non potuiſti vna hora vigilare mecum? Ad omnes autē etiam alios. Uigilate et orate ne intretis in temptationem/id eſt ne ſuccumbatis temptationi. Spirit' quidem promptus eſt/id eſt ratio et feruor ad patiendum et bene agendum. caro aūt infirma. i. ſenſualitas debilis ad exequendum: quod dictat ratio et inſtigat ſpiritus. Et eos dimittēs iterum acceſſit ad locum vbi prius orauerat eandē orationem fundens. Et reuertens ſecundo ad diſcipulos et inueniens dormientes. pre triſtitia enim et ſomno grauati erant oculi eorum. dimiſit illos et tertio ad locum reuerſus eandem ſermonem orando expreſſit. et vt dicit Lucas ſolus. Apparuit ei angelus de celo confortans eum / id eſt dicens aliqua verba conſolatoria illi parti ſenſitiue exterrite ex repreſentatione ſibi facta pene immenſe quam iam debebat ſuſtinere. o domine dominus noſter paſſio iſta cito tranſibit et ex eius fructus maximus ſequetur redemptio humani generis quod tantum deſiderat: et reſtauratio ruine noſtre. et ideo cōfortatur eos veſtrum. Et factus in agonia/id eſt in anxietate prolixius orabat. Tantā autem afflictionem ſenſit in illa agonia pre conſideratione paſſionis imminentis: q̄ factus eſt ſudor eī' ſicut gutte ſanguinis decurrētis in terram. Et cum veniſſet poſtea ad diſcipulos et dormientes inueniſſet/dixit. Dormite iam et requieſcite. Sufficit. Et vt oſtendat ſe voluntarie pati depoſito omni timore ait. Surgite eam' verſus noſtros aduerſarios non dormiuit iudas ad proſequēdam proditionem. Ecce appropinquabit qui me tradet. Adhuc eo loquente. Ecce turba et iudas vnus ex duodecim antecedebat eos. Sciebat enim iudas locum dicit Joan. quia frequenter ieſus illic conueniebat cum diſcipulis: et precipue diebus feſtis aliqd ſublime docens eos/quos ad capiendum magis volebat eſſe remotos a tumultu populorum. et ideo vt ait Theophilus imaginatus eſt iudas q̄ ſolennitate iam inchoata ibi eſſet cum diſcipulis ad docendum. Nocte enim ieſus extra ciuitatem manebat ſepe. et ideo non acceſſit ad domum vbi eum dimiſerat. Non venit autem ſolus ſed vt dicit Joannes accepit cohortem ſcilicet militum a preſide: et a pōtificibus et phariſeis miniſtros cum laternis et facibus ne ſcilicet poſſet occulte fugere: et armis ad reſiſtendum et offendendum ſi forte turbe deuote ad eum veſſent illum de manibus eorum liberare: propterea duxerunt gentiles et milites vt magis timerentur pecunia ducti. Proceſſit ergo ieſus obuiam eis et ait vt teſtatur Joannes ſolus. Quem queritis? Non hoc dixit quaſi neſciens/ſed oſtendere volens q̄ et cum preſens eſſet eum videre non poterant vel ab alijs diſcernere. Et cū reſpondiſſent Jeſum nazarenum. Dixit ieſus. Ego ſum. In medio eorum exiſtens ait. Chryſoſtomus. excecauit eorum oculos. Ut autem dixit ieſus. Ego ſum ad vocem illam omnes ceciderunt retroſum in terram ſimul cum iuda. Quod ideo fecit ieſus ſecundum Chryſoſtomum vt oſtēderet quod non ſolū comprehendere: ſed nec eum videre poſſent niſi ipſe concederet. Auguſtinus. Quid iudicaturus faciet quando iudicandus hoc fecit? et nunc vbiq; per euāgelium dicit chriſtus. Ego ſum/et a iudeis expectatur antichriſtus vt retro redeant et in terrā cadāt. quoniam deſerentes celeſtia terrena deſiderant. Iterū autem interrogauit eos. Quem queritis? Chriſo. Ne quis dicat quoniā ipſe iudeos ad hoc induxit vt eum occiderēt ſeipſum in manibus eorum tradens: qz manifeſte eis oſtendit omnia que reuocare eos ſufficiebant. Sed quia permanebant in malitia et nullam habebant excuſationē: tunc in manibus eorum ſe tradidit. Unde reſpōdentibus illis ſecundo Jeſum nazarenum dixit. Dixi vobis quia ego ſum. Si ergo me queritis ſinite hos abire: ſcilicet diſcipulos meos quaſi dicat meipſum vobis trado. dimittite iſtos vſq; ad vltimam horam eſt. Chryſo. ad ſuos dilectionis conſeruantiam oſtendēs. Tunc (vt ait Lucas) appropinquauit iudas vt oſcularetur eum. Nam referente Marco dederat eis ſignum traditor dicens. Quēcunq; oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum et ducite caute. Dicit magiſter in hiſtoria ſchol. q̄ iacobus maior erat valde ſimilis chriſto in effigie adeo q̄ qui nō habuiſſet familiarem conuerſationem cū eis nō ſciuiſſet diſcernere alium ab altero. Judas autem qui conuerſatus erat diu cum eis ſciebat diſcernere. ne ergo deſignis aliqui alijs de ſola effigie caperent. Jacobum loco eius. ideo dedit ſignum oſculi. Et addit. Ducite caute ne ſcilicet euaderet de manibus eorum. cum tamen ſceleratiſſimus expertus fuiſſet q̄ cum volebat in medio eos

Universidad de Deusto
Biblioteca



rum exiſtentem nemo contingere poterat.
Accedens ergo oſculatus eſt eum dicens.
Aue rabbi. Cui ieſus. Amice ad quid veniſ
ti/quaſi dicat Cum te habuerim vt amicū
chariſſimum, quomodo deueniſti ad tan
tam offenſam. Iuda oſculo filium hominis
tradis, vt refert Lucas. Oſculum eſt ſignum
amoris et pacis: et tu hoc ſigno proditionē
facis. Chryſoſt. Non eſt diſcedendum a fra
trum admonitione quāuis nihil ppter no
ſtra verba eueniat: et ſi non pſuaſeris ho
die/perſuadebis forſitan cras piſcator per
totam diem rhetia trahens vacua: ſero pi
ſcem capit. Unde et dominus ſi ſciret iudā
non conuertendum, non deſtitit facere que
ſua interat proprium nomen imponit di
cens. Iuda quod magis volentis erat et re
uocātis ꝙ prouocāti ad iram. Uidentes au
tem diſcipuli quod futurum erat ſcilicet ca
pturam ieſu dicunt ſecundum Lucam. Do
mine ſi percutimus in gladio/ſcilicet vt de
fendamus te. Petrus autem feruentior ce
teris nō ſpectauit reſponſum ſed extrahēs
gladium de vagina ſeruum principis ſacer
dotum nomine malchum, vt dicit Ioānes
Percutiens amputauit eius auriculā dex
teram. Ambroſius. Cum legitur paſſio do
mini ſi ad diuinitatem eius referimus in
firmitatem corporis paſſionis excidit au
ricula et excidit a petro: qui non eſt paſ
ſus chriſtum prophetam eſtimari: ſed dei
filiū docuit fideli confeſſione ſignari. xxiij.
queſt. i. Si petrus. Iſte ſeruus vt audacior
ceteris voluit extendere manus ad capien
dum ieſum propter quod Petrus intēdēs
percutere caput declinantis ſeruum abſcidit
auriculam. Omnes euāgeliſte abſciſionem
hanc narrant ſed Ioan. et Math. adunt re
prehenſionem quam ieſus fecit Petro/di
cens. Cōuerte gladium tuum in vaginam.
Non enim licebit prelatis eccleſie vti gla
dio materiali ſicut licuit in veteri teſtamē
to, vt patet i phinees et alijs: ſed gladio ſpi
rituali. Calicem quem dedit mihi pater nō
vis vt bibam illum/id eſt paſſionē nō vis
vt ſuſtineam? Omnis enim qui accipit gla
dium ſcilicet propria auctoritate et non da
tum ſibi a deo vel a lege gladio peribit tē
porali ſi iuſte iudicabit: vel ſaltem gladio
diuine ſententie in alia vita ſi non penitue
rit. Auguſt. xxiij. q. iij. Ille gladium accipit
ꝗ nulla ſuperiori ac legitima poteſtate vel
iubente vel concedente in ſanguinem ali
cuius armatur. An putas quia non poſſum
rogare patrem meum et exhibebit mihi/id
eſt ad meam defenſionem plus ꝗ duodecim
legiones angelorum, legio eſt numerus ſex
milia ſexcenta ſexaginta ptinēs. Et ſi vnus
angelus ſolus de exercitu ſennacherib oc
cidit in vna nocte centum octoginta tria
milia: quid facerent tot milia angelorum.
Non eſt ergo nunc tempus vindicationis/
ſed humiliationis. Quomodo enim imple
bantur ſcripture tot de paſſione loquentes
ſi non permiſiſſem eos inferre: quia ſic opor
tet fieri cū deus hoc preordinauerit et pre
nunciauerit. Lucas autem ſcribit ſolus ſa
nationem huius, dicit enim ieſus. Sinite
vſqꝫ huc ſcilicet venire ad me. Et cum teti
giſſet auriculam eius ſanauit eum. Non
poterat ſe continere a pietate nec ab exhi
bitione beneficiorum etiam erga inimicos.
Dixit autem ieſus principes ſacerdotum et
magiſtratus templi. Tanꝗ ad latronem exi
ſtis volentes cōprehendere me cum apud
vos eram et non me tenuiſtis. Et etiam ex
diſtis ꝙ non poſſetis me apprehendere ſi
non vellem, et ideo non erat neceſſe ꝙ veni
retis ad me capiendum ſicut itur ad vnum
latronem ne poſſit euadere. Sed hec eſt ho
ra veſtra/id eſt vobis a me permiſſa ad ca
piendum et poteſtas tenebrarum conceſſa
vobis tenebris peccatorū detentis. Et tunc
iniecerunt manus in ieſum: et ligauerunt
eum vt captum ducerent. Quo facto om
nes diſcipuli fugerūt eo relicto. De iſta ca
ptione et ligatione habetur figura. Hiereſi.
xxxix. vbi dicitur ꝙ exercitus chaldeorum
cōprehendit ſedechiam regem: Iudei du
xerunt eum ad regem babylonis qui mul
ta opprobria exercuit in eum. Sic iudei ar
mati chriſtum capientes duxerunt eum ad
Annam inimicum chriſti ſibi multa oppro
bria inferendo. Si ergo nō conqueratur a vir
gine glorioſa. Quo abijt dilectus tuus. &c.
Reſpondere poterit ad tolerandam crude
lem in eo ligationem.

Tertio abijt dilectus virginis marie
ob plurium iudicum iniquorū pre
ſentationem, vbi ſciendum ꝙ chriſtus pri
mo fuit ante annam preſentatus. Secundo
ad Caipham et ibi a petro negatus et falſo
contra eum teſtificatum. Tertio ad Pilatū
aſſignatus. Ait ergo dicit Ioannes. principes
ſacerdotum magiſtratus templi. Et ſcribe
venientes non per ſe, vt dicit Auguſtinus,
ſed per ſuos miniſtros ad ieſum. Demum
ligauerunt eum vt latronem: et ducebant
eum captum vt credibile eſt cū multis con
tumelijs irriſionibus et clamoribus et per
cuſſionibus habentibus eum pro inimico
capitali/via erat ſatis longa. Sequebatur
autem illos quidam adoleſcens, vt refert
ſolus Marcus indutus ſyndone ſuper nu
dum. Quem miniſtri arbitrantes diſcipu
lū Ieſu tenere curarunt: ſed relicta ea ſyn
done nudus aufugit ab eis. Dicunt aliqui
hunc fuiſſe Ioannem. Alij iacobum mino
rem: ſed communior et verior opinio eſt ꝙ
nullus illorum fuit, ſed quidam qui habe



bat habitationem ſuam in via per quam ie
ſus ducebatur, qui cum iam iuiſſet dormi
tum: audito rumore tranſeuntium ſurrexit
et vt citius percipere poſſet cauſam clamo
rum ſumens veſtem lineam ſuper carnem
exiuit domum. Et videns ieſum duci ca
ptum: motus deuotione vel curioſitate ſe
quebatur eos. Duxerunt autem miniſtri in
trantes ciuitatem Ieſum ad Annam ponti
ficem ſocerum caiphe. Qui cum eſſet pon
tifex anni illius conſilium dederat de mor
te ieſu. Erant enim plures principes ſacer
dotum. Qui vel ſorte vel precio vt Caiphas
ſecundum Ioſephum officium exercebant
ad tempus ſummi pontificis. Ideo primo
adduxerunt ad Annam quod refert ſolus
Ioannes. Uel quia habitatio eius erat in
via qua itur ad domum Caiphe vt com
placeret in hoc vtriqꝫ. Erant enim affines
non ſolum carne ſed et crimine: et vt ma
gis excuſaretur Caiphas conſilio etiam ſe
nioris ſi argueretur poſſiſſe cōtra ieſum.
Petrus autem ſequebatur a lōge. Et alius
diſcipulus qui creditur fuiſſe Ioannes. Ideo
a longe ſequebatur quia timebat ne putare
tur eſſe ex diſcipulis ieſu. Ideo a longe ſe
cundū Ambroſium. Quia elongabatur iam
a chriſto mente: paſſionis timore ductus.
Ideo a longe ſecundum Bedam, quia ſi ec
cleſia ſignata in Petro ſequatur Chriſtum
in paſſionibus tamen a longe. Quia chriſti
eccleſia patitur pro ſuis peccatis. Chriſtus
autem pro ea. Et quia nimis diſtat vtraqꝫ
paſſio quantum inter iniuriam creatoris et
creature. Intrantes ergo atrium Anne pōn
tificis miniſtri ſtatuerunt ieſum vinctum
ante annam. Intrauit autem cum multitu
dine illa et Ioannes: quia notus erat ponti
fici, forte quia ante diſcipulatum cum eſſet
piſcator reſeruabat ſibi et ferebat electo
piſces. Petrus autem non auſus eſt intra
re: ſed ſocius eius Ioannes acceſſit ad an
cillam oſtiariam rogans vt ſineret eum in
trare. Quod cum faceret intuita petrum di
xit. Nunquid et tu es ex diſcipulis hominis
iſtius? Nota ſecūdum doctorem ꝙ cauſa domi
nice paſſionis fuit prima culpa vtriuſqꝫ pa
rentis Ade ſcilicet et Eue, ad innuendum ꝙ
per hanc paſſionem vterqꝫ ſexus liberan
dus erat. Ideo diuina diſpenſatio prouidit
vt non ſolus ſexus virilis: ſed et muliebris
ad eam operaretur. Et quod non potuit an
cilla agere in perſona chriſti quia viliores
conditionis hoc facere curauit in diſcipu
lo ad negandum inſtigando/vel potius vt
diſcipulum eſſe repertum ad affligendum
caperetur. Qui ſubito negauit dicens. Mu
lier non noui illum. Chryſoſtomus. Quid
agis o Petre vox tua repente mutata eſt.
non tibi flagella: non dura tibi ſunt illata
tormenta. Nullus te interrogat cuius au
ctoritatem poſſis formidare. Mulier eſt
que interrogat et vilis ancilla quia oſtia
ria. Ambroſius. Ideo negauit petrus: quia
promiſit incaute. Auguſtinus, xij. queſtio
ne tertia. Non ſolum abnegat chriſtum: ſed
qui dicit eum non eſſe chriſtum ille etiam
qui cum ſit negat ſe eſſe chriſtianum. Do
minus. n. non ait petro, Diſcipulum me
um te eſſe negabis. Negauit ergo ipſum cū
ſe eſſe diſcipulum ſuum negauit. Quid
autem iſto modo ꝗ negauit ſe eſſe chriſtia
num? An Petrus non negauit chriſtum ſi
cut quidam cum peruerſo fauore excuſare
nituntur quia ab ancilla interrogatus ho
minem ſe neſcire reſpondit. Hec ille. Ubi et
gloſa dicit ꝙ licet corde credat in chriſtū
et ore negat/non excuſaretur a mortali. Et
idem Thomas in ſumma Annas vero pon
tifex cepit ieſum interrogare de doctrina
ſua et diſcipulis, vt ſcribit Ioannes ſolus,
et hoc non cauſa intelligende veritatis ſed
occaſione calūniandi ſi eſſet doctrina eius
contra legem. Uel quare diſcipulos congre
gaſſet quaſi ſeditionem querens. Cui chri
ſtus mitiſſime reſpondit dicens. Ego pa
lam locutus ſum mundo. ego ſemper do
cui in templo et in ſynagoga vbi omnes iu
dei conueniunt: et in occulto locutus ſum
nihil/quin ſcilicet eſſent aliqui preſentes
ſaltem diſcipuli. Quid me interrogas. In
terroga eos qui me audierunt: ecce hi om
nes ſciunt quid dixerim ego. Nihil etiam
in occulto locutus eſt: quia non vt trepi
dans et ſeditionem concitans vt aliqui exi
ſtimabant. Interroga eos qui audierunt.
&c. quaſi dicat ſecundum Chryſoſtomum,
Quid me interrogas de meis? Interroga
inimicos meos qui mihi inſidiantur. ſunt
autem, hec verba cōfidentis de eorum que
dicta ſunt veritate. Hec eſt enim veritatis
inalterabilis demonſtratio, cum quis ini
micos inducit in teſtes. Tunc vnus ex mi
niſtris aſſiſtens dedit alapam ieſu, vt refert
Ioannes ſolus, hunc dicit Chryſoſtomus
fuiſſe malchum cui ieſus auriculam abſciſ
ſam a petro reſtituerat, et dicit. Sic reſpon
des pontifici? Cum ieſus vt agnus manſue
tus qui portatur ad victimam mitiſſime
reſpondit dicens. Si male locutus ſum, vel
reſpondens pontifici vel docens in tem
plo: teſtimonium perhibe de malo. Augu
ſtinus. Quid iſta reſponſione verius manſ
ſuetius et iuſtius. Qui enim recipit ala
pam ab aliquo nonne vellet eum qui per
cuſſit aut celeſti igne conſumi: aut terra
dehiſcente ſorberi: aut gladio confodi acu
to: aut correptum demonio volutari: aut
pena aliqua alia etiam grauiori puniri.
Quid horum per potentiam iubere non

poterat·per quem factus eſt mundus. Nec tamen dotum aliquid eſt. Cyprianus diſt. xxiij. Dominus ieſus rex iudeʒ et dominus noſter paſſione ſubditus: cum alapam accepiſſet nihil contumelioſe in perſonam pontificis locutus eſt: ſed magis innocentiam ſuam tutatus eſt dicens. Si male locut⁹ ſum teſtimonium perhibe de malo: q̄ omnia humiliter facta ſunt et patienter/ vt nobis humilitatis et patientie tribueret exemplū. Sed nota q̄ dominus non prebuit alteram maxillam percutiendam: ſed potius de illata pie reprehendens ait. Si autem bene q̄d me cedis? Ubi nota ſm Auguſtinum. Q̄ dominus percutienti ſe non prebuit alterā maxillam: ſed potius phibuit ne faceret et iniuriam augeret: et tamen paratus adueniret/ non ſolum in faciem percuti/ ſed etiam pro quibus hoc patiebatur occidi. Ex hoc oſtendens q̄ precepta que dederat de patiētia illa. ſ. Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam prebe illi et alteram ꝛc. ſunt in p̄paratione cordis retinenda magis q̄ opere exequēda: vt in ſecreto teneat animi patiētia cum beneuolentia in aperto fiat/ ſic q̄d eis obeſſe videtur. xxiij. q. i. paratus. Deinde miſit eum annas ligatum ad ſocerum ſuum caipham: vbi accenſo igne in medio atrij ꝓpter frig⁹. Petrus introgreſſus cū alijs vt videret finē magis ne agnoſceret eſſe diſcipulus ieſu: et ipſe cum alijs ſe calefaciebat ad ignem. Quia eſt lux ignis charitatis in eo erat extinctus igne accenſo in medio ſinagoge vitiorum ad illum petr⁹ ſe calefaciebat Intuita autem eum alia ancilla dixit aſtantibus. Et hic de illis diſcipulis eius eſt. Cuius verbis moti ſunt audientes/ ex quib⁹ vn⁹ dixit. Uere et tu ex illis es. Petrus autē ſecundo negauit dicens. O homo non ſum. Et Quia petrus intenderit dicere q̄ non eſſet diſcipulus ieſu: tamen verum dixit ſm aliū ſenſum: quia ſcʒ non habebat eſſe ſpirituale. Et aduertendum q̄ Joannes ponit petri negationem primam factam in domo anne: et tunc primo gallus cantauit: ſecundam vero et tertiam in domo caiphe/ et poſt tertiam immediate gallus ſecundo cantauit. Sed alij euangeliſte deſcribunt omnem trinā negationem factam in domo caiphe: quod dici poteſt ideo ſic enarraſſe: q̄ illi tres euangeliſte non curarunt mentionem facere de preſentatione Jeſu coram anna/ quia extraordinaria erat/ quam non eſſet ſummus pōtifex qui haberet diſcutere cauſam / ſed ad complacentiam vtriuſq̄ vt affinis, fecerūt tanq̄ pro vno iudicio habentes: vel q̄ ambo ſimul fuerunt ſummi pontifices pro illo anno et ſi contra legem. Unde quilibet habebat cauſam diſcutere et pro vno tribunali habebatur: et ideo in domo caiphe/ vbi terminata fuit omnium illam negationum referunt factam. Poſt puſillum autem/ quod puſillum: Item foret Lucas expreſſit dicens Interuallo facto quaſi vnius hore cum quidam dicerent. Uere tu ex illis es: nam galileus es: loquela tua manifeſtum te facit. Nō quod diuerſum eſſet idioma galileorum a iudeis: nam vnum. ſ. hebraicum commune eis erat: ſed erat differens modus pnunciandi/ ſeu accentuandi ſicut inter ſenenſes ꝛ florētinos. Et quum petrus vellet ſe excuſare dixit cognatus Malchi cui chriſtus auriculā ſanauit. Nonne ego te vidi in orto cum illo quando apprehendimus eum? Tunc petrus vt magis ſibi crederetur cepit iurare ꝛ anathematizare et deteſtari/ q̄ non nouiſſet illum: et continuo gallus ſecundo cantauit. Ubi plura myſteria. Et primo quia iſta negatio Petri ſignat offenſam mortalem: cuiuſlibet de eccleſia. Nam vt dicit Hieronymus. Quotiens vincimur vitijs atq̄ peccatis: totiens deū negam⁹. xi. q. iij. exiſtimāt. Trina negatio ſignificat offenſā triphariā cordis/ oris ꝛ operis. Que negatio offenſe ad inſtigationem ancille et vitiorum: ad eſt ad ſuggeſtionem: vel incitationem ſenſualitatis et demonum per ſe vel per ſuaſionem malorum virorum. Ad cantum galli petrus recognoſcit exceſſum ſuum: non primū ſed ſecundum cantum: quia ad predicationem vel admonitionem bonorum / non ſolum ad aures ſed ad mentem attingentem peccator compungitur et penitet. Secundo ſciendum ſecundum Gregorium in homel. Q̄ omnipotens deus eum quem cuncte eccleſie prem eſſe diſpoſuerat/ ancille vocem pertimeſcere et ſe negare permiſit. Magne vtiq̄ diſpēſatio pietatis: vt futurus paſtor eccleſie in culpa ſua diſceret/ qualiter alijs miſereri deberet. d. l. conſiderandum. Conuerſus autem dominus aſpexit Petrum: quaſi diceret. Recognoſce peccatum: vbi et ei⁹ immenſa pietas oſtenditur: vt inter illuſores et tortores poſitus/ quaſi ſuarum penarum oblitus/ petri lapſum dolens/ reſpicit vt ſe ficat. Quem autem reſpectum ꝛ conuerſionem Auguſtinus magis dicit intelligendū de conuerſione et reſpectu ſpirituali diuine miſerationis quã dicitur per prophetam. Conuertere domine et eripe animam meā. Et illud. Reſpice in me ꝛc. Q̄ de corporali reſpectu. Et egreſſus petrus foras/ fleuit amare. Cum bonis et diſcipulis conuerſans cōfeſſus eſt chriſtum filium dei / inter malos ſe reperiens iudeos/ ipſum negauit/ negationeſq̄ regatus a malis fleuit. Et nocte illa miniſtri ſui quiſſimi crudeliſſimi/ qui tenebant eum ſcilicet ligatum/ multipliciter vexauerunt/ ſicut illud. Caſtigatio mea in matutinis. Nam vt dicit Lucas. Illudebant ei



ardentes/ et velauerunt eum et percutiebāt faciem eius dicentes. Propheti ʒa nobis chriſte quis eſt qui te percuſſit. O ineffabilis humilitas et patientia Jeſu Chriſti. O inenarrabilis crudelitas iudaici populi: faciem illā plenam omnium gratiarum ſputis deturpare non verentur in quam deſiderant angeli proſpicere. Caput illud gazophilatium theſaurorum ſapientie et ſcientie dei: percutientes affecerunt. Oculos domini lucidiores ſole et pietate plenos velis operuerunt/ aures que audiunt organa ſanctorum et thronos angelorum contumelijs et blaſphemijs malignorum plene ſunt. vnde et ipſe Lucas dixit. Et alia multa blaſphemantes dicebant ineum. Mane autem facto tempeſtiue conuenerunt omnes principes ſacerdotum / et ſeniores plebis et ſcribe in concilio/ querētes falſum teſtimonium cōtra Jeſum: vt eū morti traderent et non inueniebant. Demū venerunt duo falſi teſtes/ vt refert Math. et Marcus qui dixerunt. Nos audiuimus q̄ hic dicit. Poſſum deſtruere hoc templum manufactum et in triduo reedificare aliud non manufactum. Et non erant conuenientia teſtimonia eorum. Et merito: quia hoc nunq̄ dixerat: ſed dixerat. Soluite templū hoc/ id eſt ſoluetis templum hoc: et in triduo excitabo illud/ loquens de templo corporis ſui non de illo ſalomonis templo. Et ſurgens princeps ſacerdotum / ſcilicet caiphas dixit. Nihil reſpondes ad ea que tibi teſtificantur contra te. Jeſus autem tacebat ſciens quia non cauſa inueniende veritatis: ſed calūniandi interrogabat: vt dixerunt quidam alij ex prīmoribus. Si tu es Chriſtus dic nobis. Et ipſe vt refert Lucas. Si dixero vobis/ non credetis mihi. Si interrogauero non reſpondebitis mihi/ neq̄ dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis ſedens a dextris virtutis dei. quaſi diceret: quia iniuſte iudicor/ ex hoc datur mihi poteſtas mundum iudicandi. Et quia non aperte dixerat ſe eſſe filium dei/ ſurgēs princeps ſacerdotum motu corporis indicans/ inſaniem mentis ait vt refert Matthe⁹ ꝛ Marcus. Adiuro te per deum viuum vt dicas nobis ſi tu es chriſtus filius dei benedicti. Jeſus autem et ſi non teneretur reſpondere q̄ ſuperior ſuus nō erat. Unde et grauiter peccauit ſic eum adiurando: tamen ob reuerentiam nominis dei inuocati reſpōdit. Tu dixiſti: quia filius dei ſum ego. Tunc princeps ſacerdotum/ ſcidit veſtimēta ſua dicēs Blaſphemauit. Quid ampli⁹ egemus teſtibus? Ecce omnes audiſtis blaſphemiam. Quid vobis videtur? Reſponderunt omnes Reus eſt mortis. Et ſi iſti peſſime erant et falſo mouebantur dicentes Jeſum blaſphemare cum diceret ſe filium dei ſi non quo dicebat ſummam veritatem/ tamen iſta horrebant dei blaſphemias quod non/ poterāt patienter audire: ſed indicarent talem reum mortis: et veſtimenta ſua ſcindebant / in ſignum deteſtationis. In quo etiam figurabatur ſacerdotium iudeorum deſtruendum vt dicit Gratianus. q. queſtioni. vij. Tunc ipſum Jeſum cōſputum et colaphizatum vinctum duxerunt ad pilatum. Judas autē traditor videns Jeſum morti adiudicandum/ penitentia ductus/ vt refert Mattheus retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum et ſenioribus dicēs. Peccaui tradēs ſanguinem iuſtum. At illi. Quid ad nos tu videris: quaſi dicētes. Si malum feciſti tu ſubeas penam. Auguſtinus. Judas qui penitens iuit ad phariſeos/ relinquēs apoſtolos: nihil inuenit auxilium: augmentum deſperationis dixerunt enim. Quid ad nos tu videris: ſi peccaſti tibi ſit: nō tibi ſuccurrimus: non peccata tua charitatiue ſuſcipimus nec qualiter deponas onus docemus. Quid nobis et miſericordie/ qui nec opera ſequimur iuſtitie? Iiſſet ad fratres/ iiſſet ad illos qui orauerunt pro ſocru petri febricitante/ qui chananeam improbam miſericordie obtulerunt. Interrogaret Petrum pro ſe effundentem lachrymas: non fugiſſet. mariam et martham que vitam lazaro impetrant/ iuit ad diuiſos ſcilicet phariſeos ꝛ diuiſus periit. de peniten. diſtinctio. vi. ca. homo. Et proiectis triginta argenteis in templo abiens laqueo ſe ſuſpendit. Et dicitur Actuum primo. Suſpenſus crepuit medi⁹, et diffuſa ſunt omnia viſcera eius/ et notum factum eſt verbum illud omnibus habitantibus hieruſalem. Hieronymus de peniten. diſtinctio. iij. Nihil profuit iude egiſſe penitentiam/ per quam ſcelus corrigere non potuit. Si enim frater peccat in fratrem vt emendare valeat poteſt ei dimitti. Si opera permanent fruſtra aſſumitur penitentia Hec ille. It. ꝫ Leo papa. Sceleratior o iuda omnibus et infelicior extitiſti: quem nō penitentia reuocauit ad deum: ſed deſperatio traxit ad laqueum ꝛc. de peniten. diſtinctione id. Principes autem ſacerdotū ſumptis argenteis dixerūt. Non licet mittere: id eſt remittere in corbanam / id eſt locum oblationum / quia precium ſanguinis eſt. Et cōſilio inito emerunt ex eis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum/ volentes crudelitatem ſceleris cooperire ſub opere pietatis ſcilicet emptionis agri pro ſepultura: ſi ne lateret mundum ſcelus eorum factū eſt deo diſpenſante quod ager ille emptus vocatus ſit acheldemach/ quod latine ſonat ager ſanguinis. In quo facto oſtendit euangeliſta Mattheus propheciam Hieremie impletā qua dicitur. Acceperunt ſcilicet principes

Universidad de Deusto Biblioteca

ſacerdotum triginta argenteos precii ap-
preciati:id eſt qui triginta argentei fuerũt
precium chriſti appreciati quos appreciã
uerunt:id eſt pro precio obtulerunt ipſi iu
dei:acceperunt autem a filiis iſrael:id eſt a
iuda qui fuit de filiis iſrael/ponitur ꝓ ſic ꝓ
ſingularis cum proiecit eos in templum ⁊ de
derunt eos in agrum figuli:ſcilicet ꝓ emen
do agro pro ſepultura peregrinorum. Hec
prophetia pro parte etiam habetur Zacha-
rie decimo tertio cap. Si quis ergo querat
a virgine glorioſa. Quo abijt dilect⁹ tu⁹? ⁊
ꝛc. Reſpondere poterit ad plurium iudiciũ
iniquorum preſentationem.

Quarto abijt dilectus virginis Ma-
rie ad cauſe innocentis peruerſaȝ deci
ſionem. Circa quod ſciendum quod vt di
citur Joãnis decimo octauo. Adducũt mi
niſtri iudeorum Jeſum ad Caiphaȝ in pre
torium vt non contaminarentur: ſed man-
ducarent paſcha. Exiuit ergo pilat⁹ ad eos
foras. Pretorium dicitur ſedes pretoris:id
eſt locus ad dandam ſententiam/et eſt locu
tio obſcura / quia cum dicitur quod iudei
non introierunt in pretorium: videtur loq̃
de pretorio pilati/in cuius domum/q: gen
tilis erat intrare in illa ſolennitate exiſtima
bãt ſe contaminari et inidoneos fieri. Sed quo
mõ prius dicitur qḋ adduxerũt iudei chri
ſtum in pretorium ad Caipham. Hoc autem
Auguſtinus ſic cõcordat/quia in domo cai
phe que lata et ſpatioſa erat:et pretoriũ cai
phe iudicantis de quibuſdaȝ. Et in alia par
te domus erat et pretorium pilati iudican-
tis etiam in cauſa ſanguinis. Et ſic de vno
pretorio:ſcilicet caiphe ductus fuit ad aliũ
ſcilicet pilati. Uel qḋ Caiphas dimiſſo Je-
ſu in palatio ſuo acceſſit ad domum pilati
pro aliqua informatione / qui tamen cum
ſuis noluit introire in pretorium eius/quia
gentilis/ſed pilatus exiuit ad eos et locutus
et demum reuerſus caiphas ad palatiũ ſuũ
miſit Jeſum vinctum ad pilatum. Exiens er
go pilatus ad eos ait. Quam accuſationem
affertis aduerſus hominem iſtum? At illi vt
refert Joannes. Si nõ eſſet hic malefactor
non tibi tradidiſſemus eum. Quibus pila-
tus. Accipite eum vos/ et ſecundum legem
veſtram iudicate eum:ſcilicet ex quo nõ ex
primitis mihi maleficium ſuum. Cui reſpõ
derunt. Non licet nobiſ interficere quẽquã.
Cuȝ enim eſſent romanis ſubditi non ha
bebant iudei cauſam ſanguinis/ſed preſides
quem mittebant illuc romani ad regendũ
eos. Et tunc erat pilatus poſitus preſes ꝑ
romanis. Dixit ergo eis pilatus. Quid ma
li fecit iſte? At illi explicauerunt dicentes
ſecundum Lucam. Hunc inuenimus ſubuer
tentem gentem noſtram et prohibentem tri
buta dari ceſari:et dicentem ſe Chriſtum re
gem eſſe. Que omnia falſa erãt:non enĩ gẽ
tem ſubuertebat querens ſibi gentem con-
gregare ad ſeditionem/ſed conuertebat ad
ſalutem/inducens humilitateȝ et ſubiectio
nem. Nec prohibuit cenſum vel tributũ da
ri ceſari:ſed ꝓpoſita ſibi queſtione a quibuſ
dam ſuper ea reſponderat. Reddite que ſũt
ceſaris ceſari. Neq; ſe regem faciebat/ſed
cum voluit eum populus ſaciatus ab eo ex
quinq; panibus ordeaceis et duobus piſci
bus facere regem fugit/⁊ pauperibus ⁊ vi
libus incedebat. Pilatus ergo duabus pri-
mis obiectionibus omiſſis vt friuolas/ et
falſas reputans/intrans pretorium/ queſi-
uit a Jeſu de tertia/dicens. Tu es rex iudeo
rum? Cui Jeſus (vt refert Joannes ait.) A
temetipſo hoc dicis an alii tibi dixerunt de
me?ſcilicet ꝙ ſim rex iudeorum. Ad quem
pilatus. Nunquid iudeus ſum ego. Gẽs tua
et pontifices tui tradiderunt te mihi: quaſi
ſi diceret. Ego non ſum iudeus/vt ſciam cõ
uerſationem tuam / ſed iudei qui ſciunt fa-
cta tua dederunt te in manus meas:quid er
go feciſti? Propter quem cauſam te ita vin
ctum duxerunt ad me vt reum? tu explica.
At Jeſus ad eum. Regnum meum (vt nar-
rat ſolus Joannes) non eſt de hoc mundo/
quaſi diceret. Non me habeo vt rex tempo
ralis/nec mihi vſurpo dignitatem regalem
vt gens mea impoſuit:ſed vt pauper ⁊ men
dicus et abiectus incedo. Si enim regnum
meum eſſet de hoc mundo/miniſtri vtique
mei/decertarent vt nõ traderer iudeis:pu-
gnarent enim pro me/et defenderent ne pre
ualerent contra me. Nunc autem regnũ me
um non eſt hic. Regnum enim ſpirituale
virtutum quod perducit ad regnum eternũ
erat quod nobis querebat ⁊ pro quo nobis
conferendo patiebatur. Quando pilat⁹ eũ
interrogauit. Quid feciſti? poterat reſpon
dere Jeſus. Que ego feci in populo iſto/iſta
ſunt. Eduxi patrem eorum de vr chaldeoꝝ.
Ego protector eius et Iſaac / et Jacob/fui
vbicunq; ambulauerunt. Ego Joſeph i egy
ptum premiſi/ad ſuſtentandum eos tempo
re famis in egypto/quaſi dominum conſti-
tuendo. Ego de dura ſeruitute Pharaonis
eduxi:flagellatis multipliciter egyptiis/et
demum in mari ſubmerſis. Ego populũ iſtũ
vt peculiarem elegi ex cunctis nationibus/
dando eis legem meam. Ego quadraginta
annis manna per deſertum cibaui. Ego in
terram promiſſionis adduxi: expugnatis
habitatoribus terre illius ⁊c. Demum ego
ex eis carnem aſſumens/inter eos humiliter
conuerſatus ſum. Ego omnib⁹ beneficia cõ
tuli/innumeras ſanitates perficiens. Cecis
viſum/claudis greſſum/ſurdis auditum/lo
quelam mutis/mundiciam leproſis/vitam
mortuis reſtitui / peccatoribus veniam in



dulgentiam/meſtis leticiam/ pluribus gra
tiam/ignorantibus ſapientie doctrinã. Hec
ſunt pilate que feci de quibus poſſunt me
accuſare ſi digna ſunt illa. Tunc dixit ei pi-
latus. Ergo rex es tu:ſcilicet ex quo regnuȝ
habes/et ſi non de hoc mundo. Cuius Je
ſus. Tu dicis:ſcilicet veritatem/ quia rex
ſum ego. Et merito, habet enim omne do-
minium et ſuper omnia/cui flectitur omne
genu/celeſtium/terreſtrium/et infernorum.
Ego in hoc natus ſum ſubdit/et ad hoc ve
ni in mundum vt teſtimonium perhibeam
veritati. reprehendendo vitia /confutando
errores. Et quia veritas odium parit/ ideo
iudei nolentes vitia eorum argui/ex odio
mortem eius procurauerunt. Omnis qui eſt
ex veritate:id eſt cui placet veritas/ſeu qui
eſt ex deo per gratiam genitus/qui eſt veri
tas/audit vocem meam/obſeruando meam
doctrinam veriſſimam. Cui pilatus. Quid
eſt veritas? Non expectauit pilatus reſpon
ſionem/anhelans ad liberationem eius.
Sciebat enĩ (vt dicit Mattheus et Marc⁹)
quod per inuidiam tradidiſſent eũ. Exiuit
ergo ad eos pilatus/dicens. Ego nullã cau
ſam mortis inuenio in homine iſto. At illi
clamauerunt dicentes. Commouit vniuer
ſum populum/ſcilicet ſeditiones faciens/⁊
congregans ſibi gentes ad rebellandũ do-
cens a galilea vſq; huc:ſcilicet in iudeam.
Pilatus audiens galileam nominare(vt re
fert Lucas)interrogans ⁊ percipiens quod
galileus eſſet/id eſt nutritus et conuerſat⁹
in galilea/miſit Jeſum vinctum cum accu
ſatoribus ſuis ad herodem regem galilee/
qui venerat tunc hieroſolymam ad ſolenni
tatem illam tanq̃ pertinentẽ ad iuriſdictio
nem ſuam et iudicium/vt ſubditum ſuum.
Herodes autem viſo Jeſu corã eo adducto
gauiſus eſt valde. Cupiebat enim diu eũ vi-
dere/eo ꝙ multa audiſſet de eo ⁊ ſperabat
aliquod ſignum videre fieri ab eo. Stabãt
autem et principes ſacerdotum ante euȝ in
multis accuſantes eum. Interrogauit autẽ
eum herodes de multis/qui ad nihil eoꝝ
reſpondit/et hoc/quia non cauſa veritatis/
ſed curioſitatis illa querebat. Quod cernẽs
herodes ſpreuit eum cum exercitu ſuo/⁊ vt
inſanum indutum veſte alba linea remiſit
illum ad pilatum. Ex hac delatione honoris
quam fecit pilatus herodi/facti ſunt amici
adinuicem herodes ⁊ pilatus:qui antea ini
mici erant. Hec inimicitia contracta erat/
quia pilatus videbatur iuriſdictionem per-
turbaſſe herodis/ex eo ꝙ occidit quendam
iudeum galileum/qui multos ſecum adunaue
rat quaſi principem ſe faciens populi iu-
deorum/dum in monte quodam ſacrificijs
inſiſterent. Remiſſo igitur Jeſu ad pilatum
dixit pilatus. Obtuliſtis mihi hunc homi-
nem quaſi ſubuertentem populum/ et ecce
coram vobis interrogans nihil inuenio cau
ſe in eo ex hiis quibus accuſatis eum/ſed
neq; herodes/nam remiſit eum ad nos/ et
ecce nil morte dignum actum eſt ei / emen
datum ergo illum dimittam. At illi clama-
bant dicentes. Crucifige/crucifige eum. Pi
latus igitur exiſtimans ꝙ ſi faceret ieſũ fla
gellari acriter:iudei moti compaſſione/nõ
aliud pene vel punitionis quererent de eo.
Apprehendit ergo pilatus Jeſum et flagel-
lauit(vt refert Joannes) Et flagellationem
illam fuiſſe durinaȝ oſtendit Pſalmiſta di-
cens in eius perſona. Fui flagellatus tota
die:id eſt in magna parte diei. Et Eſaie quin
quageſimo tertio. Diſciplina pacis noſtre
ſuper eum:et liuore eius:ſcilicet ex perſecu
tionibus duris ſanati ſumus. Flagellatum
autem pilatus adducit eum foras dicens.
Ecce homo,q.d. Nonne videtur vobis ſuffi
cienter caſtigatus. At illi clamabant. Cruci
fige/crucifige eum. Et ille. Ego nullam cau
ſam mortis inuenio in eo. Eſt autem vobis
cõſuetudo vt dimittam vobis vnum ex vin
ctis:ſcilicet morte dignum. Hunc enĩ morẽ
introduxerũt iudei:vt ſcilicet in memoriaȝ
beneficij recepti a deo in tali ſolennitate.ſ.
liberationis ipſius populi de morte primo
genitorum et de ſeruitute egyptiaca mortis
fera vnus ex malefactoribus capitis morte
plectendus liber donaretur populo:alij ad
mortem iudicarentur/quam mortem roma
ni preſides ei ſeruabant. Dixit ergo eis Pi-
latus. Quẽ vultis e duobus dimitti? Jeſum
qui dicitur Chriſtus/an barabbam? Hic ba
rabbas latro erat ſm Joannem/ſm alios ⁊
homicida:qui in ſeditione fecerat homici-
dium. At principes ſacerdotuȝ perſuaſerũt
turbis vt peterent barabbam. Clamauerũt
ergo omnes dicentes. Non hunc ſed barab
bam. Dixit eis Pilatus. Quid igitur faciã
de ieſu q̃ dicit xpus? At illi. Crucifigat. Di-
xit eis pilatus. Accipite eum vos et crucifi
gite:ego enĩ nullam cãm inuenio in eo. At
illi. Non legẽ habem⁹ et ſm legẽ debet mo
ri:q: filiũ dei ſe fecit. Uidentes q: pilatus
tendebat ad liberationẽ eius dixerunt. Si
hunc dimittis non es amicus ceſaris. Om
nis enĩ qui ſe regem facit contradicit ceſari. Pila
tus autẽ hoc audiẽs magis timuit/ſed timo
re tñ mũdano/ne.ſ.incurreret indignationẽ
ceſaris ſi accuſaretur/⁊ dignitate illa priuaret.
Jterũ ꝙ introiuit pilat⁹ pretoriũ ⁊ interro
gauit Jeſũ. Unde es tu? Jeſus aũt reſpõſum non
dedit ei. Cui pilat⁹. Mihi nõ loqris? Neſcis
q: poteſtatẽ habeo crucifigere te ⁊ dimitte
re te? At Jeſus ait. Poteſtatẽ nõ haberes in
me vllã niſi tibi datã eſſet deſuper.ſ. deo ꝑ
mittente. Propterea q̃ me tradidit tibi ma
ius peccatum habet quaſi diceret. Et ſi deo

Universidad de Deusto Biblioteca



permiſiſte hoc agas: nõ tamen excuſaris a peccato me condemnando cũ tu ipſe dicas quia habeo poteſtatem dimittendi et iam confeſſus es publice, quia non inueni in eo cauſam mortis et tamen non dimittis peccatũ, tamen tuũ non eſt ita graue cum ex infirmitate procedat. ſicut iudeorum qui me tibi tradiderunt ad mortem quia procedat ex malicia. Pylatus ergo videns quia nichil proficeret ſed magis tumultus fieret vocibus magnis poſtulantibus vt crucifigeretur, dimiſſo eis barrabam vt poſtulauerunt duxit foras ieſum ⁊ ſedit pro tribunali in loco qui dicitur lichoſtratos hebraice gabatha. Erat autẽ paraſceue paſche hora quaſi. vi. Mar. autẽ dicit ꝙ hora tercia crucifixerunt eum. quã ſuperficialem diſſonantiam Augu. de pe. di. i. periculoſe. ſic reſoluit. quia videlicet chriſtus hora tercia crucifixus eſt linguis ſcʒ iudeorũ hoc petentibus quod ſcribit Mar. ſed actualiter ex manibus gentilium hora ſexta crucifixus eſt prout refert Joã. ❡ Sedente autẽ pro tribunali pylato, miſit ad eum vxor ſua teſte Mat. dicens. Nichil tibi ⁊ iuſto illi ſcilicet cõmune. q. d. vide ne feras ſententiã contra eum. Nã ⁊ multa paſſa ſum iſta nocte per eum ſcilicet terribiles viſiones et cõminationem. Creditur quod dyabolus cepit perpendere ieſum eſſe redemptorem humani generis, ⁊ virtutem crucis. qꝛ ſentiebat patres limbi iam exultare pro ſua quam expectabant liberatione. ideo temptabat impedire et ideo in ſomnis immiſit viſiones vxori pylati cõminatorias malorũ que pylato euenirent ſi ipſum condẽnaret. Ut his auditis pylatus ſe retraheret. ſed non potuit aliquid efficere. Nam pylato dicente. Ecce rex veſter quaſi deriſorie. clamauerunt illi. Tolle tolle crucifige eum. Quibus pylatus. Regem veſtrũ crucifigam? Et illi. Non habemus regem niſi ceſarem. Pylatus ergo vt dicit Mat. accepta aqua corã populo lauit manus ſuas dicens. Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius. q. d. Quod dictum eſt ex me non condẽno cum ſciens eſſe iuſtum ſed importunitas veſtra me cogit ad condemnãdũ vos videritis. Sed certe hoc non excuſauit eũ quia nunꝙ iudex propter quodcunꝙ malum vel ſcandalũ euitandum debet innocẽtem condemnare contra ordinem ⁊ formã iuris vt hic accidit. Clamauit autem populus. Sãguis eius ſuper nos ⁊ ſuper filios noſtros quaſi dicat. Si tu in hoc peccas: pena huius peccati ⁊ vindicta veniat ſuper nos ⁊ filios noſtros. Que imprecatio vtiꝙ accidit eis. Nam in punitionem tanti ſceleris hieruſalem capta fuit ⁊ innumeris milibus hominum mortuis, ferro peſte, et fame. qui remanſerunt venditi ſunt in ſeruos et diſperſi per orbem. Forma autem huiuſmodi condemnationis prout pie contemplari poſſumus talis fuit. Ieſu nazarene tuum genus te reprobauit regem. te feciſti contra imperatorum ſtatuta [illegible] vel te nominaſti contra legis iudeorũ mãdata tributum ceſari dare prohibuiſti contra eius imperia, ſeditionẽ in populo concitaſti in maxima cõmunitatis diſpendia. Ideo morti te adiudico ⁊ inter duos latrones te iubeo crucifigi. O ꝙ iniqua eſt hec ſententia crudelis et iniuſta de qua Job. xxxvi. dicitur. Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt. iudiciũ cauſam recipies. cauſa quidẽ chriſti iudicata eſt a pilato quaſi impij et peius ꝙ impij qꝛ ſi latro vel homicida a curia capitur nõ cõdemnatur niſi prius fiat proceſſus ordinarius datis terminis et dilationibus ad probandũ. et reprobandũ increpandũ vel excuſandum: ſed chriſtus abſꝙ proceſſu ordinario condemnatus eſt de qua cõdemnatione ps. ii. Aſtiterunt reges terre et principes ſcʒ annas ⁊ Cayphas conuenerũt in vnum aduerſus dominum et aduer. xp̄m eius. Si quis igitur beatam virginem interrogare voluerit. Que abſit dilectus tuus ſuſtinuit reſpondere poterit. dicens abſit ad cauſe innocentis peruerſam deciſionem.

In ſecunda parte notatur penalitatis eminentia ineffabilis quia iuxta crucem. vbi aduertendum quia aliquis ſtetit in cruce ſtat aliquis iuxta crucẽ aliquis longe a cruce. In cruce fuit ſolus chriſtus/id eſt in maximo cruciatu tota crux enim dicitur a cruciatu et magnum cruciatum ſuſtinet qui eum ſuſtinet. iiij. queſtione. j. nulli dubiũ. dicit autem pſal. in perſona chriſti. Vim faciebant qui querebant animam meam/id eſt vitam tollere. In omnibus enim illis locis in quibus eſtimatum eſt vitam hominis conſiſtere fecerunt maximã vim. Nam cum aliqui dicant vitã reperiri in capite. alij in corde vel epate. alij in ſanguine in omnibus illis locis fecerũt maximam vim. In capite per coronã ſpineam. In corde per apertionem lateris in epate vel ſanguine per flagella in dorſo clauos in manibus et pedibus. vnde totus ſanguis exiret. In cruce ergo totus in vi cruciatus et loſus. vnde ipſe ait. Eſa. lxiij. Torcular ſcilicet crucis calcaui ſolus et de gentibus non eſt vir mecũ. Et in pſal. Singulariter ſum ego donec tranſeam. ſcilicet ex hoc mũdo ad patrem quia ipſe ſolus nõ erat ſubditus morti: et debito tamẽ ipſe ſolus peccata noſtra ſuper lignum crucis in corpore ſuo/id eſt penam peccatorum portauit. ipſe ſolus fuit in paſſione ſine conſolatione. cum alij qui paſſi ſunt habuerant aliquod refrigerium. vt dicetur. Unde quando in orto orauit pro calice paſſionis transferendo auulſus eſt a diſcipulis quantum iactus eſt lapidis. vt dicitur Luc. xxij. ad innuendum quod tanta diſtantia eſt inter cruciatum chriſti in paſſione, et cruciatũ aliorum ſanctorum quantum diſtat purus homo a chriſto. Petrus enim ſeu lapis vt ait apoſtolus eſt chriſtus. qui quaſi in infinitum diſtat in perfectione ab alijs. Remoti a cruce ſunt omnes illi qui nolũt ſuſtinere aduerſa in mundo ſed murmurãt cõtra deũ nec cõpatiuntur chriſto. ſi ſuſtinẽt. inuiti hoc agũt iſti: et ſi iuxta chriſti crucẽ eſſe videant inquãtum patiantur corpore quidẽ ſunt iuxta ſed nõ mẽte. et iſti ſunt latroni a ſiniſtris chriſti qui crucifixus cũ chriſto blaſphemabat eũ cũ alijs. eo quod nõ liberaret eũ a pena quã ſuis ſuſtinebat vnde et reprobatus. Iſtis Simoni cyreneo qui angariatus fuit portare crucem poſt chriſtum. Iuxta crucẽ vero ſtant omnes electi qui et membra chriſti carnẽ ſuam crucifixerunt cũ vitijs et cõcupiſcentijs vt ait apoſtolus qui nõ ſolũ patiẽter aduerſa ferũt ſed gaudent. quia digni habiti ſunt pro nomine ieſu contumelias pati. Qui cõpatiuntur doloribus et affectionibus eius quas pro eis eſt paſſus. Imitatur hic latronẽ qui iuxta crucẽ fuit a dextris arguentẽ ſociũ eo quod nõ patiẽter ferebat crucem et ſe dignũ proclamantẽ tantis penis. Et nos quidem iuſte. Nam digna factis recipimus. excuſantẽ chriſtũ et cõpatientem tante ignominie. hic vero nil mali egit. Rogantem illum vt eſſet memor pro ſalute anime ſue. Memẽto mei dñe dum veneris in regnũ tuum. Luce. xxiij. Hoc igitur ſentientes quod et in chriſto ieſu fuit. cum non deceat ſub capite ſpinoſo membrũ fieri delicatum, dicunt cũ affectu et effectu illud pſal. Calicẽ ſalutaris accipiam. ſcilicet voluntarie bibendo et nomen dñi inuocabo. vt me adiuuet ad ſumendũ et non horrendũ vt ſim iuxta crucem, et inde a dextris eius collocatus. Nullus fuit cũ chriſto in cruce ſuſtinendo, ſcilicet tantã penã quãtam ipſe. ſed nec paulus quãuis enim dicat crucifixus ſum nõ dicit quod ſit affixus cruci chriſti ſed ſue. Quis enim ferre poſſet crucẽ chriſti? certe nullus. Omnes igitur ſancti iuxta crucẽ ſtãt propinquius tamẽ alter altero. Nulla autẽ propinquior adeã matre eius. et merito cũ eſſet illud corpus de eius ſubſtantia/licet alia perſona ab ea. per maxime igitur ſtabat iuxta crucẽ mater eius propinquiſſima in doloribus vt dicere poſſet illud Threñ. j. O vos omnes qui tranſitis per viã/ſcilicet vite preſentis. vñ dicimur viatores attẽdite et videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Tũc impleta eſt in ea prophetia Simeonis dicentis. Luc. ij. Tuã ipſius animã pertranſibit gladius. Animã ſiquidẽ intellectiuã pertrãſiuit gladius vbi dei penetrabilior eſt gladio ancipiti. tunc ruminãdo et intelligendo ſcripturas que oſtendũt immẽſitatem doloris chriſti in paſſione. ita videtur exponere beatus Amb. Et ex huius meditatione gladius doloris eius pertrãſiuit aĩam ſenſitiuã. nec illud eſt contra id quod dictũ eſt ſupra ſcilicet quod beata maria erat cõformis voluntati dei qui volebat filiũ ſuũ pati. Nã ſicut de chriſto eius filio dicimus quod ſm voluntatẽ rõnalẽ volebat pati. et tñ ſm partẽ ſenſitiuã ſumme doluit et acerbiſſimos paſſus eſt dolores. quia vt ait Eſa. c. liij. Uere dolores noſtros ipſe portauit. ita et mater eius cũ ſtabat iuxta crucem ſm rationẽ aſſentiebat quod filius pateretur et quieta erat ſcdm ſenſualitatẽ ſumme dolebat vt merito dicat. Attendite et videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Nouerat ſiquidem ſacras literas et ſpũ ſancto reuelante optime intelligebat. Et ex his et naturali ratione tripliciter poterat deprehendere immẽſitatem doloris in filio patiente. qui erat ſibi gladius ſm meã afflictionis nec ei ſimilis.

Ex paſſionis cauſalitate.
Ex afflictionis puritate.
Ex cruciationis circumſtantialitate.

¶ Conſiderãdo cauſam paſſionis filij mei videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. cõſiderando enim quod cauſa huius paſſionis eſt vt redimat genus humanũ et ſatiſfiat deo pro peccatis humani generis totius. pro peccatis dico non ſolũ originalibus ſed etiã actualibus: mortalibus et venialibus totius humani generis non ſolũ pro electis ſed et pro reprobis. Dicit enim Eſa. liij. c. Omnes quaſi oues errauimus vnuſquiſque in viam ſuam declinauit ſcilicet per diuerſa peccata cõmiſſa. et dominus poſuit in eo iniquitatẽ oim nrm/id eſt penã peccatorum oim noſtrũ. Et ipſe dominus ieſus dixerat venit filius hominis ſaluare quod perierat. Luc. xix. Sed totum perierat. totũ ergo ſaluabit quantũ in eo fuit ſcilicet ſuſtinendo penam pro peccatis oim. Deus autẽ ſicut oim rerũ ita et culparũ et penarũ ei debitarũ habet noticiã et nil impunitũ ſua iuſticia dimittit. Cum ergo pro quolibet mortali debeatur pena infinita/ſcilicet infernalis nec homo cũ ſit virtutis finite poſſit pro ſe ſatiſfacere debito infinito vt deo ſatiſfieret de tantis offenſis opus quod chriſtus filius meus qui infinitus eſt ſua diuinitate in humanitate aſſumpta patiendo ſic ſatiſfaceret pro omnibus per paſſionẽ meriti infiniti. vñ penam ſuſtinebat pro omnibus peccatis noſtris. et ſic pena eius erat quaſi infernalis. Et propterea pſal. dicit in eius pſona. Repleta eſt malis anima mea ſcilicet ſenſitiua malis/ſcilicet penarũ: et vita mea in inferno appropinquauit propter illas penas. et hoc pro peccatis hominum quia que non rapui tunc ſoluebam per pſalmiſtam. tunc ſcilicet in paſſione exoluebam. Fecerunt primi parentes et alij ſuccedentes furtum ſe ſubtrahendo et ſuum obſequium deo et ego hanc rapinam exolui: meipſum exinaniui vermis exinanitus et non homo eſſet ad mortem crucis totum me exhibendo. Cum ergo filius meus ſuſtineat tales cruciatus ego que ſum mater et pater eius quia nõ alium patrem habet in terris optimus amãtiſſimus. videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. vt et ego dicere valeã dolores inferni circũdederũt me gemitus mortis dolores inferni circũdederũt me. Et quod adauget dolorẽ meũ eſt: quia cũ filius meus ſuſtineat tot immẽſos dolores et tantã penam que ſufficiat pro oĩbus ſatiſfacere et oim debita ſoluere/tñ plurimi propter ſuã cecitatem et ingratitudinem ſe priuabũt tanto fructu. ¶ Secũdo oſtendit magnitudo doloris in virgine ex puritate afflictionis in filio ſui paſſione. puritatẽ autẽ dico: quia non habuit mixturã cõſolationis ſicut vinũ dicitur purũ quod nõ habet mixturã alterius liquoris. dolor fundatur in amore: tãto enim quis dolet de amiſſione vel leſione alicuius rei quãto ipſam magis diligit. Et quia ſumme diligebat mater virgo filium ſuum dilectione et naturali et gratuita. et quia filius et quia optimus vt dici poſſet vtriuſque vna anima vnũ cor. Ideo bene dictum fuit a Symeone. tuam ipſius. ſcilicet animam tuã que eſt quaſi anima eius propter ſummam adinuicem dilectionem. pertranſibit gladius afflictionis pertranſibit. ſcilicet per totũ tranſibit abſque refrigerij admixtione. Siquidẽ quanto quis eſt delicatior et cõplexionem habet corporis melius diſpoſitam tanto magis affligitur et dolorẽ ſentit ex aliqua leſione corporis ipſius. Et hinc eſt quod de eadem perſecutione et omnino ſimili infirmitate magis grauatur et dolet delicatus quam ruſticus. Quo etiã pars corporis que patitur leſionem eſt magis ſenſibilis. tanto leſio magis affligit. vnde videmus per experientiam quod frigus vel alia leſio magis affligit in manibus vel pedibus quam in reliquis partibus corporis. ex eo quia eſt pars magis ſenſibilis propter concurrentia plurium oſſium neruorum et venarũ. Cum autem precipue paſſio chriſti fuerit in manibus et pedibus facta propter confixurã eorũ cũ clauis in cruce et ſuſpenſionẽ totius corporis in illis. id quod virgo mater vidit impleri illud ps. in perſona filij ſui dictũ. Foderũt manus meas et pedes meos et dinumerauerunt oĩa oſſa mea. ſcilicet ita violẽter extenderunt in cruce. vt poſſent ſingillatim oĩa oſſa dinumerari. maxime doluit ſi liue per paſſionẽ. ipſa per cõpaſſionẽ in tãta paſſione nullã habuit ab alio cõſolationẽ. vñ dicebat per prophetã. Qui me cõſolaretur nõ inueni. Nõ enim conſolabatur ſicut fieri ſolet morti addicatis a ducentibus eos. non iudei ſed illudebat ei cũ principibus ſacerdotũ et blaſphemabãt. non gentiles. ſed coronã ſpineã imponẽtes capiti percutiebant eũ. Nõ diſcipuli qui fugerãt ſm illud. Longe feciſti notos meos a me. non Marie cum Joanne que fidẽ diuinitatis eius amiſerant Nõ pater eternus cõſolatus eſt eũ. ſcilicet ad liberãdũ eũ de manibus inimicorũ. ſed pro nobis tradidit illũ vt ait apoſtolus. ſcilicet voluntati eorũ permittẽdo agere quecunque crudelia voluerũt. et quod plus eſt et admirãtiõe cõpaſſione digniſſimũ. quia et ipſa pars intellectiua chriſti que fruebatur cõtinue deo non eſt cõſolata eũ. ſed dereliquit illã partẽ ſenſitiuam tantis doloribus immerſam. Et propterea ipſe in cruce clamauit cum lachrymis et clamore valido vt ait apoſtolus ad Hebreos. Deus meus deus meus vt quid dereliquiſti me. Matthei. xxvij. Clamauerunt iuſti: et dominus exaudiuit eos. ait ps. Patres veteris et noui teſtamenti in tribulationibus ſuis et cruciatibus hominum exaudiuit. et ſi nõ ſemper liberã

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ab abyſſis penis/tamen ſemper conſolādo mentem eorum vt in virtute perſiſterent reſpectu premij et diuini beneplaciti. Ego autem clamabo per diem/et non exaudies dicendo/deus meus ⁊c. clamans ſe derelictū non ex eo ꝙ diuinitas ſeparata eſſet ab illa humanitate:quia quod ſemel accepit dei filius nunꝙ dimiſit:vt ait damaſcenꝰ:ſed ſe derelictum dicebat:quia pars eius intellectiua/eius gaudiū et conſolationis quo fruebatur in verbo nil influebat aut communicabat ſenſitiue ad conſolationem:et in hoc non/exaudiebatur:quod in nullo ſanctorum accidit:et ideo dictum eſt ꝙ hec afflictio/vel paſſio fuit pura.ſ.ſine admixtione conſolationis. Hec autem verba audiens mater gladius pertranſiuit animam eius intelligens eum non derelictum per ſeparationē deitatis:ſed per ſubtractionem omnis ſuffragij/refrigerij ⁊ ſuauitatis. Attendite ergo et videte ⁊c. Nam et ſi preſens fui et iuxta crucem ſteti:et hoc totum ad augmentum doloris. Que eſt mater/que habens filium preſentem etiam in tormentis non valeat/vel in aliquo conſolari/ipſum amplecti/oſculari/potū porrigere ſitienti:Ecce filius meus dilectus ad mortem ſitit hoc exprimens vt refocilletur nec ſtillam aque poſſū prebere:ſed ſibi offertur in mei preſentia acetum et fel/vulnera video nec poſſum alligare/ſanguinem effluere nec poſſum eū extergere caput et crinem ſe inclinati nec valeo filium brachijs ſuſtentare a me remotum vnde nec amplecti. Et ſi audio verbū ex ore eius/ecce filius tuus:ſcilicet Joannes:et hoc totū verbum dei/gladius acutus quod pertranſiuit animam meam. Reuera inquit beatus Bern. Ubi hoc. Ecce filiꝰ tuus/plus quā gladius fuit/quod pertranſiuit animam eius vſq ad diuiſionem anime et ſpiritus. O quam commutationem Joānes pro Jeſu traditur:ſeruꝰ pro domino:diſcipulus p magiſtro:filius zebedei p filio dei purus homo pro vero deo. Quomodo tuā affectuoſiſſimam animam non pertranſiuit hoc audito quando et noſtra licet ſaxea/licet ferrea/pectora ſcindat ſola huius recordatio. Anſelmus. O domina mea quibꝰ ſingultibus eſtimabo puriſſimum pectꝰ tuū vexatum/cum audires. Mulier ecce filius tuus. Unde congrue dicere poterat illō Hierem. Amaritudine repleſti me ⁊c.

¶ Quantum ad tertium.ſcilicet de circumſtantijs ipſius paſſionis pōt perpendi immenſitas doloris virginis matris que ſtabat iuxta crucem. Notandum quod ſeptē ſunt circumſtantie circa ipſam paſſionē xpi.

Ex patientis dignitate.
Ex inferentis peruerſitate.
Ex temporis ſolemnitate.
Ex loci vilitate.
Ex afflictionis vniuerſalitate.
Ex conſanguinentis ſocietate.
Ex fructus paucitate.

¶ Quantum ad primum manifeſtum eſt ꝙ quāto dignior eſt perſona que offenditur/tanto maior eſt offenſa/et per conſequens iuſtimenti et omni attinenti eſt/et ſi diligit eum/occaſio eſt maioris doloris. Dominꝰ ieſus deus erat et homo/vnde dignior perſona eſſe non poterat:et quia diuinitas ſua pati nō poſſet/nec aliquis eum attingeret ad offendendum:tamē quia humanitas illa erat ornanum quoddā et veſtimentum quaſi diuinitatis. Unde apoſtolus ait. Et habitu inuētus eſt vt homo. Philip.ij. Ideo omnis iniuria facta illi humanitati et corpori poterat dici facta deo/ſicut qui tangeret vel ſpueret in veſtem qua indutus eſt imperator nō diceretur facere iniuriam veſti ſed imperatori/quia ea indutus eſt. Inquantum etiam homo erat de progenie regali et ſacerdotali genitus rex ⁊ ſacerdos ſummus/innocentiſſimus/ſapientiſſimus et miraculis/ſanctitate ⁊ doctrina famoſiſſimus. Cum igitur fuerint illate tot contumelie/irriſiones/maledictiones/infamationes ⁊ afflictiōes corpori:inde magnus ſibi exurgebat dolor et matri eius que ſtabat iuxta crucem omnia illa audiens ⁊ videns dicere poterat illud Job. Os meum perforatur doloribus:iſta ſunt potentie anime quibus conſiſtit robur eius. Os autem dicit in ſingulari:quia potentia ſenſitiua. Nam vt ait beatus Bernardus. Captiuorum libertas capitur/gloria angelorum illuditur:deus omnium flagellatur:candor lucis eterne/et ſpeculū ſine macula conſpuitur. Et cum vita omnium occiditur quid reſtat nobis miſeris agēdū niſi et eamus ⁊ nos ⁊ moriamur cum eo ꝑ compaſſionem eius et matrem eius. Dolebat ſiquidem de iniurijs tanti filij/tam ſancti tam innocentis/ſed non minus de offenſa dei. Et ideo attendite ⁊ videte ⁊c. Sed dicere poſſet quod ait Bernar. in perſona xpi patientis cum ſit tantus dolor quem patior tantum plus crucior cum te ingratum experior/de tanto beneficio. Oſtenditur ſecundo magnitudo doloris in virgine ex circumſtantia inferentis illam paſſionem filio/quāto eīn plus concurrunt et diuerſorum ſtatuū et magiſtratuum/et amici et valde beneficiati ad inferendum iniuriam et mortē valde ignominioſam alicui:tanto maior dolor et afflictio ſequitur in paſſo et in quolibet attinente ⁊ amico eius. Sed ad inferendā paſſionem tam amarā ⁊ opprobrioſam xpo cōcurrerunt de omni ſtatu ⁊ ſtatu/ac etiā qui erant diſcipuli/⁊ etiā ſumme beneficiati. Et ideo virgo mater eius dilectiſſima ſūme doluit ſtans iuxta crucem. Aſtiterūt reges terre/vt ait Ps. ſecundus. Et principes cōuenerūt in vnum aduerſus dominū et aduerſus xpm eius.ſ.ad mortem ei inferendam. Reges quidem aſtiterunt.ſ. herodes rex galilee qui ſpreuit illum cum exercitu ſuo indutum veſte alba et vt fatuum remiſit illum ad pilatum vt iudicaret eum. Rex romanorum monarcha.ſ. tyberius imperator:qui ſi nō in perſona tamen per locum ſuum tenentē pilatū.ſ. preſidem iudee:qui dedit ſniaꝫ mortis cōtra eū ad tumultū ppli clamātis.ſ. crucifige crucifige eū. Principes quoqꝫ ſacerdotum oēs ſibi aſtiterunt ⁊ alij alios oēs preſtitere ⁊ ppl'os iudeorū vt principaliores. Nā principes ſacerdotum colligentes cōſiliū ppter hoc ⁊ principales eorum ſummo ſacerdoti caypha cōſulente et decernente:qꝛ expedit vobis vt vnus moriatur pro ppl'o exinde queſierūt oportunitatem capiendi. Quem cum cepiſſent nocte proditionem faciente iuda diſcipulo ſuo ſtatī ſummo mane conuenerunt ad inquirendum falſū teſtimonium cōtra eum:⁊ cū non inuenire poſſent teſtimonia conuenientia multa falſa dicentibus ad interrogationem ⁊ adiurationem cayphe ſummi ſacerdotis cū diceret ſe eſſe xpm filiū dei benedicti ad expreſſionem tante veritatis ⁊ tantis miraculis ſuis approbate doctrine ſue iudicauerunt eum reum mortis:et poſt ſputa alapas et contumelias vt malefactorem pilato pſtauerunt occidendū. Et cū in ipſa paſſione ſequāz feminee aſſunt ⁊ dilectiſſima ancilla dn̄i Maria ꝙ et ſi nō potuit adire ieſum ppter multitudinem aliorū eū irridentiū ⁊ affligentiū oſidit diſcipulis orāns vt caperetur tanꝙ diſcipulus eius:ſed qꝛ incōſulte negauit euaſit captiuā. Milites aūt pilati qui gētiles erant poſt ſniam latā a pilato poſtꝙ illuſerūt ſatis/induū veſte coccinea ad crucis patibulū deduxerūt. Et ſic conuenerūt in vnū aduerſus xpm. Quātū aūt fuerunt beneficiati ab eo nō poſſet etiā prolixo ſmone et xpe explicari. aliquāl'r vel breuiter perſtringam verbis ſibi pphete Mich.vi. in pſona xpi ad ppl'm ſuū ſceleſtū ⁊ ingratiſſimū. Popule meꝰ qd feci tibi ⁊ in quo ⁊c. hoc boni tibi pres tuos iacob cū filiis ſuis in egypto p Joſeph enutriui famis tpe ne perirent:et poſt ipſos multiplicatos ſupra nūerum de dura ſeruitute egyptiorū te eduxi. A flagellis qbꝰ egyptū totā pcuſſi te liberauj feci/mare rubrū tibi aperui vt per eū ſicco veſtigio tranſires. Pharaonē aūt cū exercitibꝰ ſuis ibi ſubmerſi. Mānā de celo ſiſtita p.xl. annos te paui. Aquā tibi de petra fluxi/inſurgētes ꝯtra me hoſtes ꝯtriui. Seon regē amorreorū/⁊ og gygantē regem baſan. Terrā fluentē lac ⁊ mel ꝓhibꝰ tuis a me promiſſam exterminatis.xxx.fu de regibus ⁊ plurimis nationibus tibi traditam ſui. Et prius in monte ſinai legem ſeruandā tibi tradidi. A captiuitate diuina.ſ. per lxx. annos ppter ſcelera tua in babylonia poſita te liberaui ad ppl'm ſub Eſdra/Neemia ⁊ zorobabel reduxi. De grauis oppreſſione antiochi:regis p iudā machabeū cū fratribus te eripui. Ecce quid feci tibi Uide ꝙ mihi ſi tanta beneficia a me tibi collata hanc tale retributionē merueri/vt me crucifigeres? In quo moleſtꝰ fui:reſponde mihi. Ego ex germine tuo carnem ſumens regale ſolium celi dimiſi/vt tibi frater eſſem. Ego per ciuitates tuas caſtra ⁊ vicos diſcurrē in tui vtilitatē laborāo. Ego ſemp in tēplo docui ꝙ te ſaluū facere poſſem. Ego cecos tuos illuminaui/leproſos mūdaui/claudos erexi:obſeſſos a demonibus liberaui/ſurdis auditū reſtitui/mutis loquelam/infirmis varias ſanitates:mortuis vitā. Nunquid in his moleſtꝰ fui:precepta declarans/errores pſtruens/vicia reprehendēs/ꝯſilia perfectionis adiecit. Sꝫ qꝛ veritas odiū parit apud inſipientes ꝙ ignorentes de dilectionem a iō in hoc tibi moleſtꝰ fui:nolens veritatem audire. Quid vltra tibi facere potui ⁊ non feci? Hęccine reddis dño ppl'e ſtulte ⁊ inſipiens. Cōſiderās virgo mr beneficia facta a filio ſuo ppl'o illi:et tunc ab eo tanta peruerſitate et tanta crudelitate cruci affixū. Ualde dolebat vt dicere poſſet illud Ps.xxx. Defecit in dolore vita mea:attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſicut dolor meꝰ. Ex ipſa ſolēnitate etiā amplatus eſt dolor in virgine matre. Erat eī ſolēnitas paſche ſeu azimorum que erat precipua ſup oēs alias in qua tenebantur ex lege oēs iudei de quibuſcūqꝫ ciuitatibus ⁊ locis venire ad templū in hieroſolymis ſitum ad ſacrificiū offerendum niſi legitimū haberēt impedimentum. Et qꝛ per varias captiuitates eorū erant ſatis diſperſi p orbē ⁊ in italia et in aſia ⁊ affrica/vt pꝫ Act.ij. De omni pene natione conuenerāt hieruſ ad illū feſtū. Qū aūt ipſi dn̄a naſcerētur ad mortē ppter beneficiū exhibitū cōcurrēte maiori pcurſu ppl'i/tanto maior inſurgit ei pena pfuſionis ⁊ erubeſcentie. Conſiderat enī ꝙ ſi quis videns narrat aliū ⁊ ſi peregrinus eſt reuerſus ad patriam ſuam refert et diuulgat ciuitati ſue de illo malefactore ⁊ ignominioſa punitione/⁊ ſic vbiqꝫ ſtatim abominat. Hec ſunt aſſiteramicalū modo accuſarūt de blaſphemia dei ſtultiſſima apud iudeos/qꝛ dei filiū ſe dicebat. De crimine leſe maieſtatis apud ſe apd legem gētilē. vñ in titulo ſup crucē ſcribi fecit ipſe pilatus. Jeſus nazarenꝰ rex iudeorū.q.d. Hec eſt cā paſſionis huiꝰ:qꝛ vſurpauit ſibi regnū iudeorū faciendo ſe regem ⁊ ꝓhibē

Universidad de Deusto Biblioteca



mortis quantumcumque ignominioſum, quātumcumque aſperū. deum ſeu mandatū eius quodcumque deſerendum vt notat beatus. Thomas. poſt Auguſtinum in tertia parte. cum ꝛ ipſe rex regū ꝛ dominus dñantium mortem ſuſtinuit immaturam quia in flore iuuentutis. violentam: quia ab alijs et beneficiatis. et acerbiſſimam quia cruciꝰ viliſſimam quia in medio latronum. Humiliauit inquit apoſtolꝰ ſemetipſum. Phil. ij. Uſque ad incarnationem inquit gloſa. Uſque ad humane mortalitatis participationem vſque ad diaboli temptationē vſque ad populi deriſionē vſque ad ſputa/vincula flagella/alapas. et ſi hoc parum aliquid de genere mortis addendum eſt non cuiuſcumque ſed crucis que ceteris ignominioſior eſt. Et quanto ait Bern. Minorem ſe fecit humilitate tanto ſe oſtendit maiorem bonitate. Et quo viliorem tanto indecharior. Idē ſuper Canti. O humilem et ſublimem, o altiſſimum ꝛ noviſſimum. o opprobrium hominum ꝛ gloria angelorum. Nemo ſublimior nemo deſpectior. eſto vilis quam nichil chriſto vilior erit. Ipſe ſiquidē rex regū et dominus dominantium fuit viliſſimo precio venalis expoſitus: a viliſſimo populo. viliſſima paſſus viliſſimo loco crucifixus crucis ſupplicio traditus inter latrones poſitus iniquiſſimis ꝛ viliſſimis hominibus deputatus modo viliſſimo tractatꝰ. Etenim tanꝙ malefactor bonus dominus capitur. tanꝙ furioſus manſuetus vinculis aſtringitur. Tanꝙ peſtifer ſaluator accuſatur. tanꝙ fatuus dei ſapientia irridetur. tanꝙ homicida vita hominum morti damnatur. tanꝙ leproſus ꝛ immundus mundator criminum extra menia eiicitur. tanꝙ latro crucifigitur. tanꝙ flagicioſiſſimus confutandus ab omnibus et iniquendus nudatur. et tanꝙ vermis vilis et viliſſimus ſummus deus pſpicitur abiicitur ꝛ conculcatur. Hec ille. Et tamen inter tantas iniurias ꝛ viliſicationes pro crucifixoribus ſuis deprecatur. latroni ꝛ ſic propter ſcelera ſua crucifixum ad penitentiam conuerſum non ſolum veniam ſed paradiſum pollicetur dicens. hodie mecum eris in paradiſo. Stabat iuxta crucem mater ieſu hec meditans et doloribus quaſi defecta ait ad crucem vt pie credi poteſt flecte ramos arbor alta tenſa laxa viſcera. ꝛc. Ad filium autem michi non loqueris pro iudeis intercedis latronem conſolaris. Ad quam ille. Ecce filius tuus ex quo ad patrem per mortem vado loco mei ioannem dimitto. Sed iſta commutatio adauget dolorē cū filius hominis michi detur pro filio virginis ſummo ꝛ dei. Attendite ergo ꝛ videte ꝛc. Septimo oſtenditur magnitudo doloris ſicut in chriſto patiente iſta ꝛ in matre compatiente ratione paucitatis fructus ſeu vtilitatis ipſius paſſionis ex parte miſerie ꝛ peruerſitatis ꝛ ingratitudinis hominū. Nam cum copioſa fuerit apud deū redemptio adeo ꝙ preciū ſanguinis eiꝰ ne dum omnes homines etiā ſufficiēs ad redimendum ſed ꝛ mille mundos ſi fuiſſent et tamen pauci ſunt, qui ſe faciant participes fructus ipſius paſſionis pter perfidiam et ingratitudinem hominum. Sicut autem ex magno lucro quod quis videt ſe conſequi ex ſuo labore multum gaudet et conſolatur: ita econtra cum maximo labore quem quis tollerat pro conſequi modicum fructum vel nullum multū contriſtatur et dolet. Clamabat ieſus in cruce ſitio. Et licet ad litteram propter intenſam dolorem ſitiret corporaliter maior tamen erat ſitis ſpiritualis deſiderii ſaluationis humani generis. Et cū videret ipſe et mater eius pene nullum fructum tunc ſequi ſed potius ruinam preparari iudeorum propter perfidiam ſuam, caſtum confugiſſe apoſtolorum, et in futurum multos perituros chriſtianorū dicere poterat cū dolore illud Michee. vij. Ue michi quia factus ſum ſicut qui colligit racemum in autumno. nam tunc vindemiata vinea non reperitur niſi aliquis racemus. ita ꝛ tempore paſſionis totam pene vineam humani generis vindemiauerat diabolus vt ſibi ſubditam. remanſit aliquis paruus racemus vt latro conuerſus: centurio fidem chriſti confeſſus. ꝛ aliquis alius quē chriſtus collegit. Multum ergo dolet chriſtus et mater eius de tanta ingratitudine. Unde clamat per beatum Ber. Ad te clamo qui pro te morior, te exhortor qui in cruce patior, vide clauos quibus confodior. vide latus quo aperior, et cum ſit tantus dolor intus et exterior, plus tamen cruciat ꝙ te ingratum experior. Hec ille. Et p beati Auguſtini. Cum eſſes inimicus patri meo reconciliaui te per me, ꝛ cum longe eſſes veni vt redimerem te: ꝛ inter montes ꝛ ſiluas cum errares queſiui te inter lapides ꝛ ligna inueni te. et ne lapſum ferrum ꝛque rapido ore laniaretis collegi te, laboraui, ſudaui, caput meum ſpinis oppoſui, latus meum perforari permiſi tot iniurijs laceſſitus ſum vt coniungerem michi te ꝛ tu diſcederis a me, tanta ſcilicet eſt ingratitudo tua. ꝛ Oſee. ſexto, conquerēs dominus ait, Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina ꝛ quaſi ros mane pertranſiens. Miſericordia veſtra quam vobis feci in redimendo quaſi nebula matutina que ſcilicet cito permanſit. ita illud a memoria veſtra ꝛ quaſi ros qui adueniente ſole cito deſic-



catur. ita adueniente calore temptationum et tribulationum ſubito periit a vobis memoria paſſionis ꝛ gratia per eam recepta. Sed anima deuota dicit illud trenorum. Memoria memor ero ꝛ tabeſcet in me anima mea ex compaſſione.

¶ De tertio principali. Cum dicitur Mater ieſu mater immaculata Mater intacta Mater vnigeniti dicta mater dei et plaſmatoris omnium eius qui in celis eſt ſine matre in terris ſine patre. mater vnici filii ieſu ꝛ ideo plus amans et plus dolēs. Mater ſola genitrix totius ieſu. et ideo plus amans ꝙ ſi patrem habuiſſet quia plus ſua res. ꝛ inde plus dolens. vnde Hie. xxxi. c. Mulier circumdabit virū. Solet homo circumdare quod ſuum eſt proprium non quod alienum. In alijs filijs ſubſtantia filij non eſt tota propria matris ſed et patris et ideo nulla mater circumdat filiū vt virgo maria. Omnis alia figura pluribus lineis formatur circulari vero figura vna linea clauditur. ſic beata virgo maria ſola clauſit intra viſcera ſua chriſtum filiū. Filij duabus lineis figurantur ſcilicet patre et matre quod circūdatur et nulla parte eſt apertum ſed vndique clauſum ſic beata virgo maria ante partum in partu et poſt partum, ꝛ ideo circumdabit virum ſcilicet ieſum totum perfectum. Sed dolores partus quos euaſit pariēdo ſibi reſeruati fuerunt in paſſione filij vt dicit Joannes Dama. Nec vlla vnꝙ pariendo experta eſt tantum dolorem ſicut ipſa iuxta crucem in compatiendo. Ex ipſa autem maternitate, idest generatione ieſu facti ſumus fratres ieſu propter quod non confunditur homines vocare fratres vt ait apoſtolꝰ ad Heb. dicens per pſal. Narrabo nomen tuū fratribus meis. Et ideo ſicut debemus compati fratri noſtro ieſu chriſto in tanta eius paſſione pro nobis ſita et matri noſtre de morte fratris noſtri et filij ſui. vnde dicit beatus Augu. Cum annuatim chriſti paſſio ab eccleſia recolitur. ita debet nos mouere ad compaſſionem ſicut nūc videmus impleri. Sic ꝛ matri noſtre compati que ſtabat iuxta crucem. Ipſum autem per[...]re depoſitum ſacratiſſimum corpus per nichode[m]um et Joſeph ſuſcipiens in gremio mater ꝙ lachrymarum flumina: quē amariſſimos ſingultus ꝙ alta ſuſpiria ꝙ verba melle plena ex ea proceſſerint quis poſſet exprimere cum ſingula membra perquiret et tam dire cruciata, tam turpiter deloſa oſcularetur et lachrymis irrigaret ſociata maria magdalena: ꝛ alijs marijs ꝛ deuotis mulieribus. Cum autem ſero factum eſſet deuoti homines pie et deuote corpus illud de brachijs accipientes poſuerunt in monumento mente conſepulta. cum eo reminiſcens ergo beati ſanguinis ait dominus Latinus ordinis predicatorū cardinalis quem profudit amator hominis perfunda lachrymis. Non eſt locus ingratitudinis vbi torrens tante dulcedinis attingit animas. Jeſu bone cur tanta pateris cū peccati nichil cōmiſeris. Nos innocētē. Ego latro tu in cruce moreris. ego reus tu pena plecteris noſtre nequitie. ante fecit ſic amor chriſtum vt nec crucem paſſus opprobrium amoris gratia. ſed ve michi miſero ſi non recognouero: ve michi miſero ſi non recompenſauero dignis operibus. regnum queritis non intrabitis ſine crucis naui. portū petitis nō venietis ſine crucis clauo. Sola eſt digna fuit ferre ſeculi preciū atque portū preparare nauta mūdo naufrago vite eterne quā ipſe concedat qui eſt benedictus in ſecula ſeculorū. Amen.

¶ Finit Sermo de planctu beate marie virginis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Ruiz

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca